SERIES

EPISCOPORVM

FOROCORNELIENSIVM

A FERDINANDO VGHELLIO DIGESTA, DEINDE A NICOLAO COLETO EMENDATA, ET AVCTA, POSTREMO A FRANCISCO ANTONIO ZACCARIA RESTITVTA QVINQVE CVM DISSERTATIONIBVS IN VGHELLII PROOEMIVM:

ACCEDVNT NVNC GESTA

PII VII. PONT. MAX.

FOROCORNELIENSIS IAM EPISCOPI

ET

ANTONII CARDINALIS RVSCONII

EPISC.

DVOS IN TOMOS DISTRIBVTA.

TOM. II.

FOROCORNELII AN. MDCCCXX.

TYPIS SEMINARII, APVD IOSEPHVM BENACCIVM.

Permissu Praesidum.

SERIES EPISCOPORUM IMOLENSIUM.

III. S. CORNELIUS (1)

A. fortassis CCCCV.

I. S. *Cornelius a Coelestino Papa* Imolensis Episcopus adlectus est circa annum 400. (2). Cujus (3) meminit Petrus Chrysologus iis vere aureis verbis in Sermone CLXV. „ *Cor-* „ *nelius* namque beatissimae memoriae, vita clarus, cunctis „ virtutum titulis ubique fulgens, operum magnitudine no- „ tus universis, pater mihi fuit, ipse me Evangelio (4) ge- „ nuit, ipse pius piissime nutrivit, ipse Sanctus sancta in- „ stituit servitute, ipse Pontifex sacris obtulit, et conse- „ cravit altaribus (5), et ideo mihi carum, clarum, colendum, „ et mirabile *Cornelii* nomen „ (6). De eodem Baronius Tom. *V. ann.* 433.

ADDITIO F. A. ZACCARIAE.

(1) Qui *Ughellio* primus est Imolensis Episcopus, saltem tertius habendus erit post ea, quae Dissertatiooe III. comprobavimus.

(2) Nescio quid *Ughellio* in mentem venerit, ut quam a. primum CCCC. Imolensi Ecclesiae datum Antistitem crederet, eum a *Coelestino* ioter Episcopos adlectum scriberet, quum a. CCCC. Anastasius Romanae Ecclesiae praeesset, Coelestinus vero nonnisi Septembri mense a. CCCCXXII. Petri Cathedram conscenderit. Quo tamen Pontifice, quo Christianae aerae anoo Cornelius Imoleusi Ecclesiae praefectus fuerit, incompertum omnino est. Equidem si de anoo, quo *S. Petrus Chrysologus* Raveonatibus iofulis donatus est, nobis constaret, aliquid lucis ad *Cornelii* figendam aetatem adfulgeret. Nam quum a *Cornelio* fuerit ille puer baptismo tinctus, deinde Diacoous, uti mox videbimus, constitutus, Romam praeterea, unde *Ravennatium* Antistes a Sixto III. Dei monitu renunciatus discessit, adductus, eo, quo Chrysologus Ravennatis Ecclesiae dictus est Pontifex, anoo, quinctus saltem ac vicesimus Imolensis Episcopatus annus Cornelio decurrebat. Cautum nempe erat Siricii, et Zosimi Romanorum Prae-

sulum jussu, nequis ante viginti, et quatuor aetatis annos Diaconus efficeretur. Quamobrem si a Baptismi anno, qui primus utique Chrysologi infantuli fuit, ad ejus Diaconatum Cornelius Episcopus erat, tunc XXV. saltem sui Episcopatus annum agebat. Nec tamen rationes accuratissimas duceremus. Unde enim constat, an non multos ante Chrysologi baptismum annos Cornelius Imolensem sedem teneret? Quid vero, si (quod verosimilius videtur) non ipso illo anno, quo inter Diaconos Chrysologus adnumeratus est, Romam cum Cornelio contendit, sed aliquanto serius? Tunc profecto Cornelius a Chrysologi baptismo ad Ravennatem ejus Pontificatum XXVI. aut etiam XXVIII. sui Episcopatus annos numerasset. At nihil tempore, quo Chrysologus Ravennati Ecclesiae praepositus fuit, incertius. Sunt non pauci, qui cum Hieronymo Rubeo in historia rerum Ravennatum, Mita, Manzonio a. CCCCXXXIII. Chrysologum Ravennati Ecclesiae praepositum velint. At Tillemontius, quum prodigiosam illam Sancti Antistitis electionem audacter rejiciat, multo ante annum CCCCXXXI. Ravennatibus Praesulem datum adfirmat. Bacchinius vero in suis ad Agnellum observationibus in annum CCCCXXXIX. aut sequentem Chrysologi electionem confert. Nihil ergo est, cur Cornelium aut cum Manzonio (*a*) an. CCCCXII. aut cum Castillo (*b*) an. CCCCV. Imolensem Episcopum creatum dicamus. Quum tamen receptior sit sententia, quae in a. CCCCXXXIII. Chrysologi electionem refert, vero propior videri poterit Castilli opinio. Si enim quinque, et viginti annos, quibus saltem Chrysologi aetas tunc definiebatur, a. CCCCXXXIII. dempseris, his vero annis XXV. duos tresve addas, quibus vel Chrysologi ortum Cornelii Episcopatus antecesserat, vel ipsius Chrysologi Diaconatus fortasse comprehendebatur, annum habebimus CCCCV. Cornelii Episcopi primum.

(3) Nemo ante Tillemontium ausus fuerat dubitare, quin Cornelius, cujus Gregorius meminit, Imolensis Episcopus fuerit. Diserta hac in re sunt Agnelli verba in libro Pontificali, ubi de Chrysologo: *Natus est Corneliense Territorio, nutritus, et doctus a Cornelio ILLIUS SEDIS ANTISTITE*. Quorum similia sunt, quae S. Cassianum adloquens ab Agnello fertur dixisse: *Tuae domui quasi vernaculus fui a Cornelio ISTIUS SEDIS in Ecclesiae gremio nutritus*. Nec sane inter recentiores Scriptores ablegandus videtur Agnellus, qui saeculo IX. isthaec ex suae Ecclesiae monumentis in commentarios retulit. Quam-

(*a*) *In Episcop. Imol. Hist. pag. 11.*
(*b*) *In S. Petri Chrysol. vita §. 1.*

quam quae mox ab Ughellio recitantur, ipsius Chrysologi verba omnem Tillemontii dubitationem de medio tollunt, ut mirum sit, novicii hujus Scriptoris sententiae Cl. P. Sebastianum Paullum in suis ad Chrysologi vitam a Castillo descriptam adnotationibus subscribere potuisse. Nam si Chrysologus, ipsomet teste, baptismi lavacro ablutus a Cornelio est, ac Clero adscriptus, Cornelius profecto ejus urbis, quae Chrysologo patria fuit, Episcopatum gessit. Quis enim est, qui procul a natali solo infans baptismum suscipiat? Conciliorum praeterea decretis cautum novimus, nequis nisi a Patrio Antistite Sacris Ordinibus initiaretur. Aut ergo Cornelius Imolensem rexit Ecclesiam, aut (quod cum Imolensium, tum Ravennatum, atque adeo exterorum omnium ab omni retro antiquitate consensio adfirmari vetat) ne ipsi quidem Chrysologo Forum Cornelii patria fuit. Sed quibus demum momentis Tillemontius (c) Cornelium Imolensi Episcopatu spoliare se posse confidit? Audiamus ea colligentem, diluentemque Johannem Perierum (d). „ Prima ratio, ex qua deducitur (a „ Tillemontio) sequela contra Episcopatum Cornelii Imolensem, in„ de desumitur, quod Chrysologus non dicat *Projectum* Cornelii suc„ cessorem: ad quam respondeo, id minime opus fuisse, immo potius „ supervacaneum Chrysologo praesertim brevitatem sectanti; quan„ doquidem id abunde noverant tum Ravennates, cum Cornelienses, „ coram quibus dicebat. Altera ratio est, quia Chrysologus non di„ cit, a se diligi Ecclesiam Imolensem seu Corneliensem, quia ejus „ pars fuerat, et Diaconus, sed tantum quia ipsi nomen erat idem, „ quod fuerat Episcopo suo, et nutritio. Fateor, non aliam expri„ mit diligendi caussam, sed neque aliam expresse excludit, immo „ quantum ego conjicio, innuit, eamdem ob caussam a se diligi Ec„ clesiam Imolensem, ob quam diligebat Cornelium, puta propter „ baptismum. Sane non apparet mihi probabile, Sanctum Doctorem, „ nisi alias supposuisset diligendi caussas, easque auditoribus satis „ notas, tam jejuno usurum fuisse argumentandi modo: *Veneror Ec„ clesias quidem omnes, sed Corneliensi inservire peculiarius amor me com„ pellit, quia Episcopo ac nutritio meo nomen fuit Cornelio*; et ideo *tan„ tum*, ut intelligit Tillemontius. Malim credere, Chrysologum sup„ positis, et suppressis aliis titulis, repetivisse amorem suum in ci„ vitatem Corneliensem Patriam suam ab identitate nominis cum Cor„ nelio, ut ideo occasionem arriperet dicendi aliquid in laudem nu-

(c) *T. XV. adnot. 3. in S. P. Chrysol. vitam.*
(d) *T. VI. Sept. Boll. p. 635.*

„ per defuncti Episcopi Corneliensis, et ejus successoris *Projecti*. Quid „ enim ad praesentem clerum ac populum attinuisset audire laudes „ Cornelii, quo cum nulla illis fuerat connexio? Praeterea si is Imo- „ lensis non fuerit, cujus ergo Civitatis fuit Episcopus? Dices, plu- „ res in antiquis monumentis occurrere Episcopos, quorum sedes igno- „ ta sit. Non inficior; sed hic talis fuit, ut ejus memoria ac sedis „ notitia obliterari tam facile nequiverit, *vir scilicet*, teste Chryso- „ logo, *cunctis virtutum titulis ubique fulgens*, *operum magnitudine notus* „ *universis*. Quapropter donec solidiora argumenta proferantur, ad- „ haerebimus nos communi traditioni Ecclesiarum Ravennatis, et Imo- „ lensis, utriusque scriptoribus, aliisque post Agnellum, quem si „ vidit Tillemontius, computare non debuit inter recentiores. „

(4) Baptismo scilicet.

(5) Nempe, ut ait Agnellus, *iste* (Chrysologus) *una cum Projecto' a B. Cornelio Imolensis Ecclesiae una hora in Diaconos ambo consecrati sunt*.

(6) Cornelius praeterea dum de Ravennatis Praesulis electione a Sixto III. confirmanda ageretur, Chrysologum (quod supra adnotabam) Romani itineris comitem sibi adscivit. Agnellus certe posteaquam Sixtum, qui a SS. Petro atque Apollinari monitus fuerat, ut quem ipsi indicabant, Chrysologum scilicet Ravennati Ecclesiae praeficeret, inter Ravennates virum sibi coelitus ostensum nobis exhibuit frustra inquirentem, continenter addit. „ Tunc Sanctus Papa „ Sedis Romanae dixit ad Corneliensem Episcopum, qui illo tempo- „ re cum Ravenniensibus Civibus Romam ierat: introduc omnes „ Sacerdotes, et Clericos tuos, forte ibi inveniam virum, qui mihi „ ostensus est. Cui ille cum supplicatione respondit dicens: non ha- „ beo talem virum, nisi unum Diaconum, qui praeest omnibus re- „ bus meis, super cujus manus ego servus tuus incumbo. Si jubes, „ ut in medium veniat, deferatur. Cui beatissimus Papa: veniat non „ solum ille, sed et ceteri omnes: statim ut vidit S. Papa virum, „ *quem* sibi per visionem *ostensum* (sic) fuerat, conspexit eum ut gem- „ mam fulgentem etc.

Cetera quae de S. Cornelio traduntur, vel nullis, vel falsis ea tabulis nituntur. Nam quod anno CCCCXXXIII. indictae a Sixto III. Synodo, ut se in ea a calumniis sibi ab Anicio Exconsule impactis purgaret, adfuisse aliqui ajunt Cornelium, acta sunt Natali Alexandro, Tillemontio, aliisque emunctioris naris criticis admodum suspecta, nec ut illa vera habeantur, satis firmum erit, nisi Chrysologum eo ipso anno Romae a Sixto Ravennatem Episcopum renunciatum fuisse constet; quod tamen, ut diximus, magnos habet ad-

versarios. Quod vero Cornelium ad Synodum adversus Nestorium a Coelestino coactam Romam adiisse Manzonius conjicit, a verò non equidem abhorret, sed nisi veteribus monumentis, confirmetur, quum multae suboriri caussae potuerint, cur Romanae illi Synodo Cornelius non interfuerit, qua adseritur, eadem negari facilitate posse intelligo. Quamdiu Cornelius Ravennati Chrysologi Pontificatui superstes fuerit, ignoro, etsi Manzonius annum indicat CDXLVI. Id unum constat, illi ante Placidiae obitum, qui a. CCCCL. quincto Kal. Decembris adscribi solet, S. Projectum fuisse suffectum. Ejus corpus quiescere creditur inter reliquias, quas nullo nomine praenotatas (quod in Dissertationibus vidimus) ex Castro S. Cassiani Albertus Episcopus a. MCC. in novam Cathedralem Ecclesiam detulit, atque in S. Petri Chrysologi altari collocavit.

IV. S. PROJECTUS

ante a. CCCCL.

II. S. *Projectus* Civis, et Episcopus Imolensis, de quo „ idem Chrysologus (1): „ *Projectus* ex utero humanae matris „ in utero divinae matris jugiter permansit, ab incunabulis „ ipsis gradus Ecclesiasticae disciplinae conscendit „ (2). Ejus mater, quum Projectum paritura adhuc gestaret uterum, puerum suum lilium manutenentem per somnium sibi visa est videre prodire (3). Quem deinde natum, eductum, Cornelio Episcopo disciplinis ecclesiasticis tradidit instituendum. In cujus magisterio inclaruit ad miraculum. Crumenam, quae egenorum sublevandae paupertati subserviebat, divinitus reperit aliquando esse oppletam(4). Mortuo *Cornelio*, Clerus populusque Imolensis *Projectum* vel invitum traxit ad sedem(5), electumque *Petrus Chrysologus* consecravit, ut in quodam Sermone (6) hoc ipsum idem *Chrysologus* retulit eleganter (7). Jussus a *Simplicio* Pontifice *Johannem* Archiepiscopum *Ravennatem* severiori censura correxit (8). Romam profectus *Marino* Abbati viro sanctissimo effusus in preces adtulit sanitatem (9). Ivit ad superas IX. Kal. Octobris prope Imolam, ubi sepultus fuit. Cujus deinde corpus repertum *Mainardinus* Episcopus

transtulit honorifice in Cathedralem, ubi hoc tempore magna fidelium veneratione adservatur (10). Ejus festum celebratur IX. Kal. Octob. De eo Ferrarius, et alii (11).

Additio F. A. Zaccariae

(1) Serm. CLXV. qui in MS. Caesenate Codice inscribitur *in ordinatione Episcopi Forocorneliensis nomine PROJECTI*.

(2) Utinam tantae auctoritatis, quantae Chrysologi Sermo est, plura exstarent de rebus a Projecto gestis monumenta! Acta quidem habemus, sed ex actis S. Projecti, seu Praejecti Arvernensis inscite deprompta, ac bona praeteritorum temporum fide Imolensi Projecto, cujus antiquiora acta interciderunt, accommodata. Manzonius quum apud Ferrarium in *Catalogo Sanctorum Italiae* Marinum Abbatem legisset a Projecto sanitati restitutum (de quo iterum mox dicemus), id ex actis Arvernensis Projecti inepte mutuatum, qua erat ingenuitate, agnovit (a). Sed Bollandianus Perierus in commentario historico de S. Projecto (b) pluribus ostendit, non illud solummodo, verum pleraque, quae de Imolensi Projecto circumferuntur, *vel eadem reperiri in vita S. Projecti* (Arvernensis) *vel iis adeo affinia, ut mox suspicari debeat prudens lector, historiam gestorum illius, deficientibus aliunde instrumentis, partim ex hujus vitae partibus coaluisse, partim ad hujus exemplar dispositum esse*. Quod quidem nemo in Sanctorum virorum historiis versatus mirabitur; nihil enim sequiore aevo usitatius, quam deficientibus alicujus Sancti actis aliqua ex alterius Sancti, praesertim cognominis, historia ad sacrarum lectionum usum consarcinare.

(3) Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinas in suo *Martyrologio Metrico*, quod Venetiis a. 1630. divulgavit, id hoc disticho cecinit.

Per latus in somnis genitrix exire tenentem
Projectum vidit lilia verna manu.

Verum, inquit Perierus (c) „ vehementissima suspicio oritur, an „ ea visio conflata non sit ad imitationem ejus, quam narrat de S. „ Praejecto Arvernensi biographus aequalis tum apud nos *tom. 2. Januarii pag.* 633., tum apud Surium *de vitis Sanctorum tom. 1. p.* 418. „ ex quo, quia citatur a Manzonio, verba transcribo: Cum enim materno adhuc gestaretur utero, ejusmodi visio genitrici ejus oblata

(a) *p.* 25.
(b) *T. IV. Sept. p.* 633.
(c) *L. cit. n.* 4.

„ est. Videre namque sibi visa est infantem per ipsius latus egredi, „ undae, instar sanguinis rubentis, baptismate ablutum. Haec au- „ tem visio, sicut additur, signum fuit futuri Martyrii.„

(4) Huc spectat illud Agnelli, qui, ut nuper, quum de Cornelio ageretur, vidimus, Projectum cum Chrysologo *uno hora* ab eodem Cornelio in *Dioconum consecratum* scribit.

(5) Idem de Projecto Arvernensi legimus.

(6) Manzonius in historia ita scribit (d): „ Post supra lauda- „ tum Sanctum Cornelium, ad hanc Episcoporum sedem quemdam „ tradunt evectum, cujus pariter nomen ignotum. Hic non amplius „ viginti quinque dierum intervallo in hac praesulis dignitate vi- „ xit. Cumque alius deinde fuisset subrogatus, hanc iste electionem „ recusans clerum populumque, ut Projectum Archidiaconum, quam- „ vis reluctantem, ad Episcopatum assumerent, hortatus est. De utro- „ que agit Ferrarius etc. „ Verum hinc, inquit Bollandianus Pe- „ rierus (e), magis confirmor in prius concepta opinione, nempe mo- „ dum electionis ab utroque expositum omnino suppositum esse, seu „ potius in monumenta Imolensia, unde ipsi hauserant, paucis mu- „ tatis, translatum ex actis S. Projecti Arvernensis Episcopi. Re- „ cte ne, an secus sic opiner, judicet Lector ex verbis hujus biogra- „ phi, quae huc transfero: *Defuncto igitur Felice, cum maxima pars* „ *Cleri vel populi Praejectum cuperent habere Antistitem, Archidioconus ur-* „ *bis praefatae, Girooldus nomine, cupiditatis instinctu, Clero contempto, lai-* „ *corum usus consilio, Episcopatum Urbis Arvernioe usurpavit per prae-* „ *mium. Sed quodroginta dierum evoluto curriculo, mortis sortitus est transi-* „ *tum. Igitur cum urbs Arvernica praesulis destituta solatio, Genesium* „ *virum inclytum, et Senatoria dignitate praelotum, pontificalis cathedrae* „ *sublimore voluisset in solio, ipse vir potens, et sapiens honoris grodum* „ *incaute non appetens, indignum huic officio fatetur coram cunctis: quin* „ *potius concionatur ad cives, ut Praejectum a Rege peterent in sede pa-* „ *storis etc.* Ita ille apud nos, ut mutato stylo apud Surium. Perierii conjecturam libens amplector. Quamobrem ex Imolensium Antistitum tabulis Manzonium XXV. dierum Anonymum expungo. Ad annum vero quod adtinet, quo Projectus Cornelio suffectus est, nihil habeo, quod iis, quae de S. Cornelii obitu diximus, addatur. Agnelli tantum hac de re verba recitabo. Haec igitur de Chrysologo, et Projecto Agnellus: „ Post vero divina Providentia ambo so-

2

(d) p. 17.
(e) p. 64.

„ lium Episcopale tenuerunt. Petrus Ravennae Ecclesiae, Projectus „ servatus est Imolensi. Postquam hic Pontifex ordinatus est, post- „ modum ab ipso iste alter Episcopus Ecclesiae Corneliensis consecra- „ tus est temporibus Gallae Placidiae Augustae, sicut scriptum repe- „ rimus. Consecratus ergo Projectus a Chrysologo est ante XXVII. Novembris a. CCCCL. quo Placidia Valentiniani Imp. Mater decessit. Quare corruit Baronii (*f*), eumque sequuti Ferrarii conjectura suspicantium, Projectum ex Ecclesiae Romanae ad Ephesinum Concilium Legatis unum Imolensis sedis Antistitem fuisse: Ephesina enim Synodus a. CCCCXXXI. coacta est, quo Cornelius adhuc Imolensem Sedem tenebat. Confer Manzonium in historia (*g*), et in *Tumulo SS. Projecti et Maurelii* (*h*), ac Perierum (*i*).

(7) Serm. scilicet CLXV.

(8) Audiendus heic Perierus (*k*): „ Non exprimitur quidem in „ epistola, cujus Civitatis hic fuerit Episcopus: Imolensem tamen „ fuisse inde contendit Manzonius, quia nullus alius per id tempus „ florebat Projectus, maxime in Provincia Ravennate. Imolensem „ quoque censuit Ughellus in, eamdemque sententiam inclinavit Hie- „ ronymus Rubeus lib. 3. Hist. Raven. p. 122., neo hactenus vidi „ quemquam, qui negaverit. Epistola Simplicii exstat integra apud „ Labbeum *Tom.* 4. *Conciliorum col.* 1068. notaturque scripta III. Ka- „ lendas Junii, Severino viro clarissimo Consule. Hinc Rubeus, Ba- „ ronius, et alii retulerant eam ad annum 482. Bollandus tamen tum in actis S. Johannis Ravennatis (*l*), tum in vita S. Simplicii (*m*) legendum *Severo* suspicatus est, quod hanc Simplicii epistolam sequantur aliae, *Severo Consule*, qui cum Jordane a. CCCCLXX. Consulatum gessit, perscriptae.

(9) Id quoque ex Actis S. Projecti Arvernensis sumptum est, ut ex ipso Manzonio (*n*): „ Temporibus valde aerumnosis triginta „ septem circiter annos sanctus Concivis Ecclesiam Corneliensem re- „ xit, Italiam formidolosis exercitibus sub suis regibus Attila, et „ Odoacre Hunnis, Herulis, aliisque nationibus barbaris invadenti- „ bus, quorum irruptione agro Corneliensi vastato, urbs quoque i-

(*f*) *T. V. Ann. ad a.* 331 *p.* 173.
(*g*) *p.* 29.
(*h*) *p.* 26.
(*i*) *p.* 635. *n.* 14.
(*k*) *p.* 636. *n.* 17.
(*l*) *T.* 1. *Jan. p.* 729.
(*m*) *T.* 1. *Mart. p.* 134.
(*n*) *p.* 28.

„ psa penitus concidisset, nisi Projecti precibus, sanctorumque item „ patronorum admirabili custodia fugato extemplo hoste soluta fuis„ set obsidio : divum enim Cassianum, et Petrum Chrysologum bar„ baris metum incutientes visos fuisse, vetusta monumenta nobis te„ stantur „. (Quae utinam monumenta indicasset! Certe neque in Bollandianis S. Cassiani actis, neque in ullis, quae viderim, de S. Chrysologo commentariis ulla mihi hujus visus Barbaris oblati occurrit mentio. Idem de se doctissimus Perierus testificatur.) „ Tan„ dem pastorali munere sancte perfunctus, pluribus cumulatus me„ ritis, ac miraculis fulgens migravit ad Dominum circa annum qua„ dringentesimum octogesimum tertium (supradicta enim epistola „ Simplicii Papae data legitur tertio Kal. Junii, Severino Cos. idest „ anno quadringentesimo octogesimo secundo); illique justa persolvit „ antedictus S. Johannes Archiepiscopus Ravennae „. At si Bollan„ di opinio de Simplicii epistola ad Severi consulatum rejicienda admittatur, tredecim fere anni Projecti Episcopatui demendi erunt: nec reliqui tamen constabunt omnes, nisi Projecti Episcopi initia in annum CCCCXLVI. conferantur; quod admodum incertum esse vidimus. Justa Projecto a S. Johanne Ravennate persoluta Hieronymus quoque Rubeus indicat, sed id *putari* ait.

(10) De ejus reliquiis supra egimus.

(11) Cum primis vero Bollandianus P. Perierus (o).

V. ANONYMUS
VI. PACATIANUS
VII. MAURELIUS a. DXXXII.

III. (1) **S**. *Maurelius* (2) vixit anno 532. coronatusque nobili martyrio est (3), ignoraturque tyrannus (4). Ejus corpus adservatur in Cathedrali cum reliquiis sancti Projecti (5), celebraturque ejus festum IX. Maji, de quo Ferrarius (6).

Additio F. A. Zaccariae.

I. Tertium Ughellius Maurelium vocat Imolensium antistitem, ex iis scilicet, quorum memoria aetatem tulit. Certe credibile haud

(o) *T. VI. Sept. ad d. XXIII.*

est, ab anno CCCCLXXXIII., multoque magis ab a. CCCCLXX. (si hoc anno, ut diximus, consignare cum Bollando Simplicii epistolam libeat) ad annum DXXXII. nullum fuisse Corneliensibus Episcopum. Anonymum unum hoc intervallo Manzonius collocat. Liberalius agere poterat, duosque Anonymos suo catalogo adscribere, quin licentiae accusari a quoquam posset. Alter tamen horum Anonymorum, siquid video, Pacatianus fuit, qui Romanae Symmachi Synodo anno DII. interfuit. Editi quidem, et MSS. libri, quos noverimus, *Comaclensem* illum appellant: verum inventi sunt Codices duo antiquitate praestantes, qui *Corneliensem* eum diserte scribunt; Lucensis XI. saltem saeculo exaratus (a), et Diesseuis medio VIII. saeculo scriptus, ex quo Cl. Amortius in suis *elementis Juris Canonici* Symmachi Synodum divulgavit (b). Atque horum Codicum lectionem ut praeferamus, Vincentii Episcopi Comaclensis inscriptio postulat, quam Dissertatione III. interpretati sumus. Vincentius enim se *primum Episcopum Comaclensem* nominat. Equidem Ughellius, Muratorius, Ginannius, quum Pacatianum ex impressis codicibus Comaclensem sub saeculi VI. initio Episcopum fuisse animadverterent, nec ullus ipsis praesto esset codex, a quo de hoc Pacatiani Episcopatu dedocerentur, mira quaedam excogitarunt, ac plane contorta, ne dicam inepta, ut qua sententia *primus* is diceretur Comaclensium Episcopus, qui post Pacatianum sedisset, aliqua demum ratione explicarent. An non enim ab omni verisimilitudine abhorret, quod Muratorius ajebat, *primum* ea de caussa Vincentium appellatum, quod a. DCCVII. decessorum memoria intercidisset? Nam fieri quidem potuit, ut eo tempore nomina Episcoporum ignorarentur; at duorum solummodo saeculorum lapsu tantam rerum oblivionem Comaclenses occupasse, ut ne Episcopos quidem apud se umquam floruisse meminissent, id certe prudens nemo existimabit. Quid Ginannianum illud de Comaclensi Episcopo tum primum Cathedrali donato? Quam incredibile! Quam absurdum! Quam ab ecclesiastica disciplina alienum! Ubi enim auditum umquam fuit, Episcopos aliqua in urbe constitutos, quin Cathedralem haberent? Diruta vel vetustatis vi, vel barbarorum incursibus Cathedrali, Episcopos incertam veluti divinis a se celebrandis officiis sedem perquisivisse novimus; at Cathedralem habuerant. Neque aliter in ipsa Episcopalium sedium institutione fieri antiquis illis temporibus potuit, quibus una tantum Ecclesia in singulis fere urbibus Christianorum coetui patebat: quonam autem il-

(a) T. 1. *Supplem. Mansii ad Concil. Venetо. Labb. col.* 384.
(b) T. 1. *Venet. edit.* 1763. *p.* 301.

Iam nisi Cathedralis nomine constituta ibi cathedra appellabimus? Absit enim vero, ut quis excogitare posset, Vincentium se *primum* vocasse, quod nullus ante eum Vincentius Comaclensi Ecclesiae praefuisset. Nam qui Episcoporum indices texunt, solent ii quidem ubi plures ejusdem nominis occurrant, primi, secundi, tertiive numerales notas ad aliquod eorum discrimen adjicere: at nullus haotenus fuit Episcoporum, qui se *primum* ob eam caussam diceret, quod alium sibi cognominem ante se non habuerit. Id autem in lapidum interpretatione praecipue cavendum, nequid ab omni consuetudine alienum in eam irrepat. Iterum tamen ajo: excusandi hi omnes sunt, quod Comaclensem Episcopum editorum, scriptorumque codicum auctoritate freti Pacatianum habuerint: hoc enim sumpto, quid aliud supererat, quam ut aliquid sibi fingerent, quo Vincentius se *primum* inscribere potuisse diceretur? At quoniam Codices extant, iique antiquitate spectabiles, ac praeterea diversae, ut ita dicam, originis; quum Diessensis Codex a Lucensi plurimum differat, ut hic ab illo profectus haberi nequeat; quoniam, inquam, Codices exstant, qui *Corneliensem* Episcopum Pacatianum fuisse ajunt, quid pulchris hisce somniis delectemur? nec *primum* Comaclensium omnium Episcoporum Vincentium revera agnoscamus? Itaque si rem aequa lance perpendimus, Inscriptio Codicum lectionem confirmat, Codices rectam plenissimamque Inscriptionis interpretationem produnt, atque sustentant.

At, nequid dissimulem, his obstat celebre S. Gregorii M. ad Marinianum diploma, quo inter Ecclesias Ravennati Archiepiscopo obnoxias Comaclensis quoque connumeratur. Verum vir immortalis nominis Muratorius illud tam multis gravibus momentis sublestae fidei esse demonstravit (c), ut quamquam haec omnia ipse non probem, ut *Dissert. III. cap. 5.* satis indicavi, difficillimum tamen sit, illud ab omni labe vindicare. Nam quid puerile illud, et ludicrum, *quae a Sanctissimis praedecessoribus nostris* INNOCENTE *Innocentio*, *et Sanctissimo Leone etc.*? Equidem scio, veteres Patres a frigidiusculis paronomasiis ejusmodi non omnino abhorruisse: verum an haec in diplomatibus quoque usurpasse mihi persuadeam? Gregorianum quoque illud non est, *omnium* DEO AMABILIUM *Episcoporum*, fortasse ne latini quidem Scriptoris, sed Graeci; his enim titulis, ut Ephesinos Patres omittam, Justinianum maxime usum scimus. Neque a Gregorio profecta haec dixeris: *Sanciendo etiam confirmamus* . . . . SECUN-

(c) *T. II. Rer. Ital. p. 13., et T. III. Antiq. Italic. Diss. XXXIV.*

DUM CONSTITUTIONES LONGOBARDORUM REGUM, *et aliorum piisimorum Romanorum Imperatorum, ut si quisquam Episcoporum ex consecratione Ravennatum Pontificum totius Aemiliae decesserit, nullus dux, MARCHIO, COMES, aut aliquis Minister publicus aliquam ibi depraedationem aut contrarietatem faciat*. Nam ut ut demus, aliquam Gregorium Longobardicarum legum rationem habere potuisse, ad eum tamen Episcopum scribens, cujus in principe Graecae ditionis urbe sedes constituta erat, dixisset Gregorius: *Secundum constitutiones plurimorum Romanorum Imperatorum, et Longobardorum Regum*. *Marchionis* vero, et *Comitis* vel sola mentio scriptorem indicat Gregorio M. multo recentiorem. Non negaverim, jam illius aevo ea officia, easque dignitates exstitisse, quibus Marchiones, ac Comites posterior aetas decoravit. Nomina haec in usu tunc fuisse, omnium, qui illo, at proximo saeculo floruere, scriptorum, omniumque monumentorum silentio confisus id equidem pernego: neque, licet omnino ignota tunc non fuisse concederem, prudens tamen ullus vocabulis, quae ipso usu contrita non essent, in diplomate edendo Gregorium usurum fuisse adsentietur, quum tot aliis in epistolis ab illis sedulo caverit. Equidem si haec nomina in Gregoriano S. Medardi diplomate legerentur, vereor, ut Quatremarius Benedictinus illud adversus Launojum sibi defendendum sumpsisset. Muratorius et illud carpit, Mauritii annos in Ravennate Gregorii M. diplomate desiderari. Tam morosus, et difficilis censor non ero: at Indictio cum desit, falsitatis indicium ajo, idque ajo diplomatis ipsius nixus sententia: nec non, ibi dicitur, *et nostrae mediocritatis auctoritate, et Sanctae Synodi Romae PRÆSENTI INDICTIONE congregatae*. Haeccine Gregorius scripsisset, quin indictionem notasset? Horum tamen aliqua in Amanuenses (neque enim autographum est hocce diploma) derivari posse non diffiteor; immo quoniam eruditissimus diplomatis vindex Amadesius (d) tandem ad Amanuenses confugit, ab illisque corruptum, atque interpolatum diploma adfirmare non renuit, id mihi satis erit, modo Amanuensibus quoque, qui Episcopos Ravennati obnoxios ad suorum temporum mores percensuerint, *Comaclensis* Episcopatus in eo injecta mentio tribuatur. Si enim quis repugnaverit, *Vincentii*, qui se *primum* Comaclensium Antistitem disertissime inscripsit, ductus auctoritate nullam Gregoriano diplomati hoc etiam ex capite adhibendam fidem esse contendam. Paoatianum ergo jam tandem liceat in Corneliensium Episcoporum album referre.

(d) *T. XXVI. Caloger Collect.* Difesa del diploma di S. Gregorio Magno a Mariano Arcivescovo di Ravenna.

(2) Cave, ne cum Anonymo scriptore, quem Manzonius in *Tumulo* primum SS. Projecti, et *Maurelii* (e), deinde in Historia Episcoporum Imolensium (f) apte refellit, Maurelium nostrum cum Audegavensi, qui Idibus Septembris colitur, confundas.

(3) *Martyrem* diserte appellat Notarius, qui inventi ejus corporis sub Episcopo Maynardino a. MCCVIII. historiam conscripsit. Antiquior tamen Episcopus Henricus (quod sane mirum est) *Episcopum* tantum appellat a. MCLXXIV. Num XII. solum saeculo auditum aliquid de Maurelii Martyrio?

(4) Totilam tamen fuisse, Manzonius (g) verosimiliter arguit. Anno enim DXLII. ab eodem Totila, inquit eo loco Manzonius, „ regiones has, collectis copiis, quibus Romanorum exercitum primo prope Faventiam, inde in Hetruria procul non multum a Florentia fudit, pervadente, ac in expugnando Cornelii foro tyrannidem exercente, non minori in Corneliensem Episcopum furore acto, quam deinde in Fulgentium Utriculanum, Cerbonium Populonii, Proculum Narniensium, sive Interamnensium, ac Herculanum Perusinorum sanctitate illustres in Italia Episcopos, Maurelium hunc nostrum fuisse eodem anno martyrio affectum, non levis est conjectura.

(5) Egimus de his in prodromis Dissertationibus.

(6) Bollandianos adde (h). Bautius de eo in Martyrologio metrico sic canit:

Addidit ad Patriae civis Pastoris amorem,
Quo sicut cives, sic et amavit oves.

VIII. NESTOR A. DLXIV.

IX. *Nestor* Episcopus Forocorneliensis vixit *Justiniani* Imp. temporibus, cujus mentio exstat in vetustissimo instrumento *plenariae securitatis* scripto an. 38. ejusdem Imp., quod nuper publici juris fecit e Bibliotheca Card. *Balnei* amicus noster eruditissimus Gabriel *Naudaeus*.

(f) *pag.* 34.
(g) *p.* 33.
(h) *T.* 11. *Maji ad d. VI. p.* 106.

IX. ANONYMUS A. DXCVI.
X. ANONYMUS A. DXCVII.
XI. DEUSDEDIT A. DCXXXII.

V. N . . . . Episcopum Imolensis Populus exegit, deturbavitque de sede, ut scribit idem S. in Epistola mense Julio Anno DXCVIII. (1).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Immo DXCVII.; data enim epistola indictione XV. quae anno DXCVII. putabatur.

Huic vero Anonymo addendus cum Manzonio Anonymus alius sub ejusdem anni DXCVII. exitum a Mariniano Ravennate Archiepiscopo in dejecti locum suffectus. Qua de re haec exstat ejusdem S. Gregorii M. ad appellatum Marinianum epistola.

Gregorius Mariniano Episcopo Ravennae.

„ Fraternitatis vestrae epistola nunciante comperimus, Cornel„ liensis Ecclesiae filios assidua supplicatione in loco lapsi quondam „ Episcopi sui consecrandum sibi a vobis poscere Sacerdotem, atque „ vos quid de ea re fieri debeat, dubitare, et nostrum evidens ex„ pectare mandatum: postquam ergo quemquam criminaliter absce„ dentem in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio revo„ cari, et ultra tres menses Ecclesiam vacare Pontifice, statuta sa„ crorum canonum non permittunt, ne cadente pastore dominicum „ gregem (quod absit) hostis insidiando dilaniet; Fraternitas ve„ stra deprecationi eorum consentire, et in loco lapsi debet Episco„ pum ordinare: nam dum non petentes eos, etiam ante, vestris ad „ hoc debueratis adhortationibus admonere, postulantes nulla vos o„ portet excusatione differre, quia Ecclesia Dei diu viduata pro„ prio Episcopo remanere non debet.

Hunc Anonymum inter, et Boethum inferendus est *Deusdedit*, de quo vetus inscriptio a Rubeo, et Hieronymo Fabro vulgata, castigatius autem reddita a Fontaninio in libro *de disco votivo*. Exstat ad S. Petri in Sylvis prope Balneocab;llum, seu, ut idem Rubeus putat, Tiberiacum oppidum, atque hujusmodi est.

DE DONIS DI ET SCI PETRI APOSTOLI
TEMPORIBVS DN DEVS DEDI VB EPC
IOHANNIS VMLIS PR FECIT P/I IND. V.

Equidem post Rubeum Fontaninius censuit, *Deusdedit* in Inscriptione indicatum fuisse Archiepiscopum Ravennatem, qui ab anno 847. ad 850. floruit. Sed Rubeum doctissimus P. Sbaralea in adnotationibus ad Ughellianam Ravennatum Archiepiscoporum seriem, Fontaninium Cl. Muratorius (*a*) egregie refellit. Nam neque quo tempore Deusdedit Arhiepiscopus Ravennae sedit, Indictio V. inscribi potuit(falluntur enim qui a. 857. Deusdedit adhuc superstitem habent, quum Johannes ejus successor a. 853. Romano Concilio apud Holstenium, Harduinumque subscriptus legatur); neque Archiepiscopus solo *Episcopi* nomine praenotatus fuisset, quum etiam superiore octavo saeculo Felicis, et Gratiosi Archiepiscoporum inscriptiones ab Ughellio recitatae eos *Archiepiscopos*, non *Episcopos* exhibeant. Extra seriem igitur Ravennatum Archiepiscoporum Deusdedit noster quaerendus. Joseph Antonius Pintius (*b*) Romanum Pontificem Deusdedit videre heic sibi visus est, qui anno Christi DCXIV. *creatus est, tresque tantum annos regnavit: quippe*, inquit, *nec vox* EPISCOPUS *a summis Pontificibus usurpari solita, nec indictio ipsa reluctantur, ut propterea notae eae* VB EPC *urbis Episcopum significent*. At nostra, quaeso, haec inscriptio cum duabus illis conferatur, quas prope Vicohabentia detectas Muratorius in eadem LXIV. Dissertatione exhibet. Altera haec est.

DE DONIS DEI ET SCE MARIE
ET SCI STEFANI
TEMPORIBVS DN GEORGIO VB EPS
HVNC PERCM FECIT P/I IND SEC

Altera vero:

INNO ✠ DNI TEMPORIBVS DN MAVRICINI
VB EPIS SERVVS TVVS SERVIENS TIBI FECIT
P/I INDIC XI.

3

(*a*) *Ant. Italic. Diss. LXIV. p.* 357.
(*b*) *In addend. ad diss. de Num. Ravenn.*

Ovumne ovo similius, quam hae Inscriptiones? Omnes idem tempus ex stylo, et ipsa litterarum forma indicant, ut qua sententia siglae V̄B EPS in his, eadem in nostro lapide sint intelligendae. *Venerabilis* porro *Episcopus* in istis omnino leget etiam Pintius; neque enim ullum aut Georgium, aut Mauricinum inter Romanos Episcopos inveniet. Cave igitur, ne in nostra quoque Inscriptione aliter siglas illas interpreteris. Quid quod? nimium a moribus illius praesertim aetatis abhorret, ut in privato quopiam monumento, eoque extra Romanam urbem posito, Romanus Pontifex non alio quam *Urbis Episcopi* titulo designetur.

Cujusnam igitur Urbis Episcopus Deusdedit erit? Vicohabentiae, inquit Scalabrinius, a cujus sententia haud se alienum Muratorius indicat: Faventiae contra Episcopum Tondutius in ejus urbis Historia appellat. Uterque fallitur. Fallitur Scalabrinius; quid enim Vicohabentinis Episcopis cum Paroecia S. Petri, ut Vicohabentini Praesulis epocha aediculae heic ad servandam Eucharistiam extructa inscriberetur? Sero nimis Baloeocaballum, prope quod oppidum sitam eam esse paroeciam monuimus, in Atestiorum Principum ditionem venit, atque hinc io Ferrariensium Antistitum Vicohabentinis suffectorum jura transiit, ut antiquiore aevo, quo utique ad Dioecesim Imolensem spectabat, Vicohabeotinorum Episcoporum ratio in putandis temporibus ibi haberetur. Fallitur quoque Tondutius, uti Cl. P. Sbaralea scite monet in suis ad Ughellianam Faventinorum Episcoporum seriem animadversionibus. Nam Faventino quidem Episcopo Balneocaballum nunc paret; verum ante saeculum XIII. (immo et ipso saeculo XIV.) ad Imolensem Ecclesiam pertinuit. Quid quod? nec Deodatus, quem Tondutius heio vidit, idem est, qui *Deusdedit*, neque ab anno DCCCXLIV. ad annum DCCCL. quo temporis intervallo Deodati sedes definitur.

Illud ergo restat, ut cum eruditissimo Amadesio, qui quae ad hanc rem spectant, ex sua tunc MS. nunc vero edita Chronologia Archiepiscoporum Ravennatum (a), mecum humanissime communicavit, Imolensi Ecclesiae Deusdedit restituatur. Nihil enim verosimilius est, quam quod lapidi Episcopi, cui Paroecia S. Petri in Sylvis, atque adeo Balneocaballum suberat, nomen insculperetur. Imolensis autem dubio procul hic fuit, quemadmodum *Dissert. III.* certissimis tabulis demonstravimus. Animadvertit porro Cl. Amadesius ipsam cum sacrae illius aediculae, cui insculpta Inscriptio est, tum litterarum formam, sextum, aut si vis etiam septimum saeculum

---

(a) §. 1. n. 2.

redolere. Hinc quum apud Manzonium invenisset ab anno DXCVI. ad annum DCXLIX. binos in Imolensi Cathedra sedisse Anonymos Antistites, horum alterum fuisse Balneocaballensis Inscriptionis Deusdedit, felici satis conjectatione suspicatus est. Illud etiam considerandum iterum video, quod supra monui, cum Vicohabentinis Inscriptionibus hancce nostram et stylo, et totius epigraphes ductu, et ipsa characterum forma mirifice convenire. Quamobrem antequam Vicohabentia diruta Ferrariam Episcopatum illum Vitalianus Pontifex transferret, ante annum, inquam, DCLVII., uti Georgius, et Mauricinus Vicohabentini Praesules in adlatis lapidibus indicati floruerunt, ita et Imolensis Deusdedit vixisse dicendus est. Igitur vel hic Anonymus erit a Manzonio anno DXCVII. adscriptus, vel (quod probatur maxime) medius aliquis inter Anonymum, et Boethum. Certe ab anno DXCVII. ad annum DCXLIX. quo Boethus inter Imolenses Praesules censebatur, duo Episcopi statui satis commode possunt. Indictionem vero V. lapidi inscriptam horum annorum spatio quater decurrisse invenies, annis scilicet 602. 617. 632., et 642.

XII. BOETHUS
A. DCXLIX.

VI. **B***oethus* sive *Boethius* Concilio Romano interfuit sub *Martino* I. Pontifice anno 649. Hujus meminit Rubeus.

XIII. BARBATUS
A. DCLXXX.

VII. **B***arbatus* (1) floruit ann. 680., interfuitque Romano Concilio sub *Agathone* Papa contra *Monothelitas*.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Natione Longobardus. Id Manzonius (a) ex ipso Barbati „ nomine non inepte colligit; „ quod, inquit, illi genti familiare erat, „ pluresque hujus nominis Episcopos varias rexisse Ecclesias; dum

(a) *Hist. p.* 44.

„ Longobardicum Regnum in Italia viguit, ex Ecclesiasticis annalibus apparet; sic Theatinam anno quingentesimo nonagesimo; Sutrinam sexcentesimo quadragesimo secundo; Beneventanam sexcentesimo, sexagesimo tertio, cujus Episcopus Barbatus inter sanctos colitur, Cumanensem sexecentesimo, septuagesimo, Bononiensem anno septingentesimo quadragesimo quarto hujus nominis Episcopi administrarunt. „

XIV. EVGENIUS

A. circiter DCCCI.

VIII. *Eugenius* civis, et Episcopus *Imolensis* (1), vir magno ingenio fuit, de quo *Saxo* Grammaticus.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Circa a. DCCCI., ut Manzonius conjicit (a).

XV. PETRUS
A. DCCCLXI.

IX. *Petrus Imolensis* Episcopus fuit anno 898. (1) apud Rubeum (2).

Additio Coleti.

(1) Anno 898. putat *Rubeus*, *Petrum* hunc floruisse, eoquod subscripserit Constitutioni *Johannis* Archiepiscopi ad favorem coenobii *S. Mariae de Palatiolo*; quam Constitutionem eodem anno 898. datam adfirmat. Verum quum reperiatur hic *Petrus* interfuisse Lateranensi Concilio adversus *Joh.* Archiepiscopum Raven. habito a Nicolao I. a. 861. ut videre est ex ejusdem Concilii actis a *Bacchinio* relatis, ad dicta tempora referendus est; sicut etiam Constitutio *Johannis* praefata.

Additio F. A. Zaccariae.

(2) Manzonius defuncto Petro alium suffectum credidit, cujus nomen nos lateat, idque ex litteris arguit, quibus Stephanus VI. a.

(a) *Hist. p.* 44.

DCCCLXXXV. *Romanum* Archiepiscopum Ravennatem Imolam adire jubet, ut *quoniam Imolensis Episcopus hac vita migraverat, sollicitudinem adhiberet, ut successor canonice eligeretur*. At cur, quaeso, quin Anonymum confingamus, defunctus ille Imolensium Praesul Petrus esse non potuit? Numquid fidem superat, eum ab anno DCCCLXI. ad DCCCLXXXV. vitam protraxisse? Expungendum hunc Manzonii Anonymum, doctissimus quoque amadesius eadem de caussa existimat, ut ex ejus perscriptis ad me litteris adcepi.

XVI. IOHANNES I.
A. DCCCLXXXVI.
XVII. IOHANNES II.
A. DCCCCXLVI.
XVIII. IOHANNES III.
A. DCCCCLIV.

X. J*ohannes* (1) vixit ann. 954. (2) an. vero 968. Ravennati Synodo interfuit sub Johanne Pontifice an. 7. Imperii Othonis Imp., ubi erectioni Archiepiscopatus Magdeburgensis se subscripsit (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Duos Ughellius heic omittit Episcopos ex Manzonio omnino addendos. Nempe receptis, ut nuper indicavi, Stephani litteris, ut ait Manzonius (*a*) „ a Romano Archiepiscopo Ravennae, reque juxta mentem Pontificis composita, electus est a Clero in Episcopum „ Johannes I. Johannes inde II. ad Imolensem Episcopatum electus „ est a. DCCCCXLVI., qui Basilicam S. Cassiani instauravit.

(2) Hoc anno Ravennae a Petro Archiepiscopo habitum Concilium „ est, cui, inquit Manzonius (*b*), cum Johanne aliquot quoque affuerunt Imolenses Canonici, atque in eo Episcopatus Ferrariensis „ indemnitati consultum est, cujus plura bona fuerunt direpta, at„ que in actis ejusdem conventus, quae Longobardico charactere „ scripta Ravennae in Ursianae basilicae bibliotheca (teste Rubeo) „ servantur, aliquot Episcoporum comprovincialium nomina sic le„ guntur exarata. *Martinus Sanctae Ferrariensis Ecclesiae, N. Liviensis,*

(*a*) p. 48.
(*b*) p. 51.

„ *Lanfredus Episcopus Caesenas, Hurnaldus Popilien. Ecclesiae, Johannes* „ *Episcopus Corneliensis* „. Quae tamen in ipsis Concilii actis a Mansio vulgatis (c) ita leguntur: *Johannes Sancte Corneliense Ecclesiae*. Subscripsisse deinde Johannes sedis tantum suae *Imolensis* adscripto nomine inveuitur anno DCCCCLXII. Otonis diplomati pro Ratisbonensi Monasterio S. Petri (d).

(3) Duo Ravennensia Concilia distinguit Pagius; alterum anno 907. in quo Heroldus Salisburgensis depositus fuit, conditusque Magdeburgensis Archiepiscopatus; alterum a. 968., in quo plures Italiae, Germaniaeque Episcopi permutationem quamdam inter Halberstadiensem, et Magdeburgensem Ecclesias suis suffragiis comprobarunt. Utrique Johannem nostrum Synodo interfuisse, nullus dubitet; illum certe primi, quam Ughellius ad an. 968. perperam retulit, subscripsisse ejus acta apud Mansium (e) palam faciunt. Anno deinde 970. Ferrariense Concilium adiit a Petro Archiepiscopo coactum. Tandem, ut ex Rubeo Manzonius refert (f), „ Synodo Mutinensi „ apud Marzaliam celebratae sub Honesto Archiepiscopo Ravennate „ pariter affuit anno nongentesimo septuagesimo tertio una cum Epi- „ scopis Gerardo Faventino, Dodone Caesenate, Alberto Bononiensi, „ Uberto Parmensi, Singilfo Placentiuo, et Leone Ferrariensi, in „ qua statim post Archiepiscopum apparet subscriptus Johannes in haec „ verba: *Johannes Episcopus Sanctae Corneliae Ecclesiae in hac definitio-* „ *ne interfui, et subscripsi*. „

XIX. RAIMBALDUS
A. DCCCCXCVII.
XX. PAULLUS
A. MXIII.

XI. (1) **P***aullus* eamdem sedem obtinuit a. 1027. (2) usque ad an. 1030. (3) apud Rubeum.

(c) *T. II. Suppl. ad Conc. Veneta Labb. in appendice col.* 48.
(d) Confer Mansium (*T. I. col.* 1140.), et Oefelium Rerum Boicarum (*T. I. p.* 176.)
(e) *T. III. col.* 1380.
(f) *p.* 52.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Alium Manzonius Johaooem inter, et Paullum Episcopum statuit. Certe a. DCCCCXCVII. Imolensis Episcopus Ravennati Concilio ioterfuit, quod Gerbertus Archiepiscopus celebravit. At quisnam hic fuit? Anonymum Manzouius vocat. Veruoı si, Rubeo (a), et Hieronymo Fabro (b) praetermisssis, acta Conciliorum sive Labbei, sive Harduini Manzonius consuluisset, Raimbaldum Cornelieosem Ravennati huic Coocilio subscribeotem vidisset. Huoc ergo primus in Corneliensium Antistitum catalogum infero.

(2) Paulli initia duobus annis serius statuit Manzonius, a. scilicet MXXIX. Verum multis ante aonis ab eo Imolensis Ecclesia admioistrabatur. Nempe in Capituli Imolensis Archivo charta exstat (c) *refutationis*, ut ajuot, *scripta temporibus Benedicti Papae, et Henrici Regis*, in eaque sub fioem legere est: *Paulus Episcopus huic refutationi, vel sponsioni prefui, et subscripsi*. Ubi vides, Heoricum ooo Imperatorem, sed Regem appellari: scripta igitur ea membrana est aotequam a Benedicto VIII. Henricus Germaoiae Rex Imperatorio diademate donaretur; donatus autem est XIV. aut, quod D. Fleury mavult, XXII. Februarii a. MXIV. Igitur quum Benedictus a. MXII. post diem XVII. Juoii a Portuensi sede ad Romaoam translatus sit, Imolensis, quam indicabam, charta neque ante Junium a. MXII. oeque post Febroarium a. MXIV. a Paullo subscribi potuit, ut illam a. MXIII. adfigendam verosimillimum videri debeat. En ergo Paullum ab anoo MXIII. Imolensium Praesulem. Deiode anno MXVI. Provinciali Synodo ab Arnaldo Ravenoate Archiepiscopo celebratae ioterfuit (d). Raveonatibus praeterea Coociliis, ut me Cl. Aıoadesius per litteras monuit, subscripsisse legitur annis MXXV. (e), et MXXVII. (f). Duobus post aonis, auno nimirum MXXIX. latam a Gebeardo Archiepiscopo adversus iniquos bonorum Archiepiscopalium possessores sententiam suo suffragio firmavit. Manzonius ex Rubeo (g) hujusce sententiae initium describit, sed non satis adcurate: malim ego ex Annalibus Camaldulensibus (h) exhibere. „ Anno quarto Johannis Papae imperaote Chonrado anoo tertio die XI. Aprilis Iodictione XII. in su-

(a) *Lib. V. Hist. Rav.*
(b) *Mem. Rav. p. 2.*
(c) *Fasc. I. num. 4.*
(d) Vide Annales Camaldulenses *in App. T. I. n.* 94.
(e) *Extat ea Synodus in Ravennatis Archiepisc. Archivo.* 1. 4479.
(f) *Ibid. l.* 5000.
(g) *Lib. V.*
(h) *T. II. pag.* 25.

„ periori domus Archiepiscopatus Ravennatis, dum resideret in ju-
„ dicio, et in generali placito Gebeardus Archiepiscopus Ravennae
„ adstantibus maxima pars nobilium virorum omnium, idest PAUL-
„ LUS Episcopus Corneliensis, Lambertus Abbas Monasterii Sancti
„ Apollinaris in Classe, et Canonicis etc.

(3) Sanctorum Maurelii, et Projecti, inquit Manzonius (i), detecta
„ corpora, dum Cathedralis novo aedificio decorabatur, lapideis arcis
„ denuo condidit Paullus anno trigesimo secundo supra millesimum,
„ atque Imolensium petitionibus annuit, qui bellicas incursiones per-
„ timescentes, ut ea secretis in locis iterum abderentur, exoptabant.„
Quare duobus saltem annis ultra Ughellianas rationes protrahendus est Paulli Episcopatus.

XXI. PEREGRINUS
A. MXLVI.
XXII. ODELRICUS
A. MLIII.
XXIII. BASILIUS
A. MLXIII.

XII. *Henricus* Imolensium Praesul fuit anno 1056. (2).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Henricus e catalogo expungendus, ut mox videbimus. Ante illum Manzonius (a) Hibergrinum collocat ex membrana, quam dissertatione quincta dedimus, ubi de Monasterio S. Mariae in Regula; sed *Peregrinum* scribere debuit, non *Hibergrinum*. Eum porro, unde hauserit, illius Monasterii alumnum fuisse, evectumque ad Imolensem sedem circa an. MXLVI. haud scio. Charta enim annum exhibet MXLVII. quo utique Peregrinus Episcopatum iniisse potuit; nec quod ejus Monasterii praedia suis finibus conclusa describi curavit, illum Monachum necessario arguit. *Altigrimum* a. ML. Imolensem Episcopum Romano S. Leonis IX. Concilio subscribentem invenio (b). Hic etiam *Atigrimus* in Mabillonii annalibus dicitur. Idem

(i) *Hist. p.* 60.
(a) *p.* 62.
(b) Apud Cl. Mansium *T. I. supplem. ad Conc. Venet. Labb. col.* 1293.

fortassis est qui Peregrinus, ejus nomine amanuensium culpa vitiato. Siquis tamen eum a Peregrino alium voluerit, non admodum repugnavero.

(2) Henricum Ughellius, et Manzonius (c) inter Imolenses Episcopos retulerunt a Rubeo decepti, qui in Henrici Ravennatis Archiepiscopi tabulis Ugoni, et Imildae eo anno perscriptis *Chenricum* Forocornelianum vidit, ubi *Ohelricus*, *seu Odelricus* legitur. Reddo tabulas illas, quemadmodum in Annalibus Camaldulensibus exstant ex Raveonatis Archiepiscopii cartophylacio (d) diligeoter exscriptae (e).

„ Anno Domini temporibus Domini Victoris summi Pootificis, „ et universalis Pape sede secundo, sicque imperante Domino Enrico „ in Italia anno nono die vigesimo primo mense madio iodictione no- „ na claustro monasterio Galligate. Ea enim, que gesta esse viden- „ tur, perpetuis temporibus retineri memoriter non possunt, ideo „ scripture vinculis adnotari dignum est. Dum autem fuissent bone „ opinionis seu laudabilis fame viri in predicto loco. In primis Ohel- „ ricus Sancte Corneliensis Ecclesie Episcopus, Einricus Sancte Sas- „ senatis Ecclesiae Episcopus, Fulco presbyter, et Monachus, atque „ Abbas Monasterii Saocti Illari sito in Galligata, Ubertus Co- „ mes, Bonushomo judex, Paulus de Traversaria, Amizo, Froge- „ rius, Mainardus, Almericus dux, Ugo de Saso, Ugo de Epo „ Alegrito, Ubertus, qui vocatur Bulgaro, Gandulfus filius quon- „ dam Galli, Johannes, qui vocatur Signorello, Aodreas Raven- „ nas, Johannes de Constantino, Teobaldus Bobiensis, et alii plu- „ res, et me presente Vitali in Christi nomine tabellio territorio „ Pupiliensis in Osten. . . . . suprascriptorum omnium presentia fe- „ cit cartulam Einricus Archiepiscopus enfiteusis de duo millia tor- „ naturis terre posite in curte, que vocatur Casamurata, in nomen „ Amizonis, qui vocatur de Petro de Leo pro ex personis Ugonis co- „ mitis, et Imilde Comitisse Jugalis sue filiis, et nepotibus eorum. „ Et ideo si ab hac hora in antea Einricus Archiepiscopus Raven- „ natis Ecclesie una sui successores fecerit castellum vel turrim in „ Monte Majore, vel facient, consensum brebuerit, (f. *prebuerit*), tunc „ ipsa carta, quam scripsit dictus Einricus Archiepiscopus sancte Ra- „ vennatis Ecclesie de duo millia tornaturis terre curtis, quae vo- „ catur in Casamurata, sit firma, et stabilis, et Ugo Comes, et „ Imilda Comitissa cum suis filiis, et nepotibus licentiam habeant

4

(c) *pag.* 64.
(d) *F. n.* 2397.
(e) *In append. T. II. p.* 157.

„ ipsas terras, que in sua cartula releguntur, introire, et preocu-
„ pare, et tenere, et possidere absque obstaculo vel impedimento. Hoc
„ factum est sub die, et mense, et indictione suprascripta nona in
„ in predicto loco.

Ohelricus igitur, seu Odalricus ante XXI. Maij diem Forocorneliensi Ecclesiae jus dicebat. Immo et ante diem XIII. Maji anni MLIII.: eo enim die subscriptus legitur *Odolricus Corneliensis Episcopus formae electionis* Petri Episcopi *Aniciensis*, quam Cl. Mabillonius in appendice Tomi quarti *Annalium* vulgavit (*f*). Ejus quoque ad annum MLX. mentio fit in tabulis, quibus Walfredum, et Imizam Canonicis Imolensis principis templi nonnulla bona donasse *Dissert. II.* adcepimus. Tandem a. MLXIII. inter Ravennatis Concilii Praesules recensetur (*g*).

Hoc eodem anno MLIII. Odelricum B. Basilius excepit ab Ughellio praetermissus, a Coleto autem ex Mauzonii Historia (*h*) Imolensium Antistitum indiculo redditus. In Monasterio S. Mariae in Regula Basilius degebat eximiae integritatis, ac prudentiae, cum primis vero sanctimoniae laude clarissimus. Ut autem Episcopalem dignitatem susceperat, dirum teterrimumque serpentem, qui e lacu urbi proximo erumpebat, indictis supplicationibus sacroque Deiparae Virginis objecto suis manibus velo, uti ferunt, profligavit. Cujus prodigii simile illud est, quod ex Baronio (*i*) de Leone IV. Sandinius narrat. Marmoream ea de caussa columnam servatrici Virgini in ejusdem Monasterii Basilica gratus erexit. Testem hujusce rei epigraphen habeo, quae etiamnum ibi legitur. Ea istiusmodi est.

„ Marmoream columnam in honorem B. M. V. ob Cives ab im-
„ manissimo serpente servatos, ad Civium discordias, et corporis ae-
„ gritudines tollendas oleum mirabiliter exsudantem, cerisque super
„ eam oblatis fidelium votis propitiam, hic erexit B. Basilius Fami-
„ liae Benedictinae Episcopus Imolen. anno MLXIII.

Enim vero in ea, quam indicabam, Basilica ad aram B. Virginis columna etiamnum visitur inscripta ut est *Tab. IV. Fig. 1.*
Nempe *de donis Dei, et Sanctorum suorum servus tuus tibi serviens Basilius Episcopus fieri curavit per indictionem undecimam*, anno scilicet MLXXIII.. Nam licet singularias *F. C. P.* explicari posse intelligam *Foro Corneliensis posuit Indictione XI.*, tamen quum Imolenses Episcopi *Cornelienses* non *Forocornelienses* ex antiqua consuetudine sese inscribe-

(*f*) *Num. 70. p. 681. Lucens. edit.*
(*g*) *Arch. Ravenn. Archiep. G. 2780.*
(*h*) *T. XX. Ital. Sac.*
(*i*) *In vit. Rom. Pont. num. CV. pag. m. 319.*

rent, vix crediderim, Basilium insuetam suis decessoribus formulam columnae insculpi curasse. „ Atque hanc quidem columnam, inquit Manzonius (k)„ fuisse a Basilio in memoriam strati serpentis beatae „ Virgini dicatam, rei ipsius historia indicat, encaustico opere pi- „ cta in perantiqua theca sacrum velum asservante, in qua et Bà- „ silii columnam benedicentis, et non longe ab eo extincti serpentis „ imagines conspiciuntur: nec columnam tantum (pergit Manzonius), „ sed et altare ipsi beatae Virgini in eadem Ecclesia sequenti an- „ no aedificavit, et consecravit marmoreis compactum lapidibus cum „ hac epigraphe: *In honorem, et laudem beatae, et gloriosae, semper-* „ *que Virginis Mariae servorum tuorum tibi servientium Deus misereris.* „ *Basilius Civitatis Molae Episcopus fecit ponere indictione duodecima.* „ Hanc tamen ego inscriptionem numquam vidi, verum aliam longe diversam in principe Basilicae ara collocatam. En illam *Tab. V. Fig.* 2.

Equidem crediderim, Manzonianam epigraphen ex falsa hujus interpretatione prognatam. Siquid video, est ea fere explicanda, quemadmodum me illam olim explanasse memini in Italica ad Emin. Angelum Mariam Quirinum epistola (l). Monogramma scilicet, quod Manzonius silet, Basilii Episcopi nomen indicat. Cetera in hanc sententiam reddenda: *Servus tuus tibi serviens, Dei mater, Basilius Corneliensis minimus Episcopus fecit per indictionem XII.* In ea quidem epistola singularias D. M. *Dei miseratione* intellexerim. Verum ut haec staret interpretatio, singulariae illae non nomini *Serviens* subjiciendae, sed nomini *Corneliensis* praeponendae fuissent. Nullus igitur dubito Basilium heic Sanctissimam Deiparam adloquutum, ac singularias D. M. qua dixi ratione explicandas: *Dei Mater*. Quod autem Manzonius *Civitatis Molae Episcopum* heic legit, ab Imolensium Episcoporum, qui, ut dixi, se *Cornelienses* hactenus Episcopos appellarunt, consuetudine quum abhorreat, reijciendum omnino est. Qui enim inscriptiones poni curabant, illud cumprimis cavebant, ne formulis inusitatis, atque intellectu difficilibus uterentur, multoque magis ne siquid praeter morem usurparent, illud obscuriore siglarum compendio exprimerent.

Sed ad Basilium revertor. Altare a Basilio erectum, Manzonio teste (m) „ a S. Gregorio VII., ac deinde ab Eugenio III. perpetuis „ fuit Indulgentiis decoratum, in cujus Apostolicis litteris asserva- „ tis in archivo Sanctae Mariae in Regula sub datum Laterani no- „ no Kalendas Martii anno centesimo quadragesimo sexto supra mil-

(k) *pag.* 60.
(l) *Excurs. litter. per Ital. T. I. p.* 21.
(m) *p.* 67.

„ lesimum. Basilius titulo *Beati* nuncupatur: sic enim habet Ponti-
„ fex = Praeterea indulgentias quadraginta annorum visitanti quoti-
„ die altare beatissimae, et gloriosissimae Virginis Mariae per Bea-
„ tum Basilium in dicta Ecclesia aedificatum = „ Ceterum extremus Basilii annûs fuit ipse ille MLXXIV. qui ab Indictione XII. in adlata epigraphe designatur.

XXIV. ADELRICUS
A. MLXXIV.

XIII. *Vido* Imolensis Episcopus, ad quem extant epistolae Gregorii VII. *lib.* 1. *Epist.* 10. (1)

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Exstat equidem indicata Gregorii VII. ad Vidonem Epistola. Verum ille non Imolensis Episcopus fuit, quemadmodum Manzonius (*a*) errantem Ughellium sequutus tradidit, sed Comes. Vide dissertationis primae caput secundum. Quis ergo Basilio successor datus? Adelricus, qui anno MLXXIV. Majo mense Ravennati conventui interfuit, quum Tedelindae, et Bonohomini traditum fuit pactis in singulos annos conditionibus duorum fundorum dominium. Tabulae ea de re scriptae sunt (*b*): *in domus sec. Rav. Ecclesie ubi adessent viri bone opinionis, et laudabilis fame, quorum nomina hec sunt, Lambertus Episc. Bononiensis*, ADELRICUS *Episc. Corneliensis, Orandus Diaconus, Paulus ec.*

XXV. MORANDUS Schismaticus
A. MLXXXIV.

XIV. *Morandus* ex eadem Sede jus dixit (1) anno 1089. (2) Hic *Imolensi* populo usum portus *de Capite Silicis* concessit (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Ab Henricianis Schismaticis in Imolensem Sedem intrusus.
(2) Immo MLXXXIV. Inspice ipsum ejus Diploma, quo Imo-

(*a*) *p.* 70.
(*b*) *Arch. Rav. Arch. G.* 2794.

lensi populo usum portus de Capite Silicis, aliaque Episcopatus jura concessit.

(3) En diploma. „ In nomine Domini anno ab Incarnatione Do-„ mini N. J. C. millesimo octuagesimo quarto. Temporibus Clemen-„ tis Papae, regnante Henrico filio quondam Henrici Imperatoris „ die quinto mensis Junii indictione septima in claustro Monasterii „ Sanctae Mariae, quae vocatur in Regula intra Civitatem Corne-„ liensem. Plura quidem existunt pacta, quae solo verbo manere „ possunt; sed ob hoc necesse est scripturae vinculis annotari, ne „ vergentia temporum oblivioni maudentur, et jurgia generentur. „ Ea enim quae bono animo ac spontanea mea hona voluntate irre-„ fragabiliter promittuntur, ea inviolabili vinculo observentur. Et „ quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Morandus, gratia „ Dei electus, et ordinatus Episcopus Sancte Corneliensis Ecclesie „ per ejus paginam mee vocis, professionis, sponsionis, simulque pa-„ cti, statuti, convenientiae, largitatis a praesenti die meae paginae, „ vobis praesentibus in Christi nomine omnibus Imolensibus civibus „ petitoribus tam pro vobis, quamque pro liberis vestris, et here-„ dibus in perpetuum, vel quiq: in hac civitate habitaturi sunt, per „ hanc paginam pacti conventi, concedo, et largior, seu confirmo vo-„ bis res juris mei, et Sancte Corneliensis Ecclesie, idest omne tolone-„ um, et publicum actum; quem Sancta Ecclesia in Civitate Ymola „ alico jure habebat; et iterum concedo vohis usum portus mei, sci-„ licet Caputsilicia, hoc modo ut ex unaquaque navi quatuor de-„ narios monete Venetie pro nautico foenore tantum persolvatis ex-„ ceptis piscandi aut hemendi pisces causa euntibus, et exceptis is „ navibus missis legationis vel perorationis. Et insuper paciscor vo-„ bis meam principalem habitationem in suprascripta civitate vobis-„ cum fieri, et majorem partem omnium mobilium meorum ibidem „ retineri, et navigium cum omni studio, sine dolo vel fraude, tem-„ pore, co cives suprascripti me requisierint facere properato: et „ hoc quod vos recte habetis, et retinetis, ego meique successores „ nec tollam nec tollere faciam sine legali judicio, et ab hodierna „ die nunquam liceat mihi predicto Episcopo vobis petitoribus pre-„ dictas omnes res tollere, sed immo omni tempore securi, et quie-„ ti exinde vivatis cum vestris filiis, et heredibus in perpetuum. „ Deinde pro majori firmitate, et si umquam in tempore quepiam „ persona hominum surrexerit, que vobis omnibus prenominatis pre-„ dictas res partes, vel eam totam tollere, vel minuere voluerit, „ ego cum meis successoribus vobis vestrisque filiis, et heredibus, „ et illis, qui in hac civitate habitaturi sunt, stare, et autorizare, „ et defensare recta fide promitto. Et ab hodierna die numquam li-„ ceat mihi Morando Episcopo, atque meis successoribus ullo unquam

„ in tempore exinde facere questionem, aut causationem, repetitionem, „ ullamque molestiam generare contra vos, neque contra vestros fi- „ lios, vel heredes in perpetuum. Quod si sit, quod absit, et aver- „ tat divina poteotia, ut hec omnia, que superius leguntur, non ob- „ servaverimus, vel adimpleverimus, et cootra hec ire vel agere, „ aut contendere voluerimus, attestatione confirmo daturum, et com- „ positurum me meosque successores esse promitto vobis suprascri- „ ptis omnibus, vestrisque filiis, et heredibus in perpetuum ante o- „ mne litis initium, aut interpellationem pene nomine, auri optimi „ libras vigioti, et soluta pena maneat hec cartula paeti firma in „ perpetuum. Albertus notarius publieus Immolen. rogatus scripsi hoc „ pactum sub die quinto Mensis Juoii Indietione septima. Signum „ manus. Morandus Episcopus in hac eartula pacti a me facta ro- „ gatus firmavi.

Ceterum Manzonius (a) *vita functum credi Morandum* ait eirca annum MXCIV. Fallitur tameo. A. MXCVII. Caesenae sacramento adfuit, quo Ugolinus filius Guidouis Comitis Imolensis, Wiberti Ravennatis Archiepiseopi, et Romani Pseudopontificis (Clementis hic nomen sibi adsciverat) partibus sese obstrioxit. Docet id antiqua membrana, quam a doctissimis Annalium Camaldulensium conditoribus vulgatam (b) heic subjicio.

„ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab Incar- „ natione ejus millesimo nonagesimo septimo temporibus donni Cle- „ mentis Pape et Inrici imperatoris die vicesimo secundo mensis se- „ ptembris indictione sexta in urbe Cesene. Bonum et utile videtur, „ ut hominum faeta litteris narreotur, ne forte oblivioni tradan- „ tur. Dum sederet Dominus Gibertus Archiepiscopus sancte Raven- „ natis Ecclesie (c) in Claustro Cesenatis Canonice, astantibus o- „ mnibus ante eum elericis et laieis, silicet Morando Imolensi Episco- „ po, et Widone Ferrarieusi episcopo, et Guidone filio Manfredi, „ et Ugone filio Gerardi, et Johanne Ingoois filio, et Tebaldo, „ qui vocatur de Corbo, et aliis quampluribus, quoniam longum „ est ad scribeodum, infrascriptorum et aliorum presentia, aeeedeos „ Ugolinus filius Guidonis eomitis Imolensis posuit manum supra

(a) *p. 75.*
(b) *T. III. pag. 56.*
(c) Nequis miretur, Wibertum, qui tamen Clemens vocari voluit, haec scribenda curasse tempore Clementis Papae, ut duo, iique omnino inter sese diversi videri possint Wibertus Archiepiscopus, et Clemens Pseudopontifex. Discat a Rubeo (*lib. V. p. 311.*) fortassis id factum, quod ejus adhuc fluctuaret animus, neque se palam Pontificem maximum jactare, conscientia deterritus, auderet. Hinc se modo Clementem, idque, uti docui semel tantum cum esset in Episcoporum conventu, et Pontificia vacaret sedes, modo Wibertum Archiepiscopum, idque perpetuo affirmabat.

" sanctorum evangeliorum librum positum ante faciem ejusdem Ar-
" chiepiscopi, juravit ei fidelitatem sicut vassallus solet jurare Do-
" mino suo, et juravit etiam se numquam moturum accionem cri-
" minalem, aut civilem, et numquam facturum dannum aut contra-
" rietatem eidem Archiepiscopo occasione capcionis sue persone, aut
" castri sui donnicali, et neque omnibus, que adjutorium et consi-
" lium predicto Archiepiscopo de predicta capcione dedere. Et ju-
" ravit, se adjuvare eundem Archiepiscopum, et suos, redificare ca-
" strum Sancti Potiti, et redificatum castellum et curtem cum o-
" mni studio et posse suo retinere et defendere contra omnes omines.
" Alia quoque juravit, que sunt scripta in breve recordationis pre-
" dicti Sacramenti; et si omnia, que suprascripta sunt in hac cartu-
" la, et in dicto brevi recordationis non observasset, tradit jure pi-
" gnoris, et nomine pene . . . . quidquid habebat in Donicalia Ca-
" strum et curtem, et quidquid habebat in castro Willarini et cur-
" te, et duas partes de Curte Mondanica, et apreudit per manum
" Ugonem filium Girardi, et misit eam in manum predicti Archie-
" piscopi, qui traderet ei aut suo misso vel suo procuratori et suis
" successoribus sancte Ravennatis Ecclesie predictum pingnus, etiam
" juravit predictus Comes, quod predictam ipotecam, et pingnus o-
" mni modo se observaturum, ut scribitur. Quam vero paginam Pe-
" trus tabellio Longianensis de territorio Arimini scripsit.

" Ego Morandus episcopus Imolensis rogatus testis ss.

" Ego Wido Ferrariensis episcopus rogatus testis ss.

" ✠ Signum manus Guidonis olim filius Manfredi rogatus te-
" stis ut supra ss.

" Petrus Molendinarius in hac ipothece cartula testis ss.

" Ego Ugo filius Giradi testis ss.

Caesenae iterum Morandus a. MCIII. cum Alberto Episcopo Comaclensi, Othoni, quem Henricus, ut Rubeus non iuepte suspicatur (d), Wiberto in Ravennate sede suffecerat, adsedit, tabulasque super quibusdam ejus Ecclesiae praediis ad Ferrarienses translatis confectas idibus Junii suo suffragio confirmavit. Leguntur illae in actis, quae a. MCXIX eadem in caussa Gualterio Ravennae sedente conscripta sunt (e).

Quid ergo Oldoni fiet, de quo mox dicturi sumus? A. MXCIV. uti in Spondani Annalibus legere est, *grassante mortalitate in Germania, Gallia, et Italia magnus proventus ex conversione schismaticorum Catholicae adcessit Ecclesiae, poenitentibus illis timore mortis, et ad Ecclesiam re-*

(d) *l. cit. p.* 316.
(e) *copia, ut ajunt, R. lit. X. n.* 9.

de untibus. Non igitur a vero *abhorret*, *Imolenses eo anno de ejiciendo*, qui in Pseudopontificis sequendis partibus pervicax esset, Morando cogitasse, atque Oldoni Catholico Praesuli sese subdidisse. Morandus vero inde pulsus Caesenam migravit, nec tamem Imperatoris potentia fretus Episcopatum dimisit.

XXVI. OLDO

XV. **O***ldo* ejusdem sedis Antistes (1) anno 1095. *Novocomi* Ecclesiam de *Vostemate* consecravit ex auctoritate Urbani II. ut refert *Franciscus Ballerinus* (*a*) =. Otho vero dicitur et subscribitur Epistolae, seu Bullae *Urbani Papae* pro Monasterio *S. Regidii* confirmatae in Concilio *Placentino* (2), ut videre est apud Baluxium (*b*).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) In Morandi Schismatici locum, ut dixi, suffectus.
(2) A. MXCV.

XXVII. UBALDUS
A. MCVIII.
XXVIII. OTRICUS
A. MCXXII.
XXIX. BENNO
A. MCXXVI.

XVI. **B***ennus* sive *Benus* (1) patria *Florentinus*, vir humanioribus litteris nobiliter eruditus (2), floruit an. 1118. ex *Sigonio* de Regno *Italiae* (3). Hic Honorii II. auctoritate suffultus in favorem sibi creditae Ecclesiae 20. oppida obtinuit, aliquod Abbatias, ac Plebanias anno 1126. Haec summatim perstringit auctor Chronici *Vaticani* de hoc ipso *Benno* episcopo loquens, paulloque altius rem commemorans sic habet.

„ = Quoniam in Othonis tempora dilapsi sumus, operae

(*a*) Miscellan. T. VI. p. 384.
(*b*) In Historia Novocomi *lib. II.*

„ pretium esse duximus et altius repetere, quae scriptorum
„ annalibus, aut historiis indicta, et dispersa apud varia il-
„ lius temporis monumenta in breve volumen redegi; opus
„ labori nostro non admodum, at plerisque fortasse gratum.
„ Et quoniam non solum *Romandiola*, sed omnis *Italia* a Bar-
„ baris obruta est, latina quoque lingua vires suas amisit,
„ et pleraque nimis barbara in germanum latini sermonis
„ candorem invecta sunt. Nam *Carolo Magno*, *Berengariis*, et
„ *Othonibus Romanum Imperium* tenentibus, multa in linguam
„ *Romanam* irrepsere, quae priscis incognita extitere, hisque
„ regnantibus ad singulas civitates regendas comes aliquis
„ ex Imperatoria aula mittebatur, et *territorium comitatus* di-
„ cebatur quoniam illi comes praeerat; ideo mihi liceat in-
„ terdum verba temporibus accomodare. Multos annos ante
„ inter urbis nostrae episcopos et senatores sane convenie-
„ bat; nam nulla major Episcopis antea cura extitit, quam
„ crediti gregis salus, et vigilando, docendo, bene agendo
„ quosque ad bene beateque vivendum invitare; sed postquam
„ coepere pro pietate, pro religione, pro Christiano cultu
„ crudelitas, avaritia, libido sacerdotum pectora occupare
„ et in volentem f. *nolentem*, urbem ingredi, res nostra pes-
„ sum ire coepit. Illi namque ad quos, animarum cura de
„ jure pertinebat, ad habendi cupiditatem conversi, ple-
„ raque bona invasere, et major fere pars nostris Epi-
„ scopis supponeretur, ut neglecto rei Christianae cultu ad
„ humana in dies prolaberentur (4). *Honorius* Pontifex hu-
„ jus nominis II., de quo à nobis satis dictum est, omni-
„ um primus Episcopis nostris nolens tantam ad avaritiae
„ sordes fenestram patefecit. *Bennoni* Episcopo nostro, ut
„ erat imperii avidus, ubicumque locorum bona ad princi-
„ pem Ecclesiam pertinentia per litteras (5) donavit, voluit-
„ que, ut privata, quae ad rem cujusque pertinerent, pu-
„ blicaque judicia apud Episcopum sine Praetore agitaren-
„ tur; quum antiquitus non judicia exercerent Episcopi,
„ sed sacra tantum administrarent (6) curarentque, ne ver-
„ bum Dei apud populos inolesceret (id ea tempestate di-
„ ctum puto, qua nos vectigalia). Ad haec *Castellum Imolae*,
„ *Bagnariae*, *secularique Paculi publici*, *Maseratae*, *Runci*, *Rochae*
„ *Gazi*, *Fontanae ad Urcem*, *Tussignani*, *Casalis*, *Pehellae*, *Cor-*
„ *variae*, *Torranelli*, *Gallisternae*, *Flagnani*, *Nuntulicae lavatoriae*,

„ *aquavivae*, *Portuum Capitis silicis* cum paludibus, piscinis,
„ ripis, venationibus, aucupio, pastionibus, *Palululum*, *Becchantam*, *Bunchum*, *Libbam foenariam*, agrum *vallis Salviae* in
„ montibus. *Massam* praeterea *campi barbarani*, quod *Blaniantem* hodie dicimus, *Adhelli*, *Sagazani*, *Medesani*, *Ancetae*,
„ *Placiniani*, *Valerani*, *Cornazani*, *S. Ambrosii*, *Lillani*, *Ascivii*,
„ *Gallisani*; sacella ad haec plurima B. M. V. *Tiberiacae*, *Tusignani in Gypso*, ad *Selustrum* in tensam *Licini*, divorum
„ *Andreae*, *Sabini*, *Geminiani*, *Martini*, *Angeli*, *Apollinaris*, *Prosperi*, *Stephani ad Carbinnum*, *Agathae*, *Patricii*: majora deinde templo addidit, quae *Abbatias* dicimus, *Johannis* in Montis
„ (sic) nostris ad *Sennum Petri in Sala*, *Mariae Christiparae*
„ *in Regula*, *Donati*, *Matthaei*; xenodochium celebre *D. Vitalis*, Sodalitia, quae nostri *Monasteria* dicunt: *S. Mariae Zacconariae*, *Georgii*, *Stephani*, *Johannis in Lanasia*, *Paulli*, *Vincentii*,
„ *Petri in Pensulto*, *in Viario*, *in rivo publico*, *Pancratii*, *Pophilli*,
„ *Martini in saxo*, *In Arcennae*; *Johannes sodalitium D. Mariae*
„ *Formosae*; quae postquam *Benno* Pontificis beneficio adeptus
„ est, summa usus probitate reipublicae gratus admodum
„ exstitit.

„ *Benno* vero creditur decessisse ante annum 1140. quo
„ Canonici primum lapidem imponunt Ecclesiae S. Georgii,
„ facta quidem mentione Episcopi, sed ejus nomen reticet
„ membrana, ac si vacante sede in futuri Episcopi honorem poneretur lapis. Post annum quoque 1132., in cujus
„ exitu terras *Carsinctae* in emphyteusim tradidit, obiisse
„ dicendus est.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Duos heic Benni, seu Bennonis decessores ignoravit Ughellius, Ubaldum, et Otricum. Atque ille quidem sese *Electum* tantummodo appellat in tabulis cujusdam Emphyteuseos, qua hoc est initium a Manzonio (a) editum, sed ad autographum, quod in Capituli archivo inspeximus, a nobis emendatius exscriptum.

„ In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatio-
„ ne ejus millesimo centesimo octavo, temporibus Pascalis papae, et
„ Caroli Regis, die undecimo mensis februarii, indictione prima, in

(a) p. 77.

„ domo Sancti Cassiani. Omnibus manifestum est atque congrua ra-
„ tione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere, pro
„ quibus venerabiliter locorum, meliorandique utilitatibus causa pro-
„ ficiunt. Et ideo quidem in Dei nomine Domiuus Ubaldus Dei
„ gratia sancte Corueliensis ecclesie electus episcopus etc. una cum
„ consensu clericorum ejusdem ecclesie vobis etc. concedimus ad me-
„ liorandum etc.

Has porro tabulas Ubaldus firmavit his verbis. *Ego Ubaldus electus Episcopus subscripsi*. Ejus quoque in actis Rodulphi I. mentio fit a nonnullis, qui illi aequales fuerant. Cetera ejus gesta ignorantur.

Ad Otricum quod adtinet, Manzonius illius initia (*b*) a. MCXXII. adsignat. Dedisse illum Imolensibus Canonicis amplissimam voluntatis et studii significationem, Maynardinus in eo, quod pro iisdem edidit, nosque dissert. IV. recitavimus, diplomate testificatur adserens, de illis decessorum suorum Otrici et Rodulphi exemplo benemeriti.

(2) In Academia Bononiensi.

(3) Verum ad hujus aevi disciplinam adcomodatius, multoque verisimilius cum Manzonio dixeris (*c*), Bennonem nostrum a Sigoniano illo alium fuisse, eumque, cujus in patria urbe archidiaconi meminere acta Imolensis Ecclesiae anno MCVIII. Designatus porro Episcopus est circa annum MCXXVI.

(4) Non erat, cur ineptam hanc in Imolenses Episcopos iuvectivam, qua demum et Honorii II. erga Imolenses Antistites largitas et ceterarum multo opulentiorum per universum late orbem Ecclesiarum nomen proscinditur, Ughellius in publicam lucem offerret.

(5) Eas hic exhibeo (*d*).

„ Honorius episcopus servus servorum Dei.

„ Venerabili fratri Bennoni Corneliensi episcopo, ejusque suc-
„ cessoribus canonice promovendis in perpetuum.

„ Officii nostri nes hortatur authoritas pro ecclesiarum statu sa-
„ tagere, et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino
„ providere. Dignum quoque et honestati conveniens esse cognosci-
„ tur, uti qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a
„ pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri, atque Apo-
„ stolicae sedis patrocinio muniamus. Proinde charissime in Domino
„ frater Benno episcope, Corueliensi ecclesiae, cujus a Deo tibi cu-
„ ra commissa est, debita benignitate providentes statuimus, ut quas-

(*b*) p. 78.
(*c*) p. 79.
(*d*) p. 81.

„ cumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in prae-
„ sentiarum juste et legitime possidet, firma tibi, tuisque successo-
„ ribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus
„ duximus exprimenda; plebem videlicet sancti Laurentii sitam in
„ civitate Corneliensi, et teloneum, ac publicas functiones, castrum
„ Imolae, capellam S. Theodori, plebem sanctae Mariae Tyberia-
„ ci, plebem sanctae Mariae Tausiniani, plebem sanctae Mariae in
„ Gipso, plebem sancti Andreae, plebem sancti Savini, plebem san-
„ cti Grminiani, plebem sancti Martini, plebem sancti Angeli, ple-
„ bem sanctae Mariae in Selustra, plebem sanoti Apollinaris, ple-
„ bem sancti Prosperi, plebem sancti Stephani in Barbiano, plebem
„ S. Agathae, plebem sancti Patricii, plebem sanctae Mariae cen-
„ tum Lucinia, Abbatias sancti Johannis a Sino, et Sancti Petri de
„ Sala, sanctae Mariae in Regula, et sancti Donati, atque S. Mat-
„ thaei, xenodochium sancti Vitalis, Monasterium sancti Georgii et
„ sancti Stephani, sanctae Mariae Jacouiae, sancti Joannis in Pana-
„ via, sancti Pauli, sancti Vincentii, sancti Petri in Pitulo, sancti
„ Petri in Viario, sancti Petri in Rioploibo, sancti Pancratii, san-
„ cti Rophilli, sancti Martini in Saxo, sancti Martini in Arcene,
„ sancti Joannis Monachorum, Sanctae Mariae Formosae, castrum
„ Balnariae cum oratorio sancti Joannis, castrum Taulariae, ca-
„ strum Pojoli, castrum publicum, curtem Maceratae cum castro
„ Roccae, castrum Runci, et curtem vallis Salvae, castrum Gazi,
„ castrum Fontanae de Urce, castrum Tausiniani, castrum Casale,
„ Castrum Petrellae, castrum Corvariae, castrum Toranelli, castrum
„ Galliternae, castrum Flagnani, castrum in fundo Nunculiae, ca-
„ strum Lavatoriae, rastrum aquae vivae, portum Capitis silicis
„ cum aquis et paludibus, piscariis, ripis, et aucupationibus suis,
„ Petretolum, Baccaretum Runci, Libbam fenariam, Massam campi
„ in integrum, Massam Barbarani, quae vocatur Bolonianum, Mas-
„ sam Libbam, Massam Adhelli, Massam Sugarani, Massam Mede-
„ sanae, Massam Aucetae, Massam Placiniani, Massam Valeriani,
„ Massam Cornazani, Massam sancti Ambrosii, Massam Lilani, Mas-
„ sam Arsizi, et Massam Vallisani. Quaecumque praeterea in futu-
„ rum largiente Domino concessione Pontificum, liberalitate Regum,
„ largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis modis juste et
„ canonice poterit adipisci, integra tibi tuisque successoribus, et in-
„ tacta permaneant. Ad haeo adjicientes decernimus, ut nulli
„ omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut
„ ejus potestates auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel te-
„ merariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tam
„ his, quam pauperum usibus omnimodis profutura. Siqua igitur
„ imposterum ecclesiastica, secularisve persona hano nostrae consti-

„ tutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, se-
„ cundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendave-
„ rit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino
„ judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratis-
„ simo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu
„ Christi aliena fiat, atque in extremo examine dixtrictae ultioni
„ subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit
„ pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae
„ actionis percipiant, et apud dixtrictum judicem praemia aeter-
„ nae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

„ Ego Honorius Catholice Ecclesie Episcopus ss.

(6) Inscite dictum. „ Non enim, inquit Manzonius (c), novum „ est in Ecclesia apud Episcopos a primis usque saeculis laicorum „ caussas aeque ac clericorum eodem jure cognosci consuevisse: quip- „ pe qui Apostoli Paulli decreto hujusmodi judiciis fuerint prae- „ fecti; unde Divus Augustinus *de opere Monachorum capite nono* se „ Christianorum litibus queritur aliquando fatigatum; narratque „ Sanctus Possidius oculatus testis, eumdem Augustinum in suo „ Episcopatu Hipponensi dies integros ad vesperam usque jejunum „ negotiis saecularibus vel ea judicando dirimendis, vel iis interve- „ niendo praecidendis, saepius insumpsisse. „

(7) Recte decessit enim circa annum MCXXXIX. Non antea tamen Benno dimittendus a nobis est, quam quod per litteras a Cl. Amadesio intellexi, lectores moneam. In celeberrimi Einsildensis Coenobii Bibliotheca Codex latet (d) XIII. saeculo exaratus, ac praenotatus: *Summa discriminis Magistri Guidonis Fabe:* in eo autem inter inscriptionum formulas, quo loco *de privilegiis* agitur (e) haec proponitur. *G. Dei gratia Ravennatis Ecclesiae Archiepiscopus Ven. persone B. Ymolens. Episcopi, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.* Quodnam fuerit privilegium, cui isthaec praemittebatur inscriptio, cum ignarissimis ignoro; solo enim titulo contentus Guido cetera omisit; *Privilegium* tamen fuisse satis indicat, quod ad *privilegiorum* inscriptiones illum scriptor retulerit. Conjicit Amadesius, fundum fortasse quempiam, aut jus quoddam Imolensibus Episcopis ab Archiepiscopo Ravennate concessum, nec multum a vero aberraturum, qui Imolensis Ecclesiae possessiones in Argentae agro, qui antiquissimo jure ad Ravennatem spectat Ecclesiam, heic adscriptas intellexerit. Ut ut est, quum in utraque Ravennatum, et Imolensium Antistitum serie nonnisi Gualterius Ravennas, et Benno Imolensis occurrant, qui ante

(c) p. 84.
(d) *Pluteo XXVIII. litt. A.*
(e) *pag.* 29.

XIII. saeculum simul floruerint, atque adeo singularis G. B. denotari potuerint, de Gualterio, et Bennone heic agi haud temere dixero.

XXX. RANDUINUS
XXXI. GERARDUS
XXXII. B. RODULPHUS

XVII. *Rodulphus Ravennas Benno* successit. (1) Hujus *Imolensis* Ecclesiae adauxit census: Canonicorumque ampliavit fortunas ex dono patrimonii *Jordanis* de *Castro Duciae* 1148. quam donationem una cum aliis ejusdem Ecclesiae *Eugenius III.* Pontifex confirmavit in gratiam *Rodulphi*, quem unice dicitur dilexisse, anno 1151. En diploma ab originali desumptum, quod adhuc extat (2).

„ Eugenius Episcopus servus servorum Dei
„ Venerabili Fratri Rodulpho Imolen. Episcopo, ejus-
„ que successoribus canonice substituendis in per-
„ petuum.

„ In eminenti sedis apostolicae specula disponente Do-
„ mino constituti ex injuncto nobis a Deo Apostolatus offi-
„ cio fratres nostros Episcopos debemus diligere, et loca eo-
„ rum gubernationi commissa pia protectione munire. Ea
„ propter venerabilis in Christo frater Rodulphe tuis ju-
„ stis postulationibus clementer annuimus, et Imolensem
„ Ecclesiam, cui Deo authore praeesse dignosceris, sub beati
„ Petri, et nostra tutela suscipimus, et presentis scripti pri-
„ vilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessio-
„ nes, quaecunque bona eadem Ecclesia in praesentiarum ju-
„ ste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pon-
„ tificum, largitione regum, vel principum, oblatione fide-
„ lium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci,
„ firma tibi, tuisque successoribus illibata permaneant, in
„ quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis, ab-
„ batias Sanctae Mariae in Regula, Sancti Donati, Sanctae
„ Mariae in Diaconia, Sancti Matthaei Apostoli in castro Imo-
„ lae, Sancti Petri in Sala, et Sancti Joannis in Senno, xe-
„ nodochium Sancti Vitalis: in ipsa Civitate plebem Sancti
„ Laurentii, et in ea tibi, et Canonicis tuis medietatem
„ omnium beneficiorum de tota parochia ipsis provenientium

„ in decimis, primitiis, oblationibus, et testamentis; in ca-
„ stro Imolae plebem Sanctae Mariae cum cappella Sancti
„ Theodori, et ceteris cappellis ad eandem plebem pertinen-
„ tibus, plebem Sancti Geminiani cum cappellis suis, ple-
„ bem Sancti Savini cum suis, plebem Sancti Andreae, et
„ cappellam Sancti Pauli in Castro Albori, hospitale Sancti
„ Jacobi in Sillero, plebem Sanctae Mariae in Gipso cum
„ suis cappellis, cappellam Saxilionis, decimationem nova-
„ lium in Silva de pacto: infra fines tui Episcopatus, ple-
„ bes Sanctae Mariae in Tausiniano, Sanctae Mariae in Ti-
„ beriaco, Sancti Martini in Colma, Sancti Angeli in Cam-
„ piano cum cappellis ad easdem plebes pertinentibus, ple-
„ bem Sancti Stephani in Barbiano cum cappella de castro
„ Cunii, et ceteris cappellis suis, plebes Sanctae Mariae in
„ Centum licinia, Sancti Patritii, et Sancti Apollinaris cum
„ cappellis ad eas pertinentibus, Ecclesiam Sancti Anastasii
„ in Moredano, plebes Sancti Prosperi, et Sanctae Mariae
„ in Selustra cum cappellis earum, totum territorium, et
„ curtem Sancti Cassiani, castrum, et curtem Taulariam,
„ castrum, et curtem Aquaevivae, castrum, et Massam Bo-
„ loniani, Massam Prata, Massam Campum, Castrum, et
„ Curtem Caput Silicum, et Portum cum paludibus, aqua-
„ rum decursibus, et piscariis suis, portum Petrudulo, Bac-
„ charetum Runci, Libbam Fenariam, Villam Zacharam, ca-
„ strum novum Fabriaci cum sexdecim mansis, castrum Ba-
„ gnariae cum tota curte, et omnibus appenditiis suis, Massam
„ Adaello, Massam Sugazanam, Massam Madesanam, Massam
„ Auzetam, fundum Peculini, Castrum Imolae, Massam Pla-
„ signani, Massam Valeriani, Massam Cornazzani, Castrum
„ Gallisternae, castrum Toranelli, curtem Sancti Martini in
„ Saxo, fundum Sasdilliani, fundum Nunculiam, qui dicitur
„ Casula, curtim vallis salvae, Castrum, et curtim montis
„ alti, Massam Sancti Ambrosii, castrum Ronchum, cum to-
„ ta curte, curtim Maceratam, et castrum Rocchae, vil-
„ lam Sorbedulum, castrum, et curtem Petrellam, montem
„ Sanctae Mariae in Gipso cum appendentiis suis, castrum,
„ et curtem Corbariam, castrum, et curtim Fontis Illicis,
„ castrum, et curtim Tausignanum, castrum Casale, cur-
„ tim publicum, castrum, et curtem Zinarii, castrum, et
„ curtim Podioli, montem Sancti Andreae cum appenditiis

„ suis, castrum Duciae cum appendiciis suis, castrum,
„ et curtem lavatoriam, massam Libani, massam Arsizi,
„ massam Galizani, in curte Vitriani, fundum qui dicitur
„ Capraria, et quatuor alios fundos, et in ipsa civitate te-
„ loneum, et publicas functiones. Decernimus ergo, ut nul-
„ li omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere per-
„ turbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retine-
„ re, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed
„ omnia integra conserventur eorum, pro quorum guberna-
„ tione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis pro-
„ futura, salva nimirum Sedis Apostolicae authoritate. Si
„ qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona
„ hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam te-
„ mere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, ni sa-
„ tisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui
„ dignitate careat, reamque se divino judicio existere de per-
„ petrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac
„ sanguine Dei, et Domini redemptoris nostri Jesu Christi
„ aliena fiat: cunctis autem eidem loco justa servantibus sit
„ pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus et hic fru-
„ ctum bonae actionis percipiant, et apud dixtrictum judi-
„ cem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

„ Ego Eugenius Catholicae Ecclesiae Episcopus SS.
„ Ego Imarus Tusculanensis Episcopus SS.
„ Ego Nicolaus Albanensis Episcopus SS.
„ Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis SS.
„ Ego Manfred. Presb. Card. tit. S. Savinae SS.
„ Ego Aribertus Presb. tit. S. Anastasiae SS.
„ Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieru-
„ rusalem SS.
„ Ego Guido Presb. Card. tit. Pastoris SS.
„ Ego Bollandus Presb. Card. tit. S. Marci SS.
„ Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Stephani in Coelio
„ monte SS.
„ Ego Otho Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum SS.
„ Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli SS.
„ Ego Joannes Diac. Card. S. Mariae novae SS.
„ Ego Hyacinthus Diac. Card. SS. Georgii, et Bacchi SS.
„ Ego Centius Diac. Card. S. Mariae in Aquiro SS.

„ Datum Ferentini per manum Bosonis Sanctae Romanae

„ Ecclesiae scriptoris decimo quinto Kalendas Junii, Indi-
„ ctione decima quarta, incarnationis dominicae anno mille-
„ simo centesimo quinquagesimo primo, Pontificatus vero
„ Domini Eugenii Papae III. Anno septimo.

Porro de *Rodulpho* haec recitat auctor supracitati Chronici Bibliot. Vat. „ Verum, *inquit*, eo fatis functo (*scilicet* Ben-
„ none) et ad eam dignitatem multis ambitu ac largitione
„ adspirantibus, Episcopus neglectui haberi coepit, quod vi-
„ tae probitate, non dolo ad Dei religionem adcedere opor-
„ tet, in senatuque actum ut castella, sacella, templa, so-
„ dalitia, xenodochium Reipub. sicut antea obedirent. Ve-
„ rum haec omnia inania fuere; Nam *Rodulphus* postquam pon-
„ tificiam urbis dignitatem adeptus est, ab Eugenio illius no-
„ minis Pont. III. omnia, et his majora consequutus est. Qui
„ quum apud *Ferentinum* ociaretur, audita *Rodulphi* legatione,
„ quod ab *Honorio* pie donatum est, pontificio diplomate con-
„ firmavit, addiditque *D. Jacobi* xenodochium, *de Sileris* fluenta,
„ et Saxilionis sacellum, ac D. Martini in Colina, et ad Cuniam
„ Anastasii apud *Moretanum* sentibus ac vepribus tunc incul-
„ tum. Ad haec donavit Castella capitis silicis, Fabriani,
„ Petrellae, Corbariae, Fontis Ilicis, Linariae, agrumque
„ omnem, ubi Laureta oppidum olim fuerat, castrum no-
„ vum, castrum Ronchum, fundum praeterea Sorbedulum,
„ et Caprariam, ac Zaccariam; et sicuti apud antiquos mo-
„ ris fuisset, ut multi facultatum suarum decimam partem
„ Herculi voverent, hocque apud Romanos Syllam, et Cras-
„ sum fecisse comperio, ita jussit Eugenius aratores omnes
„ ad silvam, quae de pacto dicitur, frumenti decimam Epi-
„ scopo nostro dare, quo decumanos singulis annis mittere,
„ ac quid quid agri ad silvam adjaceret, ottonariis, et vi-
„ gesimariis ab Episcopo missis certum vectigal penderent
„ (3), cujus rei cupiditate brevi effectum est, ut pecuniae ac
„ lucri contagio proxima etiam loca inficeret. Solent inter-
„ dum Principes eos, quos pauperes esse convenit, divites
„ facere, et honestis hominibus nihil dare (4) „. An. 1159.
Rodulpus Canonicorum S. Laurentii privilegia rata habuit (5). Fuit Superstes Rodulphus Episcopus usque ad an. 1166. (6) de quo etiam loquitur Rubeus in Raven hist.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Nihil minus Benno, seu Bennoni Randuinus successit, huic Gerardus, Gerardo demum B. Roduphus.

Erat Randuinus principis templi Archipresbyter, quum anno circiter MCXL. ad supremum Imolensis Ecclesiae Magistratum evectus est. Ejus certe anni Augusto mense coram Randuino Imelda suis juribus cessit. Reddo tabulas in capituli archivo adservatas (a).

„ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen: Amen.
„ Anni Domini sunt millesimo centesimo quadragesimo, tempore In-
„ nocentii Papae, et Coradi imperatoris die septima intrante mense
„ Augusto indictione tertia. Actum in domum Episcopi Cornelien-
„ sis Ecclesie. Igitur cum auxilio Dei dum adessem ego Johannes
„ Notarius Casulensis, ibique mecum alii boni viri ante domnum
„ Episcopum S. Cassiani, nomina quorum sunt haec: Albericus Ca-
„ nonicus, Arduinus Canonicus etc. Domna Imelda relicta de Ma-
„ leincalzo apprehendit virgam in manu sua, et misit in manu Domi-
„ ni Episcopi Randuini, et dixit ita. Ego Imelda me spopondo, et re-
„ futo, et difinicionem facio nobile (f. nomine) cognate mee re-
„ lictae Lambertini fratris mei pro me, et pro meis heredibus,
„ idest omnes actiones quas ego habeo adversus testamentum, quod
„ frater meus Lambertinus fecit nobile (nomine) cognate maee. etc. in-
„ fra castro Sancti Cassiani, et in burgo Sancti Vitalis, et in curte
„ de Guillarino. Ego praedicta Imelda definitionem feci in manu
„ Episcopi sicut superius legitur etc. Jo: Notarius Casulen. etc.

In monumentis Faventinis nuper a claro Mitarellio collectis vulgatisque ad annum MCXLI. *Randomus Corneliensis* legitur; idem dubio procului Randuinus, ut vel uno hoc exemplo confirmari possit, quod de uno eodemque Peregrino, Altagrimo, seu Altagrino supra conjeci. Vixisse autem Randuinum ad Junium a. MXLVI. docent ejusdem Capituli monumenta.

Gerardus eo ipso anno electus est, postero vero ante feriam quinctam majoris hebdomadae decesserat. Quum enim Imolensibus Episcopis solemne ea esset aetate, ut bis quotannis Canonicos convivio exciperent, feria quiocta majoris hesdomadae, ac die S. Cassiani memoriae sacro, Gerardus hoc tantum die convivium cum Canoniris egit, morte scilicet quam ante XV. Aprilis diem (in hunc a. MXLVII. quincta majoris hebdomadae feria incidit) non admodum senex oppetiit, impeditus. Tres dabo hujusce rei vades ex illis ipsis, qui quum XII. saeculo ad finem vergente magna inter Albertum Episcopum, et Capituli Canonicos lis esset exorta, testes auditi fue-

(a) *Fasc. II. n. 46.*
(b) *Archiv. Capit. Fasc. IV. n. 118.*

runt; eoque libentius dabo, quod illorum unus septem Episcoporum aequalium nobis ordinem prodit (*b*).

„ Testis Gratia Dei, qui dicitur Marntus, dicit quod recorda„ tur Episcopum Bennum; Randuinum, Gerardum, Rodulphum; „ Arardum, Henricum, et Albertum. De Episcopo Gerardo dicit, „ quod modico tempore vixit in Episcopatu.

„ Testis Albertinus Diane. De Episcopo Gerardo dicit, quod „ dedit unum prandium Canonicis, et non plus in festo Sancti Cassiani.

„ Testis Arduinus Diaconus, et Canonicus Sancti Cassiani, de „ Episcopo Gerardo dicit, quod dedit Canonicis unam comestionem, „ se teste presente.

Rodulphus porro patria Ravennas, Monachus vero, atque adeo Abbas Monasterii Sanctae Mariae in Regula Imolensi Episcopatu a. MXLVII. potitus quum rediisset ex Gallia, ubi superiore Anno Carnotensi Conventui interfuerat, in quo ut copiarum suppetiae in Orientem decernerentur, cum S. Bernardo strenue adlaboraverat. Primo autem Episcopatus sui anno S. Georgii hospitale quibusdam praediis auxit, omni in Temperatum illius praesidem jure transcripto. Hujusce donationis Laciniam Manzonius. (*c*) protulit. Integram ex autographo (*d*) heic reddere licet.

„ In nomiue Patris, et Flii et Spiritus Sancti. Anni Domini „ tunc M, C. XLVII. temporibus Eugenii Pape, et Conradi Impe„ ratoris die tertio exeunte mensis Octobris indictione X. Actum in „ domum Domini Rodulphi Venerabilis Episcopi Corneliensis Eccle„ sie sancto ac beatissimo Venerabili hospitali sancti Georgii, in „ quo nunc Deo protegente Dominus Temperatus (*e*) venerabilis ho-

---

(*c*) *p.* 90.

(*d*) *Ardh. Capit. Fascic.* 11. *n.* 95.

(*e*) Temperati nomine nonnihil corrupto jam ab anno MCXXXVII. mentio fit in Istrumento, quod ex Archivo Capituli (Fascic. 11. n. 38.) heic adscribam.

„ In nomine Domini Nostri Jesu Christi ab Incarnatione ejus anno millesimo centesi„ mo trigesimo septimo temporibus Innocentii PP. et Loterii Regis die XXII. mensis Januarii, „ indictione XV. in domo Novellini. Ego quidem in Dei nomine Lambertus Ugonis Imi„ te facio tibi in Christi nomine stemperato receptori Hospitalis potis sancti Georgii, et „ successoribus tuis cartam donationis causa mortis pro anima mea, et uxoris mee, et „ quondam parentum meorum de una tornaturia terre, que est posita in loco, qui dici„ tur Felegario inter confines ejus a duobus lateribus. Ego ipse Lambertus a tertio limes „ a quarto Petrus Andree. Quidquid infra haec latera manet habeas, tenens enm suis „ successoribus, ut in perpetuum sit in cibos paupernm, et non liceat te neque tuos „ successores dictam terram vendere, neque aliquo modo alienare de dicto hospitali. Quod „ si feceris, haec carta sit vacua, et inanis, et ego vel mei heredes dictam terram habere „ debeam: quia ideo dicto hospitali eam do, ut semper in cibos pauperum maneat. Et ab „ hac die omnia dicta, ut superius legitur, cum meis heredibus tibi tuisque successori„ bus, auctoriare, et defensare promitto sub pena duarum unciarum auri, et pena solu„ ta hec certa donationis maneat firma.

„ Iohannes Patritius Civitatis Ravenne. Ungarellus Enrici. Johannes del Prete. Ugo „ Sclavone Novellinus. Tignosus Maanni vest. Johannes Fat. Vergondinus vocati testes fuerunt.

„ L. ✠ S. Ego Leo Sancti Cassiani Notarius ss. omnia dicta.

„ die praeesse videtur; ideo profiteor. Ego quidem in Dei nomine,
„ Dominus Rodulphus Venerabilis Episcopus Coroeliensis Ecclesie
„ Donator jussiooe atque io via Lamberti de Ravenna pro oblatione
„ et illuminatione, seu eterna remuneratione animae ejus, et pro ani-
„ mabus parentum ejus do, dono, trado, transfero, et transcribo,
„ atque subduco in jus, et dominium predicti hospitalis per te dom-
„ num Temperatum acceptorem pro te, et pro tuis successoribus in
„ perpetuum more salario „ (Num solito ?) permaoeodos, idest tres
„ tornaturias terre, que sunt posite in duobus fundis, duas torna-
„ turas terre sunt posite in loco, qui dicitur *Felegarius*, a quatuor
„ lateribus tenet praedictus Lambertus de Ravenna; tertia torna-
„ turia terre est posita iu fundo de Felegario, a primo latere te-
„ net jam dictus Lambertus donator, a secundo similiter, a tertio
„ Petrus Aodree, a quarto vero latere est via: iofra hec latera pre-
„ dicte tres tornaturie permanent cum omnibus sibi pertinentibus
„ territorio plebis Sancti Cassiani, ut appreheodere, aut quando-
„ cuoque voluerit, liceat tibi predicto Temperato tuisque successo-
„ ribus in predictis rebus iutroire, et preocupare, atque ingredi ex
„ potestate habeas, teneas, possideas. . . . tramite ordinaudo, et di-
„ sponendi in eodem hospitali pro remdio anime predicti Lamberti
„ de Ravenna, et pro animabus parentum ejus more salario perma-
„ uendas in perpetuum, et deinceps non liceat mihi domno Rodulpho
„ Venerabili Episcopo Corneliensis Ecclesie, neque predicto Lamber-
„ to de Ravenna, neque suis Filiis, et heredibus ullo unquam in
„ tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum
„ Temperatum, neque contra tuos successores, ueque per summissàm
„ vel summittendam a me atque a se personam: sed immo omni
„ tempore securus exinde maneas iu perpetuum autorizare, atque
„ defensare promitto me per jossionem Lamberti de Ravenna pro se,
„ et suis filiis, et heredibus pena dupla, et peua soluta hec cartula
„ donationis maneat firmà.

„ Ego Domnus Rodulphus Veoerabilis Episcopus Corneliensis
„ Ecclesie per jussionem Lamberti de Ravenna in vice ejus
„ scripsi hec.

„ Testes Orlandus de Cortisse. Johannes de Pithriolo. Vivia-
„ nus Rinfo.

„ Isti fuerunt ad omnia suprascripta

„ Ego Johannes Notarius Casulensis scripsi hec

L. ✠ S.

(2) Ad ipsum autographum Vghellianam editionem exegimus.

(3) Ineptum hominem! quasi vero decimarum, quae Ecclesiis penduntur, origines ex Ethnicorum moribus sint repeteudae, non ex divino jure Hebraeis dato.

(4) Bononiae in Canonicorum Regularium, quos S. Johannis de monte appellant, archivo diploma legere est, quo Simeon Ravennas Archiepiscopus a MCLIV. Cauonicis S. Victoris, ac S. Johanis praedia universa, ac jura confirmat. Subscribunt autem hisce tabulis Gregorius Episcopus Adriensis, Rambertus Episcopus Faventinus, Rodulphus noster, ac Leo Comaclensis. Hic quidem in Vghelliana Comaclensium Praesulum serie desideratur ex hoc tamen diplomate in illam inferri posset, nisi Simeonis Archiepiscopi nomen obsisteret. Nam ceteri quidem, quos indicavi, Antistites a. MCLIV. appellatis Ecclesiis praeerant; sed Simeon nonnisi a. MCCXVI. aut insequente ad Ravennatis Ecclesiae clavum admotus est. Fieri tamen posset, ut quum Archiepiscopus Anselmus, qui eo anno Ravennatem regebat Ecclesiam, prima tantum littera *A* suum nomen de more inscripsisset, ea a recentiore aliquo minus perito seu notario seu librario perperam intellecta in *S.* transierit, indeque Simeonis Archiepiscopi nomen derivarit. Sed ad graviora Rodulphus nos vocat „ Vigentes, inquit Manzonius (*f*) inter cives Cornelienses, et „ oppidanos (S. Cassiani) controversias Rodulphus pia sollicitudine com„ ponere studuit, eosque, quod Episcopatus canonicorumque plura bona „ aliarumque Ecclesiarum belligerando pessum dedissent, aut inde„ bite occupasseot, censuris obnoxios pastorali amore solvit, cum „ iis tameo paciscens omnis detrimenti, et ruinae reparationem, fi„ deque per eosdem data, ac sacramento, munita de tradendis san„ ctorum protectorum corporibus Episcopo, et Canonicis, quae ut a „ barbarorum injuriis servarentur, eorum patres custodiae causa „ occultaverant, ii vero non secus ac laicali dominio affectavi qua„ dam ea detinebant, cujus conventionis coram Conrado Friderici „ regis nuncio initae restat in archivo capitulari autographum die „ undecima maji anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto „ illiusque tenor est.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione „ ejus millesimo centesimo quinquagesimo quinto temp. Adriani Pa„ pe, et Federici regis, undecimo die intrante mensis Maji, indi„ ctione tertia. Actum in civitate Imola in aringo Immolensium in „ platea Sancti Laurentii. Convenerat si quidem inter Episcopum, „ et canooicos sancti Cassiani, et Immolenses, sic quod Immolenses „ redderent Episcopo, et canonicis, aut eorum certis nunciis, quan„ do vellent ipse Episcopus, et Canonici corpus Sancti Donati; et „ alia corpora Sanctorum Petri Ravennatis, et Maurelii, et aliorum „ sine fraude, et occultacione ulla, quemadmodum per se vel per „ alios cognoscerent ubi essent, et pro obligacione pigoorum redde„ rent septuaginta libras Episcopo, et Canonicis, sicut inter ipsos

(*f*) p. 96.

„ constitutum fuerat, idest quod usque ad quattuor ebdomadas de
„ viginti libris sic satisfacerent . . . . quod redderet pignora
„ Episcopo, Episcopus satis faceret de mercede: de quinquaginta
„ vero libris sine fraude, et justo impedimeoto quam citius possent
„ acquirerent inducias a Girardocio, et in termino quem cum ipso
„ ponereut, persolverent Episcopo quinquaginta libras prolate mo-
„ nete Lucensis, et persolverent Girardocio lucrum quod compete-
„ ret a die hujus convencionis. Pro restaurationibus quoque Eccle-
„ siarum usque ad sex annos a festivitate Sancti Michaelis vigin-
„ ti vero libras solverent probate, et currentis monete, et in ulti-
„ timo termino treginta libras. Posuerunt eciam ab eodem die ho-
„ norem, et bonum Ecclesie Sancti Cassiani, et Episcopi, et Cano-
„ nicorum, et eorum successorum in perpetuum, quem nunc habent,
„ vel in antea sunt habituri spiritualem vel secularem sese perpetuo
„ adjuvare per bonam fidem retinere, et conservare, et amissum recu-
„ perare contra omnes homines, excepto Papa, et Imperatore, salva
„ tamen reverencia juramenti quo tenebantur Bononiensibus, et Fa-
„ ventinis. De possessionibus quoque Episcopi, et Canonicorum, et
„ Sancti Donati, et Ecclesiarum castri Immole, et Immole hoc con-
„ stituerunt, quod feuda, et manentias, et terras ad terraticum,
„ quas quilibet eorum emisset, seu cautionibus vel pingnoribus aut
„ forte invasionibus habuissent quique dimitterent, et si Episcopus
„ aut persone Ecclesiarum quarum negocium fuerit vellent, ad eo-
„ rum voluntatem convenirent; de aliis vero tenutis idest feudis li-
„ bellis pensionatis pactis henfiteuticis servicia, et pensiones subtra-
„ ctas restituerent ad concordiam dominorum, et amodo solverent, et
„ innovarent iostrumenta sicut ex instrumentis antiquis videretur, et
„ qui non haberent instrumenta: preterea siquid de rebus ecclesias-
„ ticis inveniretur in communi ipsorum Imolensium, vel apud ali-
„ quem, qui haberet, pro communi redderent, et reddi facerent,
„ de his autem casamentis vel tenimentis Ecclesiarum Immole, et . . . et
„ Sancte Marie in Zagonia que pro quomuni locaverunt, et commu-
„ taverunt illi qui habeot conveoient cum Ecclesiis ipsis de justis
„ redditibus; in his siquidem omnibus ut dictum est, convenerunt
„ cum Rodulfo Episcopo S. Cassiani, et Canonicis pro ipsis et ipso-
„ rum successoribus in perpetuum, et super sancta evangelia multi
„ eorum nominatim juraverunt hec omnia predicta sese perpetuo
„ servaturos per bonam fidem absque fraude prenominato Episcopo,
„ et Canonicis, et eorum successoribus, et si Episcopus aliquando
„ defuerit, Ecclesie, et Canonicis fideliter adimpleturos. Precipien-
„ te denique communiter multitudo eorum in coocione portonarius
„ eorum martinus nomine juravit similiter pro omnibus sicut est

„ mos in civitatibus pro negociis communibus fieri. Consequenter „ autem Vbertinus Ugonis Ildebrandi cum consensu aliorum consu- „ lum, et tocius adstantis multitudinis nobilissimo Viro Corrado nun- „ cio Federici regis presente, et pariter constituente per virgam „ quam tenebat firmavit in manu Episcopi pro omni Comunitate „ Immolensium, quod omnia supradicta perpetuo conservarent sub „ promissione, et stipulacione peoe duarum librarum obtimi auri. „ Denique pro eo quod sic juraverunt, et promiserunt prenomina- „ tus Episcopus habens fidem quod omnia fideliter observarent ab- „ solvit eos qui presentes erant, et absentes ubicumque essent ab „ interdicto, et excomunicatione, et pro se, et omnibus Clericis et „ et Ecclesiis suis in presencia Canonicorum, et eorum consensu, eo- „ dem Corrado Regis Nuncio presente, et astaute per virgam quam „ manutenebat in manu prefati Vbertini Ildebrandi pro ipso „ et aliis coosulibus, et pro omoi communitate Immolensium in per- „ petuum diffinivit Vniversa maleficia tenebatur vel teneri possent „ in judicio vel extra judicium civiliter vel criminaliter pro domi- „ bus vel Ecclesiis vel Dampnis illatis in eis pro se, et omnibus „ successoribus suis in perpetuum sub promissione et stipulatione „ similis pene.

„ Quibus omnibus Ego Johannes Notarius Corneliensis Ecclesie „ interfui, et hec omuia sicut mihi tunc preceptum fuit per Epi- „ scopum, et per eundem Regis Nuncium scripsi.

Huc spectat, quam ex Monasterii S. Mariae in Regula Archivo descripsi. „ Noticia recordationis. Igitur cum auxilio Dei cum adessem. „ Ego Johannes Notarius Corneliensis Ecclesie juxta Ecclesiam S. „ Marie in . . . . (scilicet Regula) in presencia Archidiaconi Ra- „ vennatis Ecclesie, et Petri Sacerdotis Cardinalis dicte Ecclesie, „ et Procerum scilicet Guilielmi Traversarii, et Johannis Ducis, et „ Valvasorum scilicet Guidonis, Lazari, Odonis, Rastelli, Sinibal- „ di, et aliorum ibi adsistenciam, Immolenses sic dedere pignora „ domno Rodulfo Episcopo, et Canonicis suis per ducentss libras Lu- „ censis monete, et insuper juravere precepta tenere de Controver- „ siis que erant inter illos post preceptum datum usque ad termi- „ num quem constituerit per bonam fidem sine fraude, et ullo do- „ lo. Sed si ipsi noluerint obedire, et bene observare precepta Dom- „ ni Episcopi, et Canonicorum, Guillelmus Traversarius, et Johan- „ nes Dux juravere Domno Episcopo, et Canonicis suis dare ei du- „ centas libras Lucensis monete in eodem termino, nisi Episcopus, „ et Canonici alium terminum dederint, et receptis ducentis libris „ Domnus Episcopus. et Canonici debent dare pignora illis. „

Eodem anno MCLV. Rodulphus Ravennam se contulit. Nam,

ut Ruheus narrat (*g*),. Auselmns Archiepiscopns Chunrado Mamann.
„ Ravennae Capitaneo (ita enim Praefectos appellare consueverant)
„ usumfructum fundi Plancolae dedit, Rodulfo Forocorneliano Epi-
„ copo Johanne Duce, et Guidone Desdeo, civibus Ravennatibus. Te-
„ stibus sequente anno illum invenio ejusdem Anselmi litteris, qui-
„ bus Martino in Regiensi Dioecesi Pulianelli Archipresbytero ejus
„ Ecclesiae fundos ac jura confirmavit, subscribentem (*h*). „ Quum vero idem Anselmus Synodum proximo anno MCLVII. celebraret, et huic Rodulphus adfuit. (*i*) Sequente mox anno defunctae Dadillae Hugonis Bulgari uxori cum Canonicis suis, quibus idem Hugo praedia nescio quae in fundo Hortinaulae donarat, justa solemni ritu persolvit (*k*).

„ In nomine Domini Jesu Christi anno ejus Incar. 1158. In-
„ dictione 6. in civitate Immola in Ecclesia Sancte Marie in Regu-
„ la die undecimo currente mense Augusti temp. Adriani Pape, et
„ Federici Imperatoris in nominata Ecclesia Sancte Marie erat Epi-
„ scopus Rodulfus Sancti Cassiani ibique cum eo Canonici Sancti
„ Cassiani, et Abbas Sancti Donati cum Monachis suis, et ibi Ab-
„ bas Sancti Apostoli cum Monachis suis, et ibi Canonici Sancte
„ Marie de castro Immole nec non Canonici Sancti Laurentii, et
„ Cappellani Immole, et multi Laici de Immola, et de aliis locis ho-
„ mines, et Clerici ibi erant eo die quo die in Ecclesia Sancte Ma-
„ rie in regula jacebat mortua Dadillia quondam conjux Bulgari, Ugo-
„ nis, Petri Bulgari, et Abbas, et Monachi Sancte Marie ibi erant, et
„ Episcopus Missam cantabat, et predicti Clerici, et Monachi offi-
„ cium predicte defuncte faciebant. In presencia istorum etc.

(5) Exstat ea de re in Capituli Archivo (*l*) istiusmodi monumen-
„ tum.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incar. ejus
„ M. C. LIX. Temporibus Adriani Pape, et Federici Regis tunc in
„ Italia existentis die quarto Mensis Februarii in plebe sancti Lau-
„ rentii indictione septima .... quidem in Dei nomine Rodulfo
„ Sancte Corneliensis Ecclesie Episcopus *sic* Presbyter Petrus etc.
„ ut vobis confirmaremus quod antiquitus per vestros antecessores
„ in Ecclesia plebis Sancti Laurentii datum, et concessum erat etc.
„ nos vero consilio, et consensu fratrum nostrorum Canonicorum

(*g*) *Lib. VI. p.* 336.
(*h*) Apud Muratorium *Antiquit. Italic. T. VI. col.* 441. Ego Rodus (id monstri scripturae compendium peperit) S. Cassiani Episcopus subscripsi.
( ) Arch. Archiep. Rav. *capsa B. litt. N.* 3717.
(*k*) *Arch. Capit. Fasc. III. n.* 7.
(*l*) *Fascic. III. n.* 20.

„ Sancti Casxiani *sic*, et pro externa illuminatione animarum no-
„ strarum etc. vobis predictis fratribus nostris Canonicis Sancti Lau-
„ rentii plebis, et pro ipsa plebe precipientibus omnia jura vestra
„ spiritualia, et temporalia etc. confirmamus, quartam vero paupe-
„ rum, que nostri antecessores, et nos ad nostras manus retinuimus,
„ et adhuc pro pauperum utilitatibus retinemus eo tenore et ea
„ conditione, quod non liceat nobis, et nostris fratribus in perpe-
„ tuum a nobis dictam quartam alienari etc. Quartam vero Cano-
„ nicis nostris Beati Casxiani *sic* concessam integram habeant, et di-
„ minutionem aliquam ect. non patiantur.

Eodem porro anno Fridericus Palatinus Imperatoris Legatus novo Imolensem Ecclesiam diplomate ornavit, quod a Manzonio (a) editum pluribus in locis ex archetypo emendavimus Illud ejusmodi est.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatio-
„ ne ejus M. C. quinquagesimo nono temporibus Adriani Pape, et
„ Friderici imperatoris die nono intrante mense Martii Imole in
„ Claustro Monasterii Sanctae Mariae in Regula, indictione septi-
„ ma. Ego quidem in Dei nomine Federicus Palatinus comes, lega-
„ tus domini Federici Imperatoris in Italia nunc existentis pro amo-
„ re, et timore Dei omnipotentis, et Beate Marie semper Virginis,
„ et Beati Cassiani Martiris Christi, atque ex parte Domini mei
„ Federici imperatoris recipio Ecclesiam Sancti Cassiani, et Cano-
„ nicam, et domum Episcopi cum omnibus possessionibus, quascunque
„ habent, et tenent, et sibi pertinent, vel acquirent, recipio inquam
„ in tuitione, et defensione, atque protectione omnes res, et posses-
„ siones eorum, ut sanae et salvae, atque securae sint, ubicumque
„ sunt in perpetuum: siquis vero dux, aut marchio sive comes vel
„ vicecomes, aut aliqua potestas major vel minor, aut aliqua per-
„ sona temerario ausu possessiones, et bona predictae ecclesiae, et
„ Canonicorum, atque Episcopi inquietare aut invadere, vel violen-
„ ter tenere, et nostram tuitionem, et defensionem despectui habe-
„ re presumpserit, gratiam domini imperatoris, et aliorum impera-
„ torum successorum, et meam amittat, et duas libras auri ad li-
„ bras Karoli nomine pene camere regis persolvat, et post solutam
„ penam omnia predicta in perpetuum maneant firma. Que scripsi
„ Ego Pizolus Immolensis notarius. Actum est hoc in presentia Co-
„ mitis Malvicini, Ubaldi Potestatis Favent. Federici de Guillelmino,
„ Gerardini de Farulfo, Frasconis, Aliducis de mala parte, Pere-
„ grini Potestatis Imolae etc. et aliorum quamplurium tam latino-
„ rum, quamque Teotonicorum, qui ibi fuerunt, et hec omnia au-
„ dierunt „.

(a) p. 99.

Hoc ipso anno in Castro S. Cassiani quum Rodulphus moraretur, apud eum Gerardus Bononiensis Episcopus, quocum ante necessitudinis vinculo colligabatur, diversatus fuit. Rodulphus vero clericos suos in principe templo sacris ab amico hospite ordinibus initiari honoris caussa permisit.

Interea post Adriani obitum ad summum Ecclesiae Pontificatum evehitur Alexander III. Hunc Fridericus Aenobarbus acerrime insectari coepit: Rodulphus contra quum summopere coleret, Imperatoris in se quoque iram concitavit. Sede igitur sua pulsus, ut successoris Alberti acta testantur, in montana dioeceseos loca secedere coactus est. Hinc apud Paroecias Massae Castri Rivii aliquamdiu mansit; in paroecia Gypsi Paschales dies transegit: ipsum faustissimum Christi Domini ortum veluti profugus alibi celebravit. Praeterea a. MCLX. Bagnariae erat, ubi Faventino S. Hyppoliti Monasterio Ecclesiam S. Andreae de Zagonaria hoc diplomate confirmavit.

„ In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis M. C. LX. „ temporibus Alexandri Pape III. et Federici Imperatoris die quin- „ ta intrantis Mensis Septembris indictione octava. Actum Bagna- „ rie. Tibi domno Alberto Abbati Sancti Ipoliti de Faventia. Ego „ Dompnus Rodulfus Episcopus Ecclesie Sancti Cassiani cum consen- „ su fratrum meorum Canonicorum concedo, et largior, ut Eccle- „ siam, et populum de Zagonari regas in spiritualibus et tempo- „ ralibus, et facias etiam officiari pro voluntate tua per Monachum „ vel Conversum tuum Sacerdotem, vel per alium Sacerdotem a te „ electum, et in Ecclesia positum, et libero eam ab omni exactione „ mea, et meorum successorum in perpetuum, salvo jure plebis de „ Barbiano in baptisterio, in litaniis, et reverentiis, que fiunt in „ festivitatibus plebis, et in cusis (*sic*) de matrimonio. Hanc autem „ concessionem, et liberationem facio pro remedio anime mee, et „ meorum antecessorum, et successorum, et semper obligati sitis pro „ nobis orare, et nos in vestris orationibus recommendare.

„ Testes interfuere de Canonicis presbyteri Rolandus, et Goti- „ fridus, Albitius Subdiaconus, Visonus acolytus, Zebedeus judex, „ Presbyter Zebedeus, Orlandinus de Cortise, et Radulfinus filius ejus.

„ Ego Petrus Notarius, ut audivi, et intellexi ab utraque „ parte, scripsi rogatus. „

Quae quidem omnia manifesto sunt argumento, nullam mereri fidem veteratorem illum schismaticum, qui ut Ticinensi adversus Alexandrum III. conciliabulo auctoritatem adderet, apud Cl. Mansium (*m*)

(*m*) Editum inveni *T. III. Annal. Camaldul. in app. p.* 505.

plurimos in eo confixit Episcopos, atque inter hos Imolensem Victori Antipapae adhaesisse. Equidem editor gravibus aliis de caussis mendacii nequissimum hominem convicit; sed quae de Rodulpho protulimus, si doctissimus vir animadvertisset, non dubito, quin illis senteutiam suam maxime confirmasset.

Anno tamen MCLXV. Rodulphus sedem suam repetierat; eo enim anno quincto Idus Martii *in porticu domus Episcopi in Castro S. Cassiani petiam terrae in fundo S. Georgii permutavit*.

(6) Saltem ad diem XIV. Aprilis, quo, ut ait Manzonius (n) *inter eum, et Canonicos intra Episcopium quaedam bonorum permutatio* coram ipso inita est, non multo tamen post ipso illo anno decessit ea sanctitatis fama, ut Beatus in Monasterii S. Mariae Membranis appelletur, ejusque corpus ibi tumulatum inter ejus Ecclesiae Reliquias perhonorifice recenseatur.

XXXIII. ARARDVS.

XVIII. *Arandus* (1) eamdem sedem obtinuit anno 1167. (2) neque de eo alia extat memoria in tabulis ejusdem Ecclesiae (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Immo *Arardus*.

(2) Superiore anno MCLXVI.„ quo anno, inquit Manzonius (a), „ quum urbes, populi, Ecclesiaeque ipsae per imperiales quaestores „ immoderatis mulctis succumbere cogerentur, ac proinde xeuodochium „ Sancti Georgii ad eam victus penuriam adductus esset, ut neque „ aegrotis, neque pauperibus alendis ullo pacto sufficerent, ejus rectorum precibus permotus Arardus eidem hospitali paternam suam „ charitatem liberalissime impertivit: quaedam insuper bona instantibus Canonicis, permutationis titulo, eidem hospitali concessit an„ no sequenti; cujus actionis initium sic tabulae die quinta Novem„ bris referunt„: *Ego quidem in Dei nomine Domnus Arardus Episcopus* „ *Sanctae Corneliensis Ecclesiae do vobis presbytero Arnulpho receptori pro* „ *Ecclesia Sancti Georgii causa permutationis etc.*

(3) Fallitur Ughellius; „ in causa enim, ut idem Manzonius ait

(n) *p. 120. ex Capit. documento Fasc. III.*
(a) *pag. 103.*

(b) „ inter Albertum I. ejus post Henricum successorem, et inter Ca-
„ nonicos vertente, anno centesimo nonagesimo septimo supra millesi-
„ mum vigesimi sexti testis, qui Arardo fuerat contemporaneus, ju-
„ rata assertio sic legitur exarata: *De Episcopo Arardo dicit: quod sep-
„ tem annis vixit in Episcopatu, et morabatur cum Canonicis in Castro San-
„ cti Cassiani etc.*„: quapropter dicendus est obiisse anno millesimo cente-
simo septuagesimo tertio.

XXXIV. HENRICUS.

XIX. *Henricum* in *Imolensi* sede *Alexander III.* Pontifex Max. confirmavit, cujus sinceriores partes contra *Fridericum* Imper. fuerat constantissime sequutus anno 1170. (1). Ob id non semel vagari coactus est. Jurium, et privilegiorum suae Ecclesiae ab eodem Pontifice confirmationem suscepit, quae et mordicus defendit contra *Bertholdum Friderici* in *Italia* legatum. De hac ipsa re soepe citatus auctor Vatic. Biblioth. ita loquitur in favorem *Bertholdi* non absque rancoris scintilla in *Henricum*.

„ Multis inde annis, ait, interlabentibus, *Henricus* Epi-
„ scopus ab *Alexandro* Pontifice III. eadem impetravit. Erat
„ iisdem temporibus silva ingens in agri nostri planitie, quam
„ silvam de *Lucae Imolae* appellant, tunc primum coli coep-
„ pta, quum antea inculta, et senticetis plena esset. Hanc
„ siquis ad agricolationem redegisset, ut agro non semel ara-
„ to, sed novato, et iterato meliores foetus possit ac gran-
„ diores reddere, et quidquid ex novali aut praescisso, aut
„ venucto, aut restibili agro post conlegisset, decimam fru-
„ ctuum partem hujus urbis summo Sacerdoti penderet,
„ ut post vitae alimenta egenis reliquum administraret. Sic
„ exculta atque senticetis expurgata est sylva, ut non tri-
„ ticarius ager a messe frumentaria altero anno semestre ali-
„ quod genus frugis, sed singulis annis triticum caperet;
„ quo factum est, ut Episcopi divitiae adauctae sint. *Hen-*
„ *ricus* non multo post ad id potentiae evectus est, ut to-
„ tum agrum (quem *Comitatum* dicimus) sibi parere, omnes-

(b) p. 104.

„ que ad Episcopi tribunal accedere, seque *Imolae comitem* „ (rudi utar verbo) dici postularet. Verum *Bertholdus Gonibergh* ab Imp. *Friderico* cum copiis ac validis in *Italiam* missus, „ quascumque nactus erat gentes adversus Imperatorem per- „ cupide dimicantes, gravi bello vexabat; perque horum ille „ regiones stellas, ac lapideos cippos statuebat litteris Impera- „ toris nomen, quibusve modis eos subegisset significantibus; „ quorum vero urbes sine ullo negotio aut incremento certami- „ ne cepisset, cippos quoque in foro, et agris statuebat, „ atque eo amplius illos libertate frui volebat, existimans, „ regnum magis diuturnum fore, quod benevolentia, non „ crudelitate stabiliret. Et quoniam temporis ac belli licen- „ tia quamplures ad scelera deferret, Bertholdus legem ex „ antiquissima vetustate multos annos jam desitam longo in- „ tervallo revocavit. Nam *Amasis Egyptiorum* Regis sanctio „ erat, ut singuli quotannis apud Nomarchenses (is erat cu- „ juscumque praefecturae praeses) profiterentur, unde vi- „ verent; quod qui non fecisset, aut vitae genus prae- „ sidi adprobare non potuisset, huic poenae extremum „ supplicium erat: quam deinde *Solo Aegypto Atheniensibus* „ promulgavit, ejusque judicium apud Areopagum sanctis- „ simum gratiae concilium agitabatur. *Bertholdus* rerum ac „ patrimonii profligatores, quive nullis facultatibus victi- „ tarent, non morte mulctandos, sed scalmo, aut adi- „ gendos censuit, quae hodie si Principum benignitate in ur- „ be nostra servaretur, nobiscum meliuscule ageretur. Quum „ in urbem nostram venisset, civitatis luxum imminuit, „ et in oppidum mittebat praetorios, et quoscunque honore „ dignos judicabat, et ut boni partem reipub. administran- „ dae caperent, nova officia, novos magistratus excogitavit, cu- „ ram operum publicorum, viarum, et aquarum alvei *Vatreni*, „ frumentique populo dividendi, negotium legendi Senatus „ pro cujusque virtute ac industria adsignavit. Audita Se- „ natus postulatione, *Henricum* obsecrare non destitit, ut „ suis tantum praeesset, aliena non curaret. Sed ille post- „ quam *Bertholdum* Senatui favere intellexit, pretio ac spe pel- „ licere legatum adortus ad litem animum convertit, Lega- „ tos ipse ad Imperatorem clericatum mittit. *Bertholdus* interim „ omnia per litteras eum docuit, dumque summa omnium

„ expectatione absunt legati, lis vindiciarum ab ipso adver-
„ sus *Bertholdum* exorta, ut qui Imolae agrum tenere vel-
„ let, pro praedae litis vindiciarum adversario suo satis da-
„ ret, se nihil deterius in se facturum, de qua controversia
„ esset. Ille Senatum monet, ne crederet vindicias postu-
„ lanti iniquum esse eum de agro dimicare, postularetque,
„ ut rem integram in Imperatoris voluntatem deferat. Po-
„ teratque res non jure, aut lege, sed gladio, et sanguine
„ dirimi, ni legati ab Imperatore praesto effecissent, qui tan-
„ tae litis altercationem *Gerardo Ravennae* Archiepiscopo ex le-
„ ge dirimendam Imperatoris diplomate recepit, eumque
„ rei sequestrem esse mandat. Postquam longam dissensio-
„ nem *Henricus* cum *Bertholdo* dicit, in judicium ventum est,
„ resque summo jure acta. *Bertholdum* favor, illum nominis
„ auctoritas tutatur. *Gerardus* homo malarum rerum inso-
„ lens *Imolam* propere venit, Forum in sacris Imperatoris ae-
„ dibus ad divae *Mariae* in *Regula* aperit, rem summam pro-
„ bitate cognoscit. *Henrico* cultos agros, quique ad cul-
„ turam redigerentur, Bagnariam, Caput Silicis, Faularium,
„ Pugiolum, Tauranum, Runchum, Roccam, Maceratam,
„ Montem, in quo divi *Andreae*, ibique *Mariae V.* in *Gypso* sa-
„ crosanta templa erecta fuerunt, Codugnanum, Vallem sal-
„ vam obedire protulit; locorum incolas ab Imperatoris quae-
„ storibus exemit, isque feudum, vectigal, tributum, colo-
„ narium, hostiarium, a Corneliensi Episcopo imponi, ipsi-
„ que vitae ac necis in subditos imperium tribuit (2). Sen-
„ tentiae interesse voluit viros gravitate insignes, *Albericum*
„ *Sassinaten. Ecclesiae* Episcopum, Rodulphum D. Cassiani sa-
„ cris Praepositum, Malvianum Comitem, Johannem Unga-
„ rellum, Latium Ugonem, Angelum Theobaldum, Bulga-
„ rum, et Boethium Savaresios, Albertum Fresinum, San-
„ cterniolum Arraldum, Dit. Albergatum, Ugutionem Bea-
„ tricis, Rodulphinum Cortesium, Guidonem Orlandum, Fan-
„ zolium Sparsonatum, Paripuerum Orimaldum, Jacobum
„ Balditionem, Johannem Fusculum, Signorellum, aliosque,
„ quorum nomina pro comperto nondum habemus. His sic
„ compositis plerique in agro nostro fundos ab Henrico aere
„ satis honesto conducunt, plerique maxima inter Bagnaca-
„ valli comites ad oppidum antea Tiberianum adpellavimus

„ a Senatu nostro (haec deformiter mendosa sunt) *Unga-*
„ *rellis* consensum inveni, et Comitem Cunii, nobilemque Sil-
„ gicardum ad Caput Silicis familiam, et hujus urbis Epi-
„ scopus dissensio exorta poterat motus excitare, nisi ea *Jo-*
„ *hannes Vitalis* ab Imperatore ad nos missus auctoritate
„ sua diremisset „. Hactenus ille.

„ *Henricus* vero Episcopus plures Ecclesias construxit per totam Dioecesim (3), primusque Episcopus fuit, qui ex oppido *S. Cassiani* Cathedralem transtulit in novam civitatem, illamque in honorem ejusd. Sancti consecravit ann. 1177. (4). *Laterano* Concilio interfuit, et subscripsit anno 1179. (5). Eodemque anno privilegiorum omnium Ecclesiae suae a *Romanis* Pontificibus concessorum confirmationem obtinuit ab Alexandro III., cujus diplomatis tenor quum sit omnino idem cum superiori Eugenii. III. (6), initium tantum, subscriptionesque Card. referemus (7).

„ Alexander Episcopus servus servorum Dei Venerabili
„ Fratri Henrico Imolensi Episcopo suisque successoribus ca-
„ nonice instituendis in perpetum. In eminenti Sedis Aposto-
„ licae specula etc.

Ego Alexander catholicae ecclesiae Episcopus ss.

Ego Ubaldus Hostiensis Episcopus ss.

Ego Johannes presbyter Cardinalis Sancti Johannis, et Pauli tit. Pammachii subscripsi.

Ego Joannes presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiae ss.

Ego Joannes presbyter Cardinalis tit. S. Marci ss.

Ego Theodinus presbyter Cardinalis S. Vitalis tit. Vestinae ss.

Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. S. Susannae ss.

Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. S. Chrisogoni ss.

Ego Cintius presbyter Cardinalis tit. S. Caeciliae ss.

Ego Hugo presbyter Cardinalis tit. S. Clementis ss.

Ego Arduinus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Jacobus diaconus Cardinalis S. Mariae in Cosmedim ss.

Ego Ardicio diaconus Cardinalis S. Theodori ss.

Ego Laborans diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu ss.

Ego Raynerius diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum ss.

Ego Gratianus diaconus Cardinalis SS. Cosmae, et Damiani ss.
Ego Joannes diaconus Cardinalis S. Angeli ss.
Ego Matthaeus S. Mariae Novae diaconus Cardinalis ss.
Ego Bernardus diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

„ Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. Presbiteri Cardinalis Cancellarii *tertio Kalendas* Aprilis, indictione undecima incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo septuagesimo nono pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. anno vigesimo.

Exstat haec Bulla in lib. magno Jurium Episcopatus *Imolensis* in membranis scripto; eodemque in libro legitur sententia, quam tulit *Gerardus* ad favorem *Henrici* Episcopi, et Ecclesiae *Imolensis* contra *Bertholdum* de Gonisbergh Friderici Imp. Juliae Legatum, de Comitatu *Imolensi* anno 1186. tenoris sequentis (9).

„ In nomine Domini. Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto. Temporibus Urbani papae, et Federici Imperatoris die septima exeunte mense Octobris indictione quarta, Imolae apud Monasterium S. Mariae in Regula in Palatio Imperatoris. Cum controversia esset inter Dominum Henricum Corneliensem Episcopum ex una parte, et Bertholdum de Gonisbergh totius Italiae Legatum ex alia super tota, et integra jurisdictione totius Comitatus Imolae, et responsione ipsius Comitatus imperio facienda, de quo comitatu Episcopus dicebat se comitem esse debere, et imperio de comitatu respondere, et alius pro comitatu imperio comitem esse non debere: proponebat etiam de suis terris habitatis, et quae habitari possent, quae sunt Bagnaria cum tota curte, Caput Silicis cum tota curte, Taularia cum tota curte, Puzolum, et Tauranum cum tota curte Runcum, Rocca Maserata cum suis curtibus, Montem, in quo est plebs Sanctae Mariae de Gisso aedificata, cum suis appenditiis, Montem, in quo est plebs Sancti Andreae cum suis appenditiis, curtim Codrignani cum montibus, et appenditiis suis, Villam Vallissalvae cum montibus, et appenditiis suis, ipsum Episcopum, et suos successores, fodrum, albergarias, collectas, placita, districtus, porticum, ripaticos, host. et om-

„ nem aliam plenam jurisdictionem in his terris nominatis de-
„ bere habere, et homines praedictarum terrarum immunes
„ debere esse, et exempti ab omni alia exactione praeter quam
„ Episcopi. E contra dictus *Bertholdus* de Gonisbergh quae ab
„ Episcopo dicebantur de comitatu, et quod comes esse de-
„ beret in comitatu, negabat, sed quae de suis terris no-
„ minatis, quae habitatae essent, et habitari possent, tam
„ castellis, quam villis non inficiabatur. Cujus controver-
„ siae Ego Gerardus Sanctae Revennatis Ecclesiae Archiepi-
„ scopus ex delegatione domini Federici Imperatoris diu
„ in me facta, et viva vocis visione filii ejus domini Henri-
„ ci regis cognitor, cum diu ante me dicta controversia fo-
„ ret ventilata, visis et auditis rationibus, et allegationibus
„ utriusque partis, habito, et deliberato consilio, salvo ju-
„ re comitatus ipsi Episcopo, si quem habet, quia cognovi
„ proprietatem dictarum terrarum Corneliensis Ecclesiae es-
„ se, et earum curtim, et appenditium, et ipsum Corne-
„ liensem Episcopum de his terris nominatis, quae habita-
„ tae sunt, et habitari possent, fedrum, albergarias, col-
„ lectas, placita districtus, portuum ripaticos, et host. et
„ omnem aliam plenam jurisdictionem debere habere, et ho-
„ mines praedictarum terrarum immunes debere esse, et
„ exemptos ab omni alia exactione, jurisdictione, praeterquam
„ Episcopi. Ideo praedictum Bertholdum de Gonisbergh, ne
„ in his praedictis viae imperii, vel pro imperio, vel alii
„ imperiales nuncii dictum Episcopum, vel suam Ecclesiam
„ inquietent, sed permittant quiete possidere, et habere
„ praedicta condemno; ipsum vero Episcopum pro his o-
„ mnibus fidelitatem debere facere Imperio condemno.

„ Dictus Domnus Archiepiscopus praesentibus partibus
„ in praedicto loco scribere jussit.

„ SS. D. Albericus Ecclesiae Sarsenatis Episcopus. D. Ro-
„ dulphus Ecclesiae S. Cassiani Praepositus. Comes Malvici-
„ nus. Johannes Senior. Ungarellus Zasius. Ugo Donne, et
„ Angelus Trepaldi Bulgarus, Bonxius Savarxius, Albertus,
„ Trentinus, Santernolus, Arardus, Disalbergatus, Uguitio
„ Dominae Beatricis, Rodolphinus Curteso, Guido Orlandi,
„ Zanzolinus, Sparsonatus, Pasipoverus, Grimaldus, Jacobus
„ Buldiziorius, Johanne Fsuscoale, Segnorellus, et multi alii
„ testes interfuerunt.

„ Ego Henricus sacri Palatii Notarius scripsi, et inter- „ fui, et interlevavi exactioni.

„ Ego Andreas Notarius de mandato auscultavi, et sub- „ scripsi etc. (10).

Ejusdem Henrici exstat mentio usque ad an. 1194. (11), quo e vivis excessit.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Immo A. MCLXXIII.

(2) Haec serius contigerunt, quam ut loco narrari deberent; anno scilicet MCLXXXVI.

(3) Huc pertinet, quod Canonicis suis adnuentibus Abbati S. Mariae in Regula a. MCLXXV. indulsit, ut duas in urbe Ecclesias aedificaret; cujus rei diploma dissertatione quincta invenies. Prohibitus vero a Friderico, suisque sectatoribus in S. Cassiani Castro consistere, primum in oppidum, quod Caput Silicis appellatur, sese recepit; deinde Ravennam adiit, ubi insequenti anno MCLXXVI. praeter alios Episcopos litteris subscripsit (*a*), quibus Monasterium S. Laurentii multa a Gerardo Archiepiscopo adcepit, atque ipsum S. Paulli. quod inde haud procul aberat, coenobium, uti etiam Honestus Archiepiscopus concesserat. Interea conciliatis apud Venetias Pontificis, et Imperatoris animis ad Ecclesiam suam Henricus rediit. Quum vero S. Vitalis aedem plane dirutam invenisset, neo ulla ejus instaurandae spes esset, ipsum inter, et Cornelienses Canonicos a. MCLXXVII. convenit, ut deinceps illius fundi partim in Episcopi, partim in Canonicorum commodum cederent (*b*). Romam porro ad Lateranense Concilium ab Alexandro III. indictum adcitus concessit.

(4) Scribendum MCLXXXVII. vide infra.

(5) Apud Martene (*T. VII. Collect. ampliss. col. 82*).

(6) Nonnulla tamen in Alexandri diplomate ab Eugeniano paullo diversa occurrunt. Sunt autem haec.

(*a*) *Rub. lib. V. pag. 1350.*

(*b*) Hoc scriptae partionis initium. „ In nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab „ Incarnatione ejus MCLXXVII. temporibus Alexandri Papae, et Federici Imperatoris die „ II. intrante mense Madii Imole Indictione decima noticia recordationis qualiter ego „ Dompnus Henricus S. Corneliensis Ecclesiae Episcopus, et nos Presbyter Rodulphus, et „ Prepositus, et Presbyter Moyses, et Presbyter Ildebrandus, et Presbyter Christianus, et „ Presbyter Clarius, atque Hugicion levita, Canonici ejusdem Canonice S. Cassiani con- „ ventionem fecimus inter nos de omnibus possessionibus, et tenimentis, quae quondam „ fuerunt, et sunt de Ecclesia S. Vitalis etc.

„ In Christo Henrice . . . . annuimus, et ad exempla „ hujus memoriae Patris, et Praedecessoris nostri Eugenii Pape „ Imolen. Ecclesie. . . . . et nostra tutela suscipimus . . . Deo „ propitio parochia ipsi . . . . in Castro Imolen. . . . . S. „ Geminiani cum capellis suis, plebem S. Andreae . . . . in Gui- „ pso cnm capellis suis de Massa, Capellam . . . . . in Sylva „ de luco infra . . . . . in Colina S. Angele . . . . . Lici- „ nia S. Laurentii, et sancte . . . . . solustra . . . . Capnt „ silicis . . . . Sogazauum . . . Medexanam . . . . Auxe- „ ram . . . Massam Pasignani . . . Castrum Runcum . . . Ro- „ cete publicam, et curtem suis castrum ducie cnm appenditiis „ suis, castrum et curtem Lavarie . . . . Lisani . . . Arsi- „ cii . . . Alios fundos et ipsa in civitate . . . . . congrua „ id . . . . . ex utasacr. . . . . aliena fiat, atque in ex- „ tremo examine districtae ultioni subjacere.

(6) Quas tamen cum antiquo exemplo collatas restitnimus.

(7) In vetere illo exemplo invenies *In Kalendis*, sed amannensis, uti videtnr, errore, qui quod III. in autographo scriptum fuerat, inepte legit IV.

Ceterum Roma reversus Henricns pactum illnd cnm Canonicis S. Laurentii, et Johanne Abbate Monasterii S. Mariae in Regugnla Imolae quidem iniit, quod dissertatione quincta descripsimus; non tamen ibi snbstitit: sed Castro S. Cassiani pene prostrato in oppidum Ducciae se recepit, ubi a. MCLXXXII. cum Canonicis morabatnr. „ Postero antem anno, inquit Manzonius (c), concessit homi- „ nibus, et Commnni Saxileonis jus decimarum in feudum, addita „ iisdem obligatione praestandi quotannis Episcopatni certam fru- „ menti meusuram, nt ex actis Episcopi Antonii de Calvis liqnet. Ad „ haec ut Ecclesiae suae, quantum fieri posset, consultum in iis „ foret, quibus pontificia largitas ad illius amplitudinem indulse- „ rat, neu qnis violenter illi obsisteret, tempori servire coactus „ ab imperatoris legato concesso diplomate die decima tertia Octo- „ bris anni millesimi centesimi octogesimi quinti ita firmari studuit, „ ut imperatorio edicto laici prohiberentur Episcopatum, et Eccle- „ sias in bonis Episcopumve in jurisdictione perturbare. Haec ine- „ rant in edicto in membrana exarato, quae temporis injurias ni- „ mis passa est.

„ In nomine Domini nostri J. C. anno ab incarnatione ejns M. C. „ LXXXV. temporibns Lucii Pape, et Federici Imperatoris die 13.

(c) p. 114.

Mensis Octobris . . . „ Ego quidem in Dei nomine Bretuldus de Cunigisberg . . . . concedo tibi Dompno Henrico venerabili Epi-
„ scopo Ecclesie Sancti Cassiani, regimen populi, et loci, et curtes
„ Sancti Cassiani, et omnium habitantium, et tenentium . . . Po-
„ dioli Sancti Geminiani, et Runci, Rocce, et Vallis Salve, Sorbi-
„ tholi, et Taularie . . . . . et Capitis Silicum ad justitiam te-
„ nendam . . . . faciendam, et omnium . . . et liceat tibi . . . tua
„ et tuarum Ecclesiarum ubicumque poterunt inveniri, et ab omni
„ populari factione, et ab . . . . ra commendationum liberum te,
„ et absolutum, et omnes tuas Ecclesias salvo honore Imperatoris,
„ et nunciorum ipsius constituo. Siquis vero Dux aut Marchio sive
„ Comes, vel Vicecomes aut aliqua potestas major vel minor, aut
„ aliqua persona temerario ausu possessiones, et bona predicti Epi-
„ scopi, et suorum locorum, et suarum Ecclesiarum inquietare aut
„ invadere vel violenter tenere, et nostram concessionem, et consti-
„ tutionem despectui habere presumpserit, gratiam Domini Impe-
„ ratoris, et aliorum Imperatorum successorum, et meam amittat,
„ et duas libras auri nomine pene camere Imperatoris persolvat et
„ post solutam penam omnia dicta in perpetuum maneant firma. Que
„ vero omnia scripsi ego Pizolus Immolensis Notarius mandato Do-
„ mini Bretuldi de Cunigisberg legati Domini Federici Imperatoris
„ in Italia. Ad hoc interfuere Dompnus Johannes Abbas Monasterii
„ Sancte Marie in Regula, Dompnus Robertus Prior ejusdem Mo-
„ nasterii, Rainerius Comes cunii, Florens Campi, Brocardus Pote-
„ stas Imole, Zorzingus, Tebaldus Camerarius Episcopi, et Persona-
„ tus, Azo Rozerii, Angelus Trepaldus, Guidone Gallardus, Mar-
„ colus Binelli, Lasius Presbyter, Grimaldus de Plebe auri, Jacobus
„ Confrater ejus et alii quamplures qui heo viderunt, et audierunt.

(9) Ad antiquum apographum emendatam.

(10) Non multis ante diebus, nempe pridie nonas Octobris diplomati, quod Henricus VI. pro Camaldulensibus ediderat, cum Gerardo Ravennate Archiepiscopo aliisque pluribus subscripserat (d).

(11) Errat Ughellius. Defunctus est Henricus superiore MCXCIII. Sed multa eaque praeclara gessit Henricus, quae silentio praeterire sit nefas. Ex Manzonio fere illa adscribam (e). „ Non minor
„ Henrico cura fuit tum ineundae concordiae cum hospitalariis San-
„ cti Johannis Hierosolomitani, tum ab iisdem vindicandi plura prae-
„ dia in praejudicium Episcopatus, et Canonicorum injuste detenta,

---

(d) Vide Annal. Camaldul. *T. IV. p.* 155.
(e) *p.* 118. *seqq.*

" quae omnia per summum Pontificem Urbanum III. literis aposto-
" licis ad Gerardum Archiepiscopum praedictum datis Veronae ter-
" tio nonas Junii roboranda curavit, cujus etiam Pontificis aucto-
" ritate plura alia bona et Ecclesias ab aliis, et a Monialibus san-
" ctae Mariae in Diaconia occupatas recuperavit (hae fuerunt or-
" dinis Sancti Benedicti eaque Ecclesia, et Coenobium extra por-
" tam Ilionis prope muros Civitatis exstabant). Controversiam diu
" agitatam inter Canonicos cathedralis ex una parte, et rectorem
" Sanctae Mariae populumque Castri Ducciae ex altera super se-
" pulturis, et oblationibus, quarum portionis exigendae jus pene
" cathedralem esse sibi persuaserant Canonici, Henricus hoc anno
" terminandam curavit, conventione inter praedictos inita, ut ex
" publico ejusdem oppidi aerario annua pecuniae pensio cathedrali
" perpetuo solveretur, quae ad haec usque tempora praestari con-
" suevit. Eam autem conventionem fuisse ab Urbano III. confirma-
" tam, ex Apostolicis ejusdem literis infrascriptis novimus. *Vide T.*
" *I. pag.* 129.

" Auctis interea in dies inter Cives Imolenses, et oppidanos
" Sancti Cassiani dissidiis, per quae in se invicem finitimorum ar-
" ma provocabant, Henricus praevidens fieri nunquam posse, ut op-
" pidum praedictum vel in pristinum reduceretur, vel futuris tem-
" poribus subsisteret, ansam futuris odiis praecidere toto conatu pa-
" storalique affectu studens, animos dissidentium conciliaturus, de
" transferendo Episcopio, curia Ecclesiastica, ac Cathedrali ipsa in-
" tra Corneliensem urbem cogitare coepit; sed paulatim primo, ut
" summa ejus erat prudentia, primarios viros ejusdem castri ita al-
" licere conatus est, ut eos juramento coram Henrico rege pluri-
" busque dynastis solemniter Ravennae in ipsius manibus praestito
" (qui omnes in domum Petri Traversariae convenerant) adstrinxe-
" rit, quo iidem oppidani aliique ejus loci nobiles viri polliciti sunt
" se posthac intra eandem civitatem ituros habitatum, ejusque ci-
" ves futuros, conditionibus vicissim cum Corneliensibus firmatis (*f*).

(*g*) Itaque rebus sic compositis videns Henricus Episcopus civi-
" tatem se authore pluribus nobilibusque incolis, iisque inter se pa-
" catis auctam, ut Corneliensium amorem sibi magis devinciret,
" ex plerisque eis plura bona suae mensae subjecta in Imolensi a-
" gro, honesta injuncta pensione, emphiteutico jure concessit;
" sequentique anno millesimo centesimo octogesimo septimo eorun-

(*f*) *vid. diss.* 1.
(*g*) *Manz. pag.* 122. *et seqq.*

„ dem quoque Corneliensium civium enixis postulationibus annu-
„ ens statuit Episcopalem sedem, curiamque ex castro Sancti
„ Cassiani in urbem transferre; ideo assignata a civibus tum ad
„ novae Cathedralis, tum ad aedium Episcopalium, et Canonica-
„ lium structuram ea urbis regione, ad Occidentem prope Eccle-
„ siam, viamque Sancti Donati, quae Montale appellabatur, Cathe-
„ dralis nunc exstantis aedificio in honorem Sancti Cassiani initium
„ factum est, jacto per Henricum primario lapide; quae res, cum
„ prae ceteris ab eo gestis memoranda fuerit, hic ex propriis trans-
„ cripta tabulis refertur.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatio-
„ ne ejus millesimo CLXXXVI., tempore Urbani Pape, et Federi-
„ ci Imperatoris die tertio intrante mense Julii, indictione quinta,
„ Imole in Choro Ecclesie Sancte Marie in Regula. Nos quidem in
„ Dei nomine Bonzus de Martignanis, et Savarisius Ragonis, et
„ Expectatus Legisperitus, et Gandulfus judex, et Nordilius, et Ja-
„ cobus Baldizonis, et Aimelginus consules Imole, et rectores pro
„ nobis, et pro sociis nostris, et pro tocius comuni honore et pro-
„ ficuo nostre civitatis cum consempsu, et presencia tocius con-
„ silii predicte civitatis, damus, et donamus vobis domino Hen-
„ rico Dei gratia Sancte Imolensis Ecclesie Episcopo accipienti pro
„ vobis, et pro oimeterio predicte Sancte Imolensis Ecclesie, et pro
„ Canonicis vestris, et pro domorum vestrorum *sic* edificatione seu
„ edificiorum vestrorum, que ibi facere volueritis, atque pro ipsa Ec-
„ clesia Sancta, et pro successoribus vestris, et pro ibi Deo servienti-
„ bus, et comorantibus ad jura propria in perpetuum, idest quandam
„ possessionem, que est posita in loco, qui dicitur *Montale* in qua con-
„ cordati vobiscum fuimus, et eam aperticavimus ad Ecclesiam
„ Episcopatus in ea faciendam, primo latere strata Sancti Donati:
„ secundo latere fosatum antique civitatis: tercio latere fosatum
„ Burgi de Sancto Jacobo: quarto latere homines da Sancto Cassia-
„ no; quantum infra hec latera designata jacet cum introitu, et
„ exitu suo, et cum omnibus supra se, et infra se, et sibi perti-
„ nentibus damus, et donamus vobis accipienti pro vobis, et pro
„ Canonicis vestris, et pro cimeterio Sancte Ecclesie, et pro suc-
„ cessoribus vestris, ut superius legitur, ad habendum, tenendum,
„ possidendum cum vestris confratribus, et successoribus ejusdem
„ Ecclesie, et in predicta Ecclesia, seu pro predictis rebus ad ju-
„ ra propria in perpetuum more salario permanendum; et pro ira-
„ rum remedio, et iniquitatum, seu discordiarum nostrarum, que
„ hucusque fuere inter nos, et homines Sancti Cassiani; et ideo
„ quia debetis ibi edificare, et facere episcopatus ecclesiam ad Dei

„ honorem, et ejus matris beate Marie Virginis, atque beati Cassiani Martyris Christi, et aliorum Sanctorum Dei, legibus enim cautum est, quod semel datum, vel concessum fuerit in sancto, vel venerabili loco, nullo modo revocetur. Promittimus nos preterea dictam rem ab omni persona hominum authorizare, et cetera defensare racione, et vi, et hanc donacionem firmam tenere vobis vestrisque canonicis, et successoribus vestris ejusdem ecclesie cum nostris successoribus, et filiis, et heredibus in perpetuum, et si contra fecerimus, et omnia dicta, que superius legitur, non observaverimus, nos, aut communum nostre civitatis, vel nostri successores, aut per aliquam personam a nobis submissam, vel submittendam sive in placito vel extra placitum, neqne quolibet modo, tunc promittimus nos cum nostris filiis, et heredibus, et successoribus propter communum nostre civitatis daturos penam centum librarum Lucensium vobis, et canonicis vestris, ejusdem Ecclesie permanentibus; et post penam solutam hic contractus donacionis, et proprietatis in perpetuum maneat firmus, quem scripsi ego Martinus Imolensis Notarius etc. Testes ad hoc rogati fuere Iohannes Rambertinus Ungarellus, et Ugolinus Donne, et Rainucius Serre, et Unganucius, et Ugolinus Ubertini, et Liuterius et Laffius Alferii, et Baldus Gisaltrude, et alii, quorum non est numerus, et in presencia totius Imole Consilio affirmante omnia dicta.

„ Ut autem Imolenses cives et ingenitae sibi erga ecclesiam pietatis, et sui erga Episcopum canonicosque propensi gratique animi perpetuum posteritati testimonium relinquerent, triduo post per consules totius populi vota enunciantes fidem Sacramento obligatam dedere de tuendis sive per se ipsos sive per ipsorum posteros quocumque tempore Episcopis, canonicis, eorumque juribus, et bonis, cujus juramenti formula haec fuit.

„ In nomine Domine Nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione ejus millesimo centesimo octogesimo septimo tempore Urbani Pape, et Federici Imperatoris die VI. intrante mense Julii indictione quinta. Nos quidem in Dei nomine Bonzus de Martignanis, et Savarisius Ragonis, et Expectatus Legisperitus, et Gaindulphus judex, et Nordilus, et Jacobus Baldizonis, et Aimelginus consules, et rectores Ymole de voluntate, et consensu totius populi Imolensis coaudunati per sonum campane in campo sancti Laurentii de voluntate, et parabola omnium juramus ad Sancta Dei evangelia, ex quo translatus est Episcopatus in civitate Ymole de voluntate, et consensu Domini Episcopi et canonicorum, consensu totius populi Imole, et de Sancto Cassiano, salvare, custodire, et

„ defendere personam Domini Episcopi Henrici, et omnium Episco-
„ porum, qui post eum erunt in civitate Ymole in perpetuum, et
„ suorum fratrum presentium, et futurorum, et manutenere, et de-
„ fendere omnia jura, rationes, et possessiones ubicumque fuerint in
„ plano, vel moutibus, in terra, et in aqua, que nunc habetis, et
„ tenetis, vel in antea acquisieritis ad rationem, et fortiam, et in
„ nullo minuere per nos, neque per nostros filios, et heredes, qui
„ nunc Ymolam habitamus, et in antea habitabimus in perpetuum.
„ Insuper juramus per bonam fidem sine fraude possessiones, et ju-
„ risdictiones, et jura, et bona Episcopatus, que et quas habetis,
„ et tenetis, vel in antea acquisieritis vos, et vestri successores, et
„ spiritualia, et secularia, ubicumque fuerint, perpetuo adjuvare,
„ manutenere, et retinere, et conservare, et ammissa, et perdita
„ recuperare contra omnes homines, et adjutorium, et fortiam per
„ nostrum posse vobis, et vestris successoribus dare juramus: insu-
„ per quod faciemus jurare omnes homines hujus civitatis, et ejus
„ districtus a quatuordecim annis supra simile sacramentum, et ju-
„ ramus renovare, et facere renovare predicta sacramenta semper
„ in capite quinque annorum, cum a vobis, et vestris successoribus
„ requisiti fuerimus, nos, et nostros successores Ymolam habitaturos.
„ Que omnia predicta juramus, et promittimus nos, nostrosque suc-
„ cessores, et filios nostros, et heredes, qui nunc Ymolam habi-
„ tamus, et in antea habitaverimus, in perpetuum facere, et obser-
„ vare, et firma tenere vobis vestrisque successoribus, et si contra
„ fecerimus, nos aut nostri successores vel filii, et heredes Ymolam
„ habitaturi, et omnia predicta, seu aliqua predictorum non obser-
„ vaverimus, seu aliquo modo, vel ingenio contraveniemus, tunc
„ promittimus nos, nostrosque filios, et heredes Ymolam habitaturos,
„ daturos penam viginti librarum auri vobis, vestrisque successori-
„ bus, et pena soluta, vel commissa, predicta omnia observare, et
„ facere promittimus, et juramus. Nomina autem illorum, qui in
„ continenti hoc juramentum fecerunt, sunt hec, Johaunes, Ramber-
„ tini etc.

„ Sequuntur nomina jurantium.

„ Que vero omnia scripsi Ego Pizolus Immolensis Notarius. Te-
„ stes ad heo rogati interfuerunt Rodulphus Prepositus Ecclesie San-
„ cti Cassiani, Abbas Tedericus Sancti Donati, Archipresbyter Moi-
„ ses, Presbyter Clarus, Arardus, et Dominicus Presbyter Michael
„ Monachus, Presbyter Santernus Sancti Laurentii, Presbyter Ugicio,
„ Presbyter Alexius, Presbyter Gualfredus, et Dominus Ismeus, et
„ alii plures.

„ Itsqne dum in Cathedralem, Episcopium, aedesque Canoni-
„ cales struendas Episcopi, et Canouieorum munificentia, civium-
„ que largitas incumbebat, nec impigre extollebantur ea aedificia in
„ urbe, castrum Sancti Cassiani incolis pene destitutum est : idcir-
„ co Henricus anno sequenti millesimo centesimo octogesimo octavo
„ episcopalem sedem una cum curia in Civitatem, Sanctorumque
„ Protectorum corpora intra coeptam cathedralem transtulit, atque
„ Canonici canonice couviventes in urbem se recepere : ultima enim
„ aetio Henrici in praedieto eastro fuisse legitur enjusdam conces-
„ sionis emphyteutieae die octava Februarii: prima vero Imolae in-
„ tra civitatem celebrata legitur per Canonicos die secunda Aprilis
„ ejusdem anni, quorum dimidiam partem una cum praeposito, do-
„ nec intra urbem extructae forent Canonicorum domus, quadrien-
„ nio circiter apud Sanctum Laurentium constitisse, liquido constat
„ ex actis Maynardini Episcopi, atque ex jurata plurium testium,
„ qui fuerant eisdem Canonicis contemporanei, assertione, quam sic
„ referunt aeta praedicta anno millesimo ducentesimo decimo septi-
„ mo die sexta Novembris: „ D. Gerardus praepositus Imolensis Eccle-
„ siae jurando dixit (idemque affirmant alii contestes), quod jam
„ sunt quadraginta duo anni, quod castrum Sancti Cassiani, ubi
„ Episcopalis Ecclesia erat, fuit destructum a Cancellario Impera-
„ toris, et post destructionem dicti castri per tres vel quatuor an-
„ nos praepositus cum parte Canonicorum stetit Imolae apud plebem
„ sancti Laurentii, postquam canonici venerunt Imolam, quod tri-
„ ginta anni sunt„. Oppidumque praedictum succedentibus annis pe-
„ nitus deletum est, ita tamen, ut adhuc anno millesimo ducente-
„ simo sexagesimo primo jus ibidem reddi consuevisse referant aeta.
„ Antiquioris vero Cathedralis hodiernis temporibus vix in agro, qui
„ castellarium Sancti Cassiani vocitatur, apparent rudera, quemad-
„ modum etiam ex monumentis capituli constat, illius templi stru-
„ cturam non dissimilem a nova fuisse nunc extantis patronalis ba-
„ silicae, atque ibidem in subterranea confessione altare fuisse ere-
„ ctum, sub quo pretiosum Martyris Cassiani Corpus asservabatur.
„ Ad pastorale interea munus obeundum dum incumberet Henricus,
„ non infrequentes quoque eo tempore suboriebantur lites, quibus
„ dirimendis totum animum intendebat. Diuturnam prae ceteris, eam-
„ que acriter coram Cardinali Sanctae Praxedis Episeopo Ariminen-
„ si delegato Apostolico contentionem inter canonicos Cathedralis, et
„ Clerum plebis Sancti Laurentii componendam curavit, ita scilicet,
„ ut clerus praedictus Canonicis tamquam Ecclesiae matricis prae-
„ rogativam obtinentibus honorem exhibere, eisque solemnibus diebus
„ inservire teneretur, peculiari decreto in id lato per delegatum

„ Apostolicum, cui firmitatem addidit Coelestini III. authoritas in-„ frascriptis literis Apostolicis, quibus etiam Canonicorum vetusta „ quaecumque jura, consuetudines, immunitates summus Pontifex in-„ stauravit, recentes vero approbavit, *Vide Tom.* 1. *pag.* 131.

„ Tandem Henricus post plura in Ecclesiae suae commodum, et „ Canonicorum utilitatem, ac decorem statuta, pluribus etiam Ec-„ clesiis ab eo in Dioecesi vel aedificatis, vel refectis, vita functus „ est circa annum millesimum centesimum nonagesimum tertium, „ vir ingenio, ac pietate praeclarus, cujus summa fuit in rebus ge-„ rendis solertia ac perspicacia, in adversis vero perferendis animi „ imperterriti fortitudo, cui plurimum Imolensis Ecclesia, ipsaque „ civitas, et successores Episcopi debent. Obiisse autem circa illum „ annum eruitur ex quodam testium examine inter acta Alberti im-„ mediati successoris Henrici: asserit enim vigesimus nonus testis, „ Henricum vixisse in Episcopatu decem, et novem annos."

XX. Theodinus successit Henrico a. MCXCV (1).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Delendus omnino est ex Imolensium Episcoporum indice Theodinus. Nam uti recte a Manzonio animadvertitur (a) „ in actis Ec-„ clesiae, et saepe dicto testium examine habito anno centesimo se-„ ptimo supra millesimum a quatuor ex ibidem notatis testibus suo „ singuli ordine succedentes recensentur Henricus, et Albertus, „ quibus iidem testes fuerunt synchroni, nulla facta mentione de „ Theodino, consonatque Alberti II. concessio Canonicis praestita in-„ ferius adducenda, ex qua Albertus I. Henricum excepisse aperte „ conjicitur.

XXXV. ALBERTUS.

XXI. *Albertus* eadem dignitate nobilitatus est anno 1198. (1).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) MCXCIII. „ Inito vix Episcopatu, inquit Manzonius (a),

(a) p. 132.
(a) p. 136.

„ valde gravis ioter Albertum ex una parte, et Canonicos cathe-
„ dralis ex altera excitata lis fuerat, iu qua cum magua partium
„ conteutioue decertaretur, neque Episcopus a Canonicis non omni-
„ no ejusdem statutis acqoiesceutibus, ueque Canouici ab Episcopo,
„ quae plurima hinc iode flagitabantur, impetrare possent, acriter
„ utriuque juribus adductis, auuo millesimo centesimo nonagesimo
„ septimo coutroversiae defiuitio ad Coelestinum III. est delata, qui
„ Vigitionem pariter Ferrariae Episcopum, et Mayuardiuum Cathe-
„ dralis Ferrariensis praepositum, sibique valde acceptum in judi-
„ oes delegavit „. Hugucio, qui et Ugicio, quum Coelestino jam de-
functo Romauae Ecclesiae Poutificatum soscepisset Innocentius III., hauc tulit sententiam (b).

„ In Dei nomiue. Nos Ugicio Ferr. Episcopus, et Maynardinus
„ ejusdem Ecclesiae Praepositus ex delegatione Domini Pape Celesti-
„ ui cognitores litis sive coutroversiae, que ioter Albertum Oscel-
„ lettum prepositum Imoleusis Ecclesie nomioe Cauonicorum ejusdem
„ Ecclesie, et Albertum ejusdem Ecclesie Episcopum super pluri-
„ mis articulis vertitur. Petit uamque predict. preposit. a prefato
„ Episcopo sibi, et omuibus aliis Canonicis prefate Ecclesie, et eo-
„ rum toti familie, et servieutibus, et castaldis singulis aonis quat-
„ toor procuracioues silicet unam in natali, et alteram in saucto
„ die jovis, terciam in die resurectionis, quartam in die Sancti Cas-
„ siaui. Petit etiam XXX. libras lucen. pro extimatione X. procu-
„ racionum quas prefatus Episcopus debuit eis exhibere, et uon
„ tribuit. Petit etiam ut XX. luceu. ad laborarium Sancti Cassiani
„ pertineutes ex quibus XIII. libras Henricus Episcopus reliquas ha-
„ buit presens Episcopus de terra pred. laborarii veudita, et de fru-
„ ctibus iude perceptis prefatus Episcopus restituat et cousilio et
„ voluntate Canonicorum in utilitatem laborerii expendat vel in
„ manus Massarii comuni cousensu electi tribuat, asserens quod cura,
„ et disposicio laborerii Sancti Cassiani comuniter ad Episcopum, et
„ Canonicos pertineat. petit etiam unam libram auri a prefato Epi-
„ scopo nomiue pene quia venit coutra iustrumeotum ab Heurico
„ Episcopo de ecclesiis Masse Canonicis factum, et novem libras olei
„ quas prefatus Episcopus jam a sex annis retro cauonicis subtra-
„ xit. Item petit medietatem Ecclesie Sancti Donati ad canouicam
„ pertioeotem cum redditibus ex ea ab octo anuis retro perceptis
„ quorum exstimacionem facit VIII. lib. loceu. Item petit totam de-
„ cimam Puzoli, et Taurani, et XX. corbes viui, et quinquaginta

(b) Profero illam ex Canonicorum archivo.

„ sextarios frumenti quos prefatus Episcopus de illa decima injuste „ abstulit. Item petit qnemdam mansum apud Causcilicem olim a „ Martignonibus et Storiarris detentum, vel XXX. pisces et tres „ solidos blancorum annnatim canonice pro illo manso prestari et „ X. lib. luc. pro extimacione fructuum inde a novem annis retro „ perceptornm. Item petit XXXII. denar. luc. pro manso raimun- „ dini, et garatoris canonice annnatim prestari. Item petit ut pre- „ fatus Episcopus Ecclesias masse quas hactenus Canonici quiete ha- „ buerunt, eas in pace, et quiete habere et possidere de cetero „ permittat. Item petit ut capella Episcopi semper debeat reponi et „ servari in sacristia, et ut canonici elligant, et ponant sacristinos sic „ in sacristia ad voluntatem eorum cum ipsi eos poscant. Item pe- „ tit medietatem casamentorum Sancti Cassiani, que Ymolenses Epi- „ scopo Henrico dederunt, asserens Episcopum Henricum illam me- „ dietatem Canonicis promisisse. Item petit, ne ordinationes vel exa- „ minaciones clericorum vel collectam super clericos, videlicet ca- „ thedraticum, et ne ullos contractus vel ullas alienaciones rerum „ Episcopalium sine canonicis, et eorum consensu Episcopus faciat, „ et ne causas matrimoniales sine Canonicis tractet vel examinet, „ et ne sacramenta fidelitatis a clericis recipiat, vel exigat, cum „ hec recipere, et exigere tantum ad Canonicos pertineat, et ne „ sacramenta fidelitatis laicorum in absencia Canonicorum non ap- „ posito nomine Episcopali Ecclesie exigat vel recipiat. Item petit, „ ne prefatus Episcopus in capella sua de cetero campanam ha- „ beat, et habitam deponat. Hec omnia predictus prepositus a pre- „ fato Episcopo nomine Canonicorum petit in majori parte bo- „ rum usum, et antiqnam consuetudinem allegans. Prefatus vero „ Episcopus in his se teneri vel ad aliquod borum se debere com- „ pelli vehementer inficiatur. Sed e contra ab ipso preposito nomi- „ ne, et vice Cauonicorum petit unum casamentum, quod fuit pre- „ sbiteri Ugicionis, et recompensacionem alterius casameuti unum par „ molarum, sedecim mezenos frumenti, pacta feuda libellaria et „ heuphyteuticaria omnia, que de rebus Episcopalibus hactenus ad „ Canonicos devenerunt, et qnod de cetero ab aliquo recipere non „ debeant et privilegia de translacioue Episcopalis Ecclesiae et „ unam tunicellam, et omnes libros, qui fuerunt antecessorum ejus „ quos ipsi habent. Item petit unum brachium candele sibi a Ca- „ nonicis prestari singulis diebus in sero, et ut laborerium Eccle- „ sie Episcopalis, et omnia ea que ad illud pertinent, debeant es- „ se in ejus ordiuacione, et disposicione, et ne thesaurus Ecclesie, „ vel sacra vasa possint, vel debeant pignorari, vel distrahy sine „ suo consensu, et voluntate, et ne canonici possint vel debeant ex-

„ comunicare vel interdicere vel causas matrimoniales cognoscere vel „ usurarios, sive alios sententia canonum involutos absque sua de- „ legatione vel licentia publice reconciliare, et ne prepositi vel alii „ Prelati aut Canonici, vel bostiarii debeant eligi vel inthronizari aut „ ordinari in canonica vel sacristia nisi per eum vel suo consensu, „ et voluntate, et ut denarii qui dantur pro redemptione cellularum „ debeant devenire ad opus pauperum per manus Episcopi. Petit „ etiam illam partem oblacionum de suis massis quas alii Episcopi „ habent de suis, et illam pariter decimacionis tocius plebatus Epi- „ scopalis ecclesie quam habent alii Episcopi in suis plebatibus, et „ ut canonici faciant sibi hobedienciam, et honorem impendant, et „ serviant in Ecclesia, et extra Ecclesiam sicut alii Canonici suis „ Episcopis faciunt, et quod ipse, et ejus successores possint, et de- „ beant revocare, quod ab ipsis Canonicis injuste alienatum est vel „ de cetero alienabitur. et ut concessio de sepultura ducie debeat „ irritari, et ut ipsi Canonici sibi ostendant corpus Beati Cassiani, „ et ad ejus voluntatem disponant, et collocent. Item petit quod „ prefati Canonici debeant cum eo equitare quacumque hora volue- „ rit cum eorum equis sicut facere consueverunt cum ejus predeces- „ soribus, et quod debeant ire cum eo quolibet anno Ravennam in „ festo S. Vitalis, et in festo Sancti Apollinaris, et cum eorum pro- „ priis equis, et expensis silicet unus Presbiter, et unus Diaconus, „ et unus Subdiaconus. Petit etiam prebendam quam olim habe- „ bat in canonica, et XXX. lib. luc. pro recompensacione re- „ tencionis illius prebende, et XXX. sol. luc. quos pro reficienda „ squilla quam ipsa fregerunt expendit. Ad hec Canonicos teneri vel „ debere compelli ex magna parte prepositus inficiatur. Super his o- „ mnibus visis, et auditis utriusque partis racionibus allegacionibus „ attestationibus et instrumentis deliberato, et plurimum sapientum ha- „ bito consilio considerata generali Ecclesiarum... vicinarum consue- „ tudine prefatum Episcopum ad prestandas singulis annis duas procu- „ raciones silicet unam in Sancto die Jovis, et alteram in festo San- „ cti Cassiani omnibus Canonicis Episcopalis Ecclesie presentibus, et „ ire volentibus, et eorum toti familie presenti, et cum eis apud „ canonicam comoranti supradictis Preposito, et Canonicis condem- „ pnamus. Ita tamen quod consueta servicia Episcopum in prefatis „ diebus adeundi, et ducendi in vesperis, et matutino, et missa... „ Episcopo a Canonicis exibeantur. Item ut singulis annis novem „ lib. oley pro crismate faciendo ipsis hostiariis sive sacristanis tri- „ buat, prefatum Episcopum condempnamus. Decimam Puzoli, et „ Taurani totam Canonicis assignamus, excepta ea parte, que ante „ triennium ab Episcopo vel aliis per Episcopum vel pro eo ibi

„ tenta est ultra quam partem siquid de illa decima ab Episcopo „ detinetur ipsum ad restitucionem illins ipsis Canonicis condempnamus. Item de decimis masse prefatos Canonicos in pace, et quiete habere ac possidere permittit sicut eas ante, et post mortem „ Episcopi Henrici habuerunt, et possiderunt prefatum Episcopum „ condempnamus. Examinaciones que clericorum per Canonicos debere haberi de speciali mandato Episcopi pronunciamus. Prefatum „ vero Prepositum nomine Canonicorum ad restitucionem casamenti, „ fuit Presbiteri Ugicionis prefato Episcopo condempnamus. Item ne „ pacta feuda, liborearia, et hemphyteoticaria de rebus Episcopalibus alicui vel aliquibus facta vel facienda sine consensu, et voluntate Episcopi de cetero recipiant, et restitucionem illorum, qua „ iojuste ad eos hactenus devenerunt, ipsi Episcopo prefatos Prepositum, et Canonicos condempnamus nisi que . . . bona fide XL. „ annis continue possederunt in quibus racione prescriptionis bona „ fide contra illos absolvimus. Item ut privilegia de translacione Episcopalis Ecclesie exibeant, et Episcopo assignent, et unum brachium candele singulis diebus in sero Episcopo tribuant dum Ymole fuerit dictos Prepositum, et Canonicos condempnamus. Item ne „ interdicant, vel excomunicent, vel causas matrimoniales vel usurarios sive alios sentencia canonum involutos publice reconcilient „ absque delegacione, et licencia Episcopi prefatos Prepositum, et „ Canonicos condempnamus. Item ut denarii, qui dantur pro redempcione cellularum ad opus pauperum per manus Episcopi vel ejus „ Nuncii distribuantur, et ut ipsi Canonici corpus Beati Cassiani „ nisi perjurium incurratur Episcopo ostendant vel revelent, et ad „ ejus voluntatem disponant, et collocent pronunciamus. Item ut „ ipsi Canonici Episcopo hobediant honorem impendant et serviant in Ecclesia, et extra Ecclesiam sicut alii Canonici suis „ Episcopis faciunt, et quod ipse Episcopus vel ejus successor „ possit revocare ad utilitatem tamen canonice quod de rebus „ Canonicorum ab ipsis injuste alienatum est vel erit pronunciamus. „ Item ut duo Canonici, silicet unus Presbiter, et alter Diaconus, „ singulis annis Ravennam bis, silicet in Festo Sancti Vitalis, et „ in festo S. Apolenaris cum Episcopo vadant, cum propriis silicet „ Canonicorum servientibus, et equitaturis, et expensionibus extra „ Episcopatum Ymolensem sepe dictos Prepositum, et Canonicos condempnamus. Si autem alio ire voluerit Episcopus, ut aliquis vel „ aliqui Canonicorum vadant cum eo suis equitaturis si habueriot, „ expensis tamen Episcopi pronunciamus. Item electionem Canonicorum, et Prepositorum, et aliorum Prelatorum in Ecclesia Episcopali Canonicis, confirmacionem vero eorum, et inthronizacionem,

„ investituram de prebendis, vel Canonicatu, vel de Prepositura,
„ vel alia Prelatura Episcopo assignamus. Hostiarios vero sive Sa-
„ cristanos eo iter Episcopus, et Canonici eligant, set Episcopus
„ confirmet, et de prebeuda investiat, et officio suo investiat,
„ et ipsi tantnm Episcopo jurent fidelitatem, set thesaurum, et
„ res sacristie jurent se servaturos per Episcopum, et per Cano-
„ nicos. Item ut laborerium Ecclesie majoris, et omnia, que
„ ad illud pertinent sint comuniter in ordinacione, et disposi-
„ tione Episcopi, et Canonicornm pronunciamus. Item ne the-
„ saurus Ecclesie majoris pignoretur vel distrahatur, vel alienetur
„ nisi comuni consensu, et voluntate Episcopi, et Canonicorum ad
„ invicem utramque partem alterius condempnamus. In peticione
„ vero, quam faciunt Canonici de manso a Martignonibus, et sto-
„ riareis olim detento vel de XXX. pisib. et trib. sol. blancornm
„ annuatim Canonicis pro illo manso prestandis Episcopum absolvi-
„ mus ideo quia cognovimus Episcopum Henricum in recompensacio-
„ nem horum Canonicis concessisse XXX. pisses capitaneos, et tres
„ denar. lucen. quod Martinus Poculi Episcopo dabat annuatim pro
„ possessione, quam ab eo tenebat in capite silicis, unde Episcopum
„ condempnamus ut predictam possessionem Canonicis concedat vel
„ annuatim pro ea XXX. pisses capitaneos, tres denar. lucen. Ca-
„ nonicis persolvat vel persolvi faciat. Item in peticione quam
„ faciunt Canonici de XXXII. lucen. pro manso Raimundini,
„ et Garatonis annuatim sibi prestandis Episcopum absolvimus, ideo
„ quia cognovimus Episcopum Henricum in recompensacione horum
„ tres tornaturias terre in fundo Ortignole juxta Ildebrandum ca-
„ nonicis concessisse. In aliis preterea peticionibus hinc inde fa-
„ ctis ab invicem utramque partem ab altero Magistro Aspetato,
„ et Magistro Widone de Mazza in collo Sindicis, et procuratori-
„ bus pro Canonicis, et Presbitero Abbate procuratore pro Episcopo
„ presentibns absolvimus. In quibnsdam magis ntilitatem, et consue-
„ tudinem, quam juris rigorem cousiderantes.

Hec ergo sententia fuit lata in presencia Widonis de Sablun-
„ cello. Rainaldi de Quattarella. Egidii de Blasio. Petri de Vitali.
„ Seignorelli Crescentii. Magistri Petri Peregrini Not. et aliorum.
„ Ego Ugicio Ferr. Episc. mm. ss. Ego Mainardinus Domini PP.
„ Subdiacon., et Ferrar. prepositus mm. ss. Ego Henricus Dei gratia
„ Sanctae Ferrariensis Sacrique Palacii not. interfui, et jussione pre-
„ dicti Domini Episcopi, et Prepositi, ut intellexi, manu propria
„ roboravi, et pro futura memoria in scriptis redegi, et que supra
„ parent apposita, vel emendata in octo ut supra dictis locis scri-
„ psi, et emendavi. In mill. cent. nonag. VIII. anno Christi nat. tem-

„ pore Innocencii Pape, nemine in Italia imperante, die octavo in-
„ troennt. Mense April. Indictione prima Ferrarie in Palacio Domi-
„ ni Episcopi.

Hactenus hujus controversiae Acta. Albertus duobus post annis, anno inquam, MCC., quum S. Petri Chrysologi, aliorumque Sanctorum reliquias in principe Templo collocasset, vita cessit.

XXXVI. ALBERTUS II.

XXII. *Albertus Auxollettus* sive *Ossoletta* ex Canonico, Prepositoque Cathedralis *Alberto* successit, qui anno 1201. suis Canonicis pro remedio animae suae, *Albertique* sui antecessoris plurima bona, fortunasque dilargitus est (1). Huic, quum adhuc Canonicus esset, 1195. *Coelestinus III.* Pontifex potestatem fecit certum definiendi numerum Canonicorum Cathedralis. Ex ejusdem consensu Monachi S. Matthaei cum Canonicis S. Mariae in Regula coierant, quum simul in novam Imolae Civitatem demigrarent. Idem *Albertus* ad Archiepiscopatum *Ravennatem* adsumptus est anno 1202. (2).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Ipsius recitare Alberti hac de re tabulas juvabit.
„ In nomine Patris ec. *Vide Tom. I. pag.* 132.

Ceterum in aliis *libelli*, ut ajunt, *tabulis* a. 1202. die III. ineunte mense Jan. in Castro Bagnariae datis, et a Cl. Mittarellio inter monumenta Faventina indicatis, suum nomen in hunc modum adscripsit: *Ego quidem in Dei nomine Albertus Visiliti Ecclesie S. Cassiani Episcopus*.

(2) Rem narrat Rubeus (a) his verbis: „ (Guilielmo Albertus
„ subrogatur, non absque contentione; Ravennates enim sacrati vi-
„ ri divisi in duas partes, alii Divae Praxedis Cardinalem, prae-
„ stantem virum, alii Forocorneliensem Episcopum postulabant. Ve-
„ rum Innocentius neutrum probans, Cardinalem, quod ejus opera
„ longe magis Romanae, et Ravennati Ecclesiae esset profutura, si
„ eo Archiepiscopatus munere non occuparetur; Forocorneliensem
„ Episcopum, quod a paucioribus postulatus fuisset, quam ut ter-

(a) *Lib. VI. p.* 368.

„ tiam partem complerent: alium jubet Archiepiscopum designari; „ sed illis non unum sentientibus, tandem Albertum Pontifex Ar- „ chiepiscopum fecit, Ravennatibusque dedit. Is cum vir impiger „ esset, et spiritus militares gereret, Venetae Classi in Saracenos „ paratae Imperator, ut tradunt plerique, praefuit.

XXXVII. HIEREMIAS.

XXXVIII. N. . . . Abbas Pomposianus.

XXIII. *Hieronymus* (1) eamdem *Imolensem* sedem adscendit a. 1202. (2) Innocentio III. Pontifice Ecclesiasticum clavum tenente. („ Ad Imolensem Episcopum exstat quoddam rescriptum Innocentii III. *ex Decreto T. 1. de rescriptis tit. 3. c. 26.* Praefatus Hieronymus, vacante Ravennatensium sede (3), a Clero in Episcopum postulatus fuit, „ verum quia a minori quam a tertia parte, *Innocentius III.* „ eam electionem rejecit, ut *ex decret. l. 1. de postulat. Prael.* „ *t. 4. c. 3.*).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Hieremias dicendus fuit, non Hieronymus.

(2) Quo anno, inquit Manzonius (*a*), „ ei componendae litis inter Canonicos cathedralis, et Monachos Sanctae Mariae in Regula oblata est occasio: etenim Abbatem a Monachis recens electum „ veteri jam consuetudine confirmabat, atque in dignitatis possessionem jure suo inducebat Episcopus una cum Canonicis, quibus „ idcirco procurationem, ut vocant, pendere consueverant Monachi: tunc temporis itaque, novo Abbate electo, ac de more a „ Hieremia, et Canonicis confirmato, procurationem istis negarunt „ tum Abbas tum Monachi, quod non levem excitavit controversiam, „ quae videlicet dirimenda Episcopi, et Canonicorum arbitrio adjudicata fuit. Sic enim in actis res memoratur.

„ In nomine Sancte, et Individue Trinitatis anno Dominice „ nativitatis M. Duc. II. nemine Imperante Indict. V. die VII. intraute Mense Octobr. Ymole in Monasterio S. Marie in Regula.

(*a*) *p.* 142.

„ Cum Dominus Geremias Ymolensis Episcopus una cum Domi-
„ no Gerardo ejusdem Ecclesie Preposito, et cum aliis Canonicis vi-
„ delicet sacerdote, Ildeprando, sacerdote Clario, sacerdote Alberto,
„ Rodulfo diacono, Andrea subdiacono, et Bocavitello clerico, domnum
„ Mainettum dicti Monasterii Abbatem electum in sede posuissent, et
„ ejus electionem confirmassent, petierunt ex debito et ex consue-
„ tudine, ut idem Abbas cum Priore, et aliis Monachis eis procu-
„ racionem prestarent, qui cum vellent resistere dicentes se non te-
„ neri, tamen secundum quod fuit de voluntate jam dicti domni
„ Episcopi, et suorum fratrum, eis procuracionem prestiterunt. A-
„ ctum est hoc in presentia presbyteri Gerardi ecclesie sancti Mi-
„ chaelis, presbyteri Johannis ecclesie sancti Donati, presbyteri Bo-
„ landi ecclesie sancte Agathe Magistri Gregori, presbyteri Alberti
„ Capellani domini Episcopi, Petri judicis, et aliorum multorum.
„ Ego Mag. Guido D. G. Sacri Palatii Notar. interfui, et ut au-
„ divi, et intellexi ita scripsi atque complexi.

„ Quo anno Hieremias consecrationis ecclesie sanctae Mariae
„ de Morello Bononiae affuisse dicitur. Postero autem, scilicet anno
„ ducentesimo tertio supra millesimum subscriptum quoque in pu-
„ blicis tabulis apparet die decima quarta Julii.

(3) Haec ad Albertum, de quo diximus, non ad Hieremiam spectant. Ceterum Hieremias sub initium a. MCCV. decessit: nam eo anno XX. Sept. Imolensis *electus* dicitur ab Innocentio III. Abbas Pomposianus, cujus nomen intercidit. Servantur Innocentii litterae in celeberrimo Ravennatis Archiepiscopii cartophylacio (*b*), quarum hoc est initium.

„ Innocentius Episcopus Servus Servorum etc. Ven. Fratribus
„ Ferrariensi, et Mantuano Episcopis, et dilecto filio Archidiaco-
„ no Florentino etc. Cum causa, que vertitur inter Ven. Fra-
„ trem nostrum Archiep. Ravenn. et dilectos filios Potestatem, et
„ Commune Faventiae vobis, Frater Ferrariens., et tibi Archidia-
„ cone, et dilecto filio ac Abbati Pomposiano nunc Imolensi *electo*
„ etc. Interim autem praefato Abbate in Episcopum Imolen. electo etc.„

Hunc Imolensem Episcopum non Ughellius modo, sed etiam Manzonius ignoravit. Sub initium vero anni MCCVII. e vita videtur migrasse, ut mox de Maynardino agentes videbimus.

(*b*) *litt. P.* 2. *n.* 8342.

XXXIX. MAINARDINUS.

XXIV. *Mainardinus*,(1), quem Rubeus *Naldinum* adpellat, fuit homo sagax, ac in rebus humanis tractandis dexteritate mirabili, *Friderico II.* Imperatori addictus, cujus res gestas scriptione comprehendit (2), cujusque auctoritate *Imolae* tyrannus effectus est. Hic itaque quum *Imolensi* sede potitus esset (3), corpora *Sanctorum Maurelii*, et *Projecti* suorum antecessorum transtulit in Cathedralem, XI. Canonicorum numerum statuit, praefinivitque. An. 1230. inter *Imolam Faventiamque* foedus percutiendum olim curavit. Anno 1218. I. die ineuntis Septembris in Ecclesia Plebaniae *Nonantulanae* consecravit altaria *B. Mariae Virginis*, *S. Eustachii*, ac *S. Johannis*. Castrum *Vallis Salvae* aedificavit, aliud instauravit, quod Roncum vocant, de qua re auctor citati Chronici haec ipsa interserit: „ *Mainardinus*: urbis nostrae Sacerdotium ade-
„ ptus ad *Vallis Salvae* montes oppidulum condidit, cui ex
„ valle nomen inditum; et *Caput Runcum* instauravit, quod
„ antea a rusticis eversum fuerat; *Pugiolum*, et *Casrezanum*
„ oppida admodum exigua, quibus *Bonifaciorum* familia lo-
„ co satis honesto imperabat, donationem laudat; urbis ju-
„ dicia Episcopo tradidit; multos deinde annos *Caput Silicis*,
„ quum asperam. *Lithi* Episcopi dominationem ferre non
„ posset, magistratus ejecit; tabulas, ubi municipales le-
„ ges servabantur, fregit, seque in libertatem vindicans se-
„ natum nostrum per litteras petiit, ut oppidum in se re-
„ ciperent, quod impetrare non valuit. *Petrocinus* Ravennae
„ Archiepiscopus, et in Provincia nostra pro Pont. copiis
„ comparatis obsidet, capit, *Litho* restituit.

Mainardino scripsit *Innocentius III.* anno 1215. confirmans immunitates, et bona Ecclesiae *Imolensis* datum per manus Thomae S. R. E. Diaconi, et Notarii *Neapolitani* electi in
„ hunc modum ab autographo Ecclesiae *Imolensis*.
„ Innocentius Episcopus servus servorum Dei
„ Venerabili Fratri Maynardino Imolen. Episcopo
„ ejusque successoribus canonice substituendis
„ in perpetuum etc.
„ In eminenti Apostolicae sedis specula licet immeriti, dis-

„ ponente Domino, constituti, fratres nostros Episcopos
„ tam propinquos, quam longe positos fraterna debemus cha-
„ ritate diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis pastora-
„ li sollicitudine providere. Ea propter venerabilis in Chri-
„ sto frater, *Maynardine*, tuis justis postulationibus clemen-
„ ter adnuimus, et ad exemplar felicis recordacionis Euge-
„ nii, et Alexandri predecessorum nostrorum *Romanorum* Pon-
„ tificum Imolensem Ecclesiam, cui Deo auctore praeesse di-
„ gnosceris, sub *B. Petri*, et nostra protectione suscipimus,
„ et praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes,
„ ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ec-
„ clesia in praesentiarum juste, et canonice possidet, aut in
„ futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel
„ Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prae-
„ stante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque succes-
„ soribus, et inlibata permaneant: in quibus haec propriis
„ duximus exprimenda nominibus. Abbatias *S. Mariae in Re-*
„ *gula*, *S. Donati*, *S. Mariae in Diaconia*, *S. Apostoli in Castro*
„ *Imolae*, *S. Petri in Cala*, *et S. Joannis in Senno*, Xenodochium
„ *S. Vitalis* in ipsa civitate, Plebem *S. Laurentii*, et in ea ti-
„ bi, et Canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de
„ tota Parochia ipsius provenientium in decimis, primiti-
„ is, oblationibus, et testamentis. In castris Imolae plebem
„ S. Mariae cum capella *S. Theodori*, et caeteris capellis ad
„ eamdem pertinentibus; plebem *S. Geminiani* cum capellis
„ suis, plebem *S. Andreae*, et capellam *S. Paulli* in Castro *Al-*
„ *bori*, hospitale *S. Jacobi* in *Sillero*, Plebem *S. Mariae* in *Gui-*
„ *pso* cum capellis suis de Massa, et aliis suis capellis, capel-
„ lam *Saxilionis*, decimationem novalium in Sylva de pacto
„ intra fines tui Episcopatus, Plebem *S. Mariae* in *Tausiniano*,
„ *S. Mariae* in *Tiberiaco*, *S. Martini* in *Colina*, *S. Angeli* in *Cam-*
„ *piano* cum capellis ad easdem pertinentibus, Plebem *S. Ste-*
„ *phani* in *Barbiano* cum capella in castro *Cunii*, et caeteris
„ capellis suis, plebes *S. Mariae* in *Centum Licinia*, *S. Patritii*,
„ et *S. Apollinaris* cum capellis ad eas petinentibus, Eccle-
„ siam *S. Anastasii* in *Morediano*, plebem *S. Prosperi*, et *S. Ma-*
„ *riae* in *Solustra* cum capellis earum; totum territorium, et
„ curtem *S. Cassiani*, castrum, et curtem *Taulariae*, et ca-
„ strum, et curtem *Aquavivae*, et Massam *Boloniani*, Massam

„ *Prata*, Massam *Campum*, castrum, et curtem *Caput Silicum*,
„ et portum cum paludibus, aquarum decursibus, et pi-
„ scariis suis, portum *Petrodulo Racharetum Runci*, *libam ferrari-*
„ *am*, Villam *Zuccharani*, Castrum novum *Fabriaci* cum sex-
„ decim *Mansis*, Castrum *Bagnariae* cum tota curte, et o-
„ mnibus appenditiis suis, Massam *Adello*, Massam *Sagoranam*,
„ Massam *Medaxanam*, Massam *Auretam*, Fundum *Peculini*, *Ca-*
„ *strum Imolae*, Massam *Plasignani*, Massam *Valeriam*, Massam
„ *Cornazani*, Castrum *Galisternae*, Castrum *Toranelli*, Curtem
„ *S. Martini in Saxo*, Fundum *Sastilium*, Fundum *Nunculium*,
„ qui dicitur *Casula*, Curtem *Vallis Salvae*, Castrum, et cur-
„ tem *Montis alti*, Massam *S. Ambrosii*, Castrum *Cauderunchi*
„ cum curte *Runci*, et *Roccae*, et Curtem *Maceratam*, Villam
„ *Sorbedolum*, Castrum, et Curtem *Petrellam*, Montem *S. Ma-*
„ *riae* in *Guipso* cum appenditiis suis, Castrum, et Curtem
„ *Corbariam*, Castrum, et Curtem *Fontis Ulicis*, Castrum, et
„ Curtem *Tausinanum*, Castrum *Casale*, Curtem *Publicam*, Ca-
„ strum, et Curtem *Linarii*, Castrum, et Curtem *Podioli*,
„ Montem *S. Andreae* cum appenditiis suis, Castrum *Dutiae*
„ cum appenditiis suis, Castrum, et Curtem *Lavatoriam*, Mas-
„ sam *Lilani*, Massam *Arsizii*, Massam *Galizani*, in Curte *Vi-*
„ *triani*, fundum qui dicitur *Capraria*, et quatuor alios fun-
„ dos, et in ipsa civitate Tholoneum, et publicas functiones.
„ Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefa-
„ tam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones
„ auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet ve-
„ xationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum,
„ pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt,
„ usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae aucto-
„ ritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve
„ persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra
„ eam venire temptaverit, secundo, tertiove commonita nisi
„ reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis
„ honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judi-
„ cio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacra-
„ tissimo corpore ac sanguine Dei, et Domini Redemptoris
„ nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine
„ districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua
„ jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, qua-

„ tenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud „ districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. „ Amen.

„ ✠ Ego *Innocentius* Catholicae Ecclesiae Episcopus etc.
„ ✠ Ego *Nicolaus Tusculanensis* Episcopus.
„ ✠ Ego *Guido Praenestinus* Episcopus.
„ ✠ Ego *Hugo Ostien.* Episcopus.
„ ✠ Ego *Benedictus Port. et S. Rufinae* Episc.
„ ✠ Ego *Pelagius Albanen.* Episc.
„ ✠ Ego *Cynthius* tit. *S. Laurentii in Lucina* Presb. Card.
„ ✠ Ego *Cencius SS. Jo., et Paulli* Presb. Card. tit. *Pamachii*.
„ ✠ Ego *Leo S. Crucis in Jerusalem* Presb. Card.
„ ✠ Ego *Petrus S. Pudentiane* tit. *Pastoris* Presb. Card.
„ ✠ Ego *Gualla S. Martini* Presb. Card. tit. *Equitii*.
„ ✠ Ego *Stephanus* Basilicae *XII. Apost.* Presb. Card.
„ ✠ Ego *Guido S. Nicolai in Carcere Tul.* Diac. Card.
„ ✠ Ego *Gregorius S. Theodori* Diac. Card.
„ ✠ Ego *Octavianus SS. Sergii, et Bacchi* Diac. Card.
„ ✠ Ego *Johannes SS. Cosmae, et Damiani* Diac. Card.
„ ✠ Ego *Petrus S. Mariae in Aquiro* Diac. Card.

„ Datum Later. per manum *Thomae* S. R. E., et Notarii *Neapolitan.* electi Non. Februarii Indict. III. Incarnat. „ Dominicae anno 1215. Pontificatus vero D. *Innocentii* Papae III. anno 18.

„ Ego Andreas qui supra auscultavi, et subscripsi etc.

Mainardinus autem pro sua Ecclesia *Imolensi* ab Othone IV. et Federico II. privilegia amplissima reportavit, quae olim ab originali *Imolensis* Ecclesiae tabulario exemplata nobis transmisit bo. me. Episcopus *Coccinus*, ac lapsu memoriae praetermissa hic exhibemus, aliquando suo in loco reponenda post privilegium *Innocentii III.* ad favorem ejusdem *Imolensis* Ecclesiae jam cursum in appendice 7. tom. Porro privilegia Othonis, et Federici Imp. ita conscripta fuere.


„ In nomine S. et individuae Trinitatis. Otho IV. Divina favente clementia Romanorum Imperator et semper „ Augustus.

„ Admonet nos cura suscepti regiminis, et Imperialis „ benignitas nos inducit, ut hi, qui constanter, et fideliter,

„ promptaque devotione subjectionem imperio, et dovota ob-
„ sequia exhibent, Imperiali munificentia in suorum bono-
„ rum ampliatione apud imperium proficiant, quatenus et
„ ipsi condigna suorum laborum, et servitiorum remunera-
„ tione gaudeant, et exemplum aliis praebeant, ut ad ser-
„ vitium, et devotionem imperii nostri se exhibeant prom-
„ ptiores. Ea propter universis imperii nostri fidelibus no-
„ tum fieri volumus tam praesentibus quam futuris, quod
„ nos attendentes devotionem pariterque fidelitatem dilecti
„ filii nostri *Mainardini Imolen.* Episcopi, et ejusdem praecla-
„ ra servitia nobis exhibita indesinenter, tam ipsum, quam
„ suos successores, et Ecclesiam *Imolen.* sub defensione im-
„ perii, et speciali juvamine ad nostras recepimus manus, ut
„ tam amissa quam perdita vel alicujus ingenio diminuta no-
„ stro possint recuperari auxilio, et quae nunc tenet, vel
„ in posterum adquisierit ipse, vel successores ejus, hoc no-
„ stro valeant munimine cum tranquillitate, et ex nostra
„ concessione omni tempore pacifice possidere. Ideoque prae-
„ decessorum nostrorum vestigiis inhaerentes praedicto *M.*
„ fideli nostro benemerito ejusque successoribus damus, con-
„ cedimus, et Imperiali largitate tradimus, videlicet ju-
„ re proprietario Castellarium *Sancti Cassiani* cum tota cur-
„ te sua, Castrum *Bagnariae* cum tota curte et fundo-
„ ris suis, *Caput Silicis* cum tota curte sua, et cum aquis,
„ et paludibus piscariis, et ripis, aucupationibus, et salti-
„ bus, seu petretulo baccareta, et *Runci*, et libba, et fe-
„ naria: *Taulariam* cum tota curte sua, *Puzolum*, et *Taura-*
„ *num* cum tota curte sua, *Roncum*, et *Rocham*, et *Mascra-*
„ *tam* cum suis curtibus, montem in quo est plebs S. Ma-
„ riae dicto *Zisso* aedificata cum suis appenditiis, montem
„ in quo est plebs S. Andreae cum suis appenditiis, curtem
„ *Codrignani* cum montibus, et appenditiis suis: Villam *Val-*
„ *lis Salvae* cum montibus, et appenditiis, omniaque prae-
„ dicta sibi, suisque successoribus cum jurisdictionibus, cor-
„ reptionibus, amonitionibus, pascuis, et aqueductibus, bannis,
„ placitis, districtionibus, et honoribus cum omnibus adja-
„ centiis, et pertinentiis suis, nullo reddita nobis vel no-
„ stris successoribus, seu imperii nuntio reservato, vel exhi-
„ bito. Insuper diffinitionem factam inter *Imolensem*, et no-

„ biles Viros Comites de *Bagnacavallo*, et Comites de *Cunio*,
„ et *Filigardos* de cura *Capitis Silicis* per *Joannem de Vitali*, et
„ suos socios nostrae majestati ostensam, simili modo confes-
„ sionem dictorum nobilium de feudis factam coram *Bretul-*
„ *do* imperiali nuntio, et praedictis viris, et omnes consue-
„ tudines, et usantias, quas ipse, vel sui Praedecessores in
„ rebus, et hominibus dicti loci habent, vel habuerunt,
„ confirmamus, et adprobamus. Item concedimus, et largi-
„ mur eidem suisque successoribus proprietatis jure omnia,
„ quae Barones, Comites, et Capitanei, caeterique tam
„ Nobiles, quam alii ab eodem Episcopo vel successoribus
„ suis in feudum vel alio modo in toto nostro comitatu Imo-
„ len. vel Episcopatu ipsius, et alibi detinent, ut firma, et
„ inlibata sibi, suisque successoribus perpetuo perseverent.
„ Statuimus, ut nulla temporis praescriptio etiam in praedi-
„ ctis aliisque rebus, et juribus, seu jurisdictionibus ipsi
„ episcopatui pertinentibus, vel concessis, hostilitatis vel in-
„ vasionis occasione detentis eidem Ecclesiae currat. Quem-
„ libet alium possessorem vel alterius cujuslibet occasionis
„ praedictarum rerum detentatorum nulla nisi centenaria
„ praescriptio tueatur, et tam ipsum, quam suos successo-
„ res a praestatione sacramenti de calumnia in suis caussis,
„ et Ecclesiae volumus esse immunes, ut nec legis occasio-
„ ne, vel alicujus civitatis statuto ad hoc debeant coarctari.
„ Praeterea D. Episcopum, ejusque successores in Civitate
„ *Imolen.* universoque Episcopatu ipsius ac Comitatu nostro
„ Imolen. Judicem ordinarium facimus, dantes ei plenam,
„ et liberam potestatem, atque jurisdictionem, quidquid ra-
„ tio expostulat, tam in majoribus quam in minoribus
„ pupillis, et viduis exequendi. Nihilominus etiam ex no-
„ stra munificentia omnem concessionem, donationem, seu
„ largitatem quolibet modo a nostris praedecessoribus ei-
„ dem Ecclesiae factam confirmamus. Statuentes ut nulla
„ civitas, nullumque Commune, nullus Princeps, seu Co-
„ mes, nullus Dux, nullus Imperialis aulae missus, nulla
„ magna parvaque persona praedictam Ecclesiam, et ipsum
„ Episcopum suosque successores aliquo ingenio in rebus
„ praedictis, jurisdictionibus, redditibus, et concessionibus a
„ nobis, et praedecessoribus nostris factis in judicio vel ex-

„ tra audeat inquietare, vel molestiam inferre; quod qui fa-
„ cere praesumpserit, indignationem nostram, et laesae ma-
„ jestatis crimen se noverit incursurum, et in poenam suae
„ praesumptionis 50. librarum auri componat medietatem ca-
„ merae nostrae inferendam, reliquam Ecclesiae memoratae.
„ Si quis vero judex, vel alicujus civitatis potestas, seu con-
„ sules occasione constitutionis vel alicujus statuti ullo mo-
„ do contra haec ipsi Ecclesiae a nostra majestate indulta
„ judicare praesumpserit; periculum sui honoris, et digni-
„ tatis incurrat, et nota infamiae perpetuae ipso jure per-
„ cellatur. Ad cujus rei perennem firmitatem praesentem pa-
„ ginam, inde nostra jussione conscripta *sic* majestatis no-
„ strae sigillo jussimus insigniri. Et hujus rei testes fue-
„ runt *Golfredus Aquilejen.* Patriarcha, et *Italiae* Legatus; *Hen-*
„ *ricus Mantoanus* Episcopus, et Imperialis Curiae Vicarius;
„ *Opizo Parmen..* Episcopus; *Guillelmus Cumanus* Episcopus,
„ *Jacobus* Episcopus de *Taurino*; *Petrus* almae urbis praefectus;
„ *Guillelmus* Marchio *Montis Ferrati*; *Henricus* de *Calandrino*; Ma-
„ riscalcus; *Azo* Marchio *Esten.* Comes *Maginardus* de *Foro*
„ *julii*; *Salinguerra*, de *Feraria*; *Eccilinus* de *Amaria*, et alii plu-
„ res.

„ Sign. D. O-  thonis Imperato-
„ ris Invictis- simi.

„ Ego *Conradus Spirensis* Ecclesiae Episcopus, Imperialis
„ aulae Cancellarius, Vicedomini *Theodosii Coloniensis* Archie-
„ piscopi per totam *Italiam* Archicancellarii recognovi.

„ Acta sunt haec *Imolae* 1210. Ind. 13. die 11. exeunte
„ mense Martii, Imperante gloriossimo Octone IV. Romano-

„ rum imperatore, et semper Augusto anno regni ejus 12.
„ Imperii vero primo.

„ Federicus Dei gratia Romanorum Imperator semper
„ Augustus Jerusalem, et Siciliae Rex universis Imperii fi-
„ delibus praesentem paginam inspecturis gratiam suam, et
„ bonam voluntatem.

„ Imperialis regiminis cura, et suscepti oneris benigni-
„ tas nos admonet, et inducit, ut hi, qui constanter, et
„ fideliter promptaque devotione subjectionem imperio, et
„ devota obsequia exhibent, imperiali munificentia in suorum
„ bonorum ampliatione apud Imperium proficiant, quatenus
„ et ipsi condigna suorum laborum, et servitiorum remune-
„ ratione gaudeant, et exemplum aliis praebeant, ut ad ser-
„ vitium, et devotionem imperii nostri se exhibeant prom-
„ ptiores. Ea propter universis Imperii nostri fidelibus no-
„ tum esse volumus tam praesentibus, quam futuris, quod
„ nos adtendentes devotionem pariterque fidelitatem dilecti
„ fidelis nostri *Mainardini Ymolen.* Episcopi, et ejusdem prae-
„ clara servitia nobis, et Imperio indesinenter exhibita tam
„ ipsos *sic*, quam suos successores, et Ecclesiam Ymolen.
„ sub defentione Imperii, et speciali juvamine ad manus no-
„ stras recepimus, ut tam amissa quam perdita, vel alicu-
„ jus ingenio diminuta nostro possint, et debeant auxilio re-
„ cuperari, et quae nunc tenet, vel imposterum acquisie-
„ rit ipse, vel successores ejus hoc nostro valeant munimine
„ cum tranquillitate, et ex nostra concessione omni tempore
„ pacifice possidere. Ideoque praedecessorum nostrorum ve-
„ stigiis inhaerentes, praedicto Mainardino fideli nostro, tam-
„ quam benemerito, ejusque successoribus damus, concedi-
„ mus, et imperiali largitate tradimus, videlicet jure pro-
„ prietario Castellarium Sancti Cassiani cum tota curte sua;
„ castrum Bagnariae cum tota curte, et fundoris suis; Ca-
„ put Silicis cum tota curte sua, et cum aquis, et paludi-
„ bus, piscariis, et ripis, aucupationibus, et saltibus, et ne-
„ moribus, seu petretulo, et bachareta, et Runci, et liba,
„ et fenaria; Taulariam cum tota curte sua, Puzolum, et
„ Tauranum cum tota curte sua, Runcum, et Roccam, et
„ Maseratam cum suis curtibus, et appendentiis, quarum ter-
„ rarum homines in monte, et castro quod vocatur *Caput*

„ *Runci per eundem Episcopum sunt locati*, et positi ad habitan-
„ dum, et villam Felletti, et medietatem totius castri, et
„ curtis Puzoli cum hominibus, et possessionibus, et juri-
„ bus eorundem ubicumque constitutis tam in eadem cur-
„ te Puzoli, quam in curte Cafrezanae, vel alibi: quam
„ medietatem praedictis idem Episcopus a Bonifaciis com-
„ paravit. Montem in quo plebes Sanctae Mariae de Zis-
„ so aedificata cum suis appendentiis. Montem in quo
„ est plebes Sancti Andraee cum suis appendentiis, Curtem
„ Codrignani cum montibus, et appendentiis, Villam Val-
„ lissalvae cum montibus, et appendentiis, et curte sua et
„ castro *in eadem curte per eundem Episcopum aedificato*: omnia
„ autem praedicta, et quae per ipsum Episcopum speciali-
„ ter, vel per alios successores vel fuerint acquisita in epi-
„ scopatu, et comitatu Imolen. vel alibi suisque successori-
„ bus cum jurisdictionibus, correptionibus, ammonitionibus,
„ pascuis, et aquaeductibus, bannis, placitis, districtioni-
„ bus, et honoribus, et cum omnibus adjacentiis, nullo red-
„ ditu nobis, vel nostris successoribus, seu imperii nuncio
„ reservato, vel exhibito, salva tamen fidelitate, quam et
„ idem Episcopus pro iis omnibus nostrae majestati praesti-
„ tit, et tam ipse quam ceteri successores ejus nobis, et
„ imperio praestare teneantur. Sicut nostrae constitit excel-
„ lentiae per sententiam latam per venerabilem fidelem im-
„ perii Gerardum Archiepiscopum Ravennatem inter lega-
„ tum imperii Bertholdum de Gonisbergh ex una parte, et
„ Henricum Corneliensem Episcopum nunc dictum Imolen.
„ ex altera, quam sententiam perpetuis temporibus valituram
„ ex certa scientia confirmamus. Insuper definitionem fa-
„ ctam inter Ecclesiam Ymolen. et nobiles viros Comites de
„ Bagnacavallo, et Comites de Cunio, et Filgirardos de Curte
„ Capitis Silicis per Joannem de Vitali, et suos Socios no-
„ strae majestati ostensam: simili modo confessionem dicto-
„ rum nobilium de feudis factam coram Bretuldo imperiali
„ nuncio, et praedictis viris, et omnes consuetudines, et
„ usancias, quas ipse, et sui praedecessores in rebus, et ho-
„ minibus dicti loci habuerunt, confirmamus, et approba-
„ mus. Item concedimus, et elargimur eidem suisque suc-
„ cessoribus proprietatis jure omnia, quae barones, comites,

„ capitanei, ceterique tam nobiles, quam alii ab eodem Episcopo, vel suis praedecessoribus in feudum, vel alio modo in toto nostro comitatu Imolen., vel Episcopatu ipsius, et alibi detinent, ut firma, et illibata sibi, suisque successoribus perpetuo perseverent. Statuimus, ut nulla temporis praescriptio in praedictis terris, aliisque rebus, et juribus, seu jurisdictionibus ipsi Episcopatui pertinentibus, vel concessis hostilitatis vel invasionis occasione detentis eidem Ecclesiae currat. Quemlibet alium possessorem, vel alterius cujuslibet occasionis praedictarum rerum detentorem nulla nisi centenaria praescriptio tueatur: et tam ipsum, quam suos successores a praestatione sacramenti de calumnia in suis causis, et Ecclesiae volumus esse immunes, ut nec legis occasione vel alicujus civitatis statuto ad hoc debeat coarctari: praeterea dictum Episcopum ejusque successores in Civitate Ymolen. universoque Episcopatu ipsius, et comitatu nostro Ymolen. judicem ordinarium facimus, dantes ei plenam, et liberam potestatem, atque jurisdictionem quidquid ratio juris expostulat tam in majoribus quam in minoribus, pupillis, et viduis exequendi. Nihilominus etiam ex nostra munificentia omnem concessionem, donationem, seu largitatem quolibet modo a nostris praedecessoribus eidem Ecclesiae factam confirmamus: statuentes ut nulla civitas, nullum Commune, nullus Princeps seu Comes, nullus Dux, nullus Imperialis aulae missus, nulla magna, parvaque persona praedictam Ecclesiam, et ipsum episcopum, suosque successores aliquo ingenio in rebus praedictis, jurisdictionibus, redditibus, et concessionibus a nobis, et praedecessoribus nostris factis in judicio, vel extra audeat inquietare, vel molestiam inferre. Quod qui facere praesumpserit, indignationem nostram, et laesae majestatis crimen noverit incursurum, et in poenam suae presumptionis quinquaginta librarum auri componat medietatem camerae nostrae inferendam, reliquam Ecclesiae memoratae. Siquis vero judex, vel alicujus civitatis potestas, seu consules occasione constitutionis, vel alicujus statuti, seu alio modo contra haec ipsi Ecclesiae a nostra majestate indulta judicare praesumpserit, periculum sui honoris, et dignita-

„ tis incurrat, et nota infamiae perpetuae ipso jure percel-
„ latur. Ad cujus rei perennem firmitatem praesentem pa-
„ ginam inde nostra jussione conscriptam majestatis nostrae
„ sigillo jussimus insigniri. Datum apud Burgum Sancti Do-
„ nini anno Dominicae incarnationis millesimo ducentesimo
„ sexto mense Julii quartaedecimae indictionis „. Mortalitatem
„ exuit Maynardinus, cum ad multos annos Imolensem admi-
„ nistrasset Ecclesiam Anno. MCCXLIX.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Extat Maynardinus ex Aldigheria Ferrariensi gente, quod ex Nonantulano a. 1213. instrumento primus nos docuit Clariss. Tiraboschius T. II. Histor. Nonantulani Monasterii p. 388.

(2) Id quidem Leandri Alberti testimonio nititur in descriptione Italiae, ubi de Apulia agit. Sunt etiam, qui Imolensis urbis historias ei tribuant, adduntque, eas aliquando editas esse. Verum mirum esset nec Possevinum in Apparatu, nec Joh. Albertum Fabricium in Bibliotheca mediae, et infimae Latinitatis Mainardini meminisse, si haec revera commentaria scripsisset. Itaque valde anceps haereo, num Leandro, Ughellio, et ceteris hac in re fides habenda sit.

(3) Quum pleraque a praeclarissimo Episcopo gesta Ughellius dissimularit, quae vero pauca in suam historiam intulit, nullo plane ordine exhibuerit, malo totam de Mainardino historiam retexere, demptis, quae Ughellius recitat, diplomatis, a me tamen emendatioribus datis.

I. Mainardinus igitur, quem etiam Mainardum, immo aliquando Moriandinum, et Maldinum dictum invenio, apud S. Mariam de Reno Bononiae Canonicus Regularis, quum Diaconatu initiatus nondum esset, in Hieremiae locum sufficitur anno MCCVII. Certe ejus anni mense Augusto Faventino SS. Hippolyti, et Laurentii coenobio Ecclesiam S. Andreae de Zagonaria hisce litteris confirmavit, quas ex Annalibus Camaldulensibus (a) iterum profero

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione
„ ejus M. CC. VII. tempore Innocenti pape, imperatorem non ha-
„ bemus, die XVI. mensis augusti indictione X. apud monasterium
„ S. Ipoliti. Nos quidem in Dei nomine Mainardinus Imolensis epi-

(a) *T. IV. in append. p. 264.*

„ scopus pro nobis nostrisque successoribus in Episcopatu et reme-
„ dio anime nostre, et nostrorum antecessorum, et successorum con-
„ cedimus, et damus plenam licentiam, et potestatem tibi presenti
„ in Christi nomine Domno Petro abbati Monasterii sanctorum mar-
„ tyrum Laurentii, et Ipoliti accipienti vice, et nomine dirti cenobii,
„ et pro toto collegio, quod nunc inibi est, vel in futuro erit,
„ et prae vestris successoribus ibidem commorantibus in perpetuum
„ videlicet habendi tenendi et ordinandi Ecclesiam sancti Andree
„ de Zagonari, et dignoscendi pleno jure, et regendi populum i-
„ psius Ecclesie per quemcumque volueritis in perpetuum monachum,
„ vel conversum vestrum in spiritualibus, et temporalibus sine ali-
„ quorum contradictione, impedimento vel obstaculo. Insuper di-
„ ctam Ecclesiam liberamus ab omni exartione Episcopali, salvo
„ jure plebis de Barbiano, scilicet in baptismo, et in Litaniis,
„ et in visitatione festi sancti Stephani, ab omnibus aliis sit
„ exempta, et libera. Salvo, quod debeat excommuniratum ab Epi-
„ scopo pro rausa matrimoniali, vel alio spirituali negotio pro
„ excommunicato tenere. Hoc autem ideo vobis facimus pro re-
„ medio animae nostrae, et nostrorum antecessorum, et successorum,
„ et ut debeatis pro nobis orare. Hanc autem donationem, conces-
„ sionem, et absolutionem, et liberationem nos Maynardinus Ymo-
„ lensis episcopus pro nobis nostrisque successoribus in episcopatu pro-
„ mittimus tibi dicto domno Petro abbati tuisque sucressoribus fir-
„ mam ratamque habere, tenere, et nullo modo vel ingenio contra agere
„ vel venire, neque nos, neque per aliquam personam a nobis sum-
„ nissam, summittendamve, neque in judicio, neque extra sub pro-
„ missione pene unius libre auri, et pena soluta hec datio, con-
„ cessio, absolutio, liberatio, et omnia predicta in omnibus, et per
„ omnia, et in quolibet Capitulo maneat firma in perpetuum; que
„ omnia sunt scripta, et completa a me Zonatello Faventino no-
„ tario rogatu dicti domni episcopi. Interfuere testes his omnibus
„ dopnus Benedictus Camerarius, dopnus Guilielmus, dopnus Johan-
„ nes, dopnus Wido, presbiter Ugo, dopnus Dominicus, dopnus Jo-
„ hannes cellerarius, Wido dux, Rambertus sancte Lucie, Bonittus,
„ et ego Zonatellus jam dictus Faventinus Notarius omnia ista de-
„ srribens.

✠ Ego Mainardinus Ymolensis Episcopus ss.
✠ Ego Gerardus Imolensis prepositus manu mea ss.

II. Inordinatam illius ordinationem, quam ex Mutinensi Episcopo cognoverat, Innocentius III. in Decretali ad eumdem Antisti-

tem Epistola (*a*) reprehendit: nempe Maynardinum *Bononiensis Episcopus praecedenti Sabbato in die Dominico (continuato jejunio) in presbyterum ordinaverat*. Illum igitur Innocentius ab exequutione officii sacerdotalis suspendit, dum aliter de illo disponeret. Absolutus vero atque Episcopus consecratus in illud sedulo incubuit, ut urbi, et Ecclesiae suae quammaxime prodesset. Quae pro urbe gessit, dissertatione I. perscripsimus. Nunc quae Episcopalis praecipue muneris sunt, persequamur, iis tamen omissis, quae vel ad Canonicos vel ad rem Monasticam pertinent, atque a nobis sunt in aliis dissertationibus explicata.

III. Ac primum occurrit, quod ad annum spectat MCCVIII. suorum scilicet decessorum Projecti, et Maurelii corpora uno loculo clausa in ara a se consecrata pridie nonas Maji recondidit. Illud deinde sane amplissimum pro sua Ecclesia ab Othone IV. Diploma a. MCCX. petiit, adcepitque, quod ab Ughellio adlatum legimus. Nec tamen praediorum juriumque tuendorum caussa ita distinebatur, ut curandae aeternae populi sui saluti non diligentissime vacaret. Conciones apud suos habuisse Maynardinum argumento sit, quod in vita S. Francisci Assisiatis refert S. Bonaventura (*b*): „ Quodam „ tempore (Franciscus) devenieus Imolam, hujus civitatis Episcopum „ adiit, humiliterque poposcit, ut cum ipsius beneplacito posset populum ad praedicationem vocare, cui Episcopus de re respondens, „ sufficit, inquit, frater, quod ego praedicem populo meo: inclinavit caput verus humilis, et foras egressus post modicam horam „ regreditur intro, a quo cum Episcopus quasi turbatus requireret, „ quid iterato petere vellet, humilitam corde quam voce respondit, „ Domine si pater filium uno repulerit ostio, alio sibi reiterandum „ est. Humilitate victus Episcopus alacri vultu eum amplexatus est, „ dicens: *Tu et omnes fratres tui de cetero in Episcopatu meo generali mea „ licentia praedicetis, quia illud humilitas sancta promeruit* „. Contigit „ id anno MCCXXIII. (*c*). Porro, inquit Manzonius (*d*) „ insignis „ Dei famulus publice in foro eo spiritus ardore concionem habuit, „ ut populum ad poenitentiam, et pietatis officia colenda converterit, civiumque, maxime vero Maynardini, animos erga suum institutum sic devinxerit, ut non multo post, accitis aliquot ex ipsius alumnis, tum intra civitatem aedes sint constitutae, tum „ apud Castrum Cunii anno ducentesimo vigesimo sexto supra mil-

(*a*) *Decret. lib. 1. Tit. XI. cap.* 13.
(*b*) *Cap. VI.*
(*c*) Vide Wadingum in annalibus ad hunc annum, et Bonolii Lugien. historiam.
(*d*) *p.* 156.

„ lesimum, quo anno ad coelestem patriam evolavit vir ille Sera-
„ phicus, et in oppido Lugi anno ducentesimo trigesimo tertio su-
„ pra millesimum coenobia sint ipsis attributa „. Ad Maynardinum
„ ut redeam, in membranaceo Archiepiscopii Ravennatis libello, quo quaedam sedente Ubaldo Archiepiscopo acta continentur, haec
„ leguntur: „ Eadem die, et in eodem loco (die scilicet III. *exeunte*
„ *Aprili indictione I.* atque adeo eodem anno MCCXIII. Ravennae in
„ Palatio Archiepiscopali) Dominicus Joachim juravit obedire omni-
„ bus mandatis Domini Archiepiscopi, et Episcoporum ibi praesen-
„ tium, scilicet Bononiensis, Parmensis, Cerviensis, Comaclensis, Ymo-
„ lensis, Regini, Popiliensis, et Caesenatis; et incontinenti Domi-
„ nus Imolensis absolvit eum ad capellam Domini Archiepiscopi, et
„ iterum cum esset reversus ad Dominum Archiepiscopum, Dominus
„ de consilio Episcoporum, et voluntate praecepit eidem Domino Joa-
„ chim, ut inde ad diem Pentecostes proxime venturum iret ad Fo-
„ carelum ad standum ibi. Testes adfuerunt Guido Bonzani, Da-
„ vid frater ejus, Nicolaus de Nottevolben, Guido Sazi, Guido Ca-
„ merarius, Rainerius de Willielmo, et alii plurimi.

IV. Romam postero anno Maynardinus contendit, ibique aliquot mensibus commoratus a. MCCXV. ab Innocentio III. diploma impetravit ab Ughellio descriptum. „ Reducem, inquit idem Manzo-
„ nius (*e*), ab urbe Maynardinum agnovimus eodem anno; etenim
„ in castro Carpi die septima Septembris adfuit, dum Salinguerra
„ Ferrariensis, cui plura oppida jure feudali concesserat Innocen-
„ tius III. fidelitatem eidem Summo Pontifici, ejusque successoribus
„ solemni juramento firmatam coram pluribus dynastis promisit, quam
„ jurisjurandi formulam in scriptis redactam sua subscriptione in-
„ ter ceteros firmavit Maynardinus in haec verba = *Ego Maynardi-*
„ *nus Imolensis Episcopus interfui, et subscripsi, et hoc similiter sigillo*
„ *meo roborari jussi* = Biennio post corpus Sancti Cassiani in altari,
„ quod ipse tunc consecraverat, in cathedrali collocavit „. Ad annum insequentem praeter ea, quae dissertatione quinta, ubi de S. Donati Monasterio narravimus, altariumque quorundam consecrationem Nonantulae peractam, atque ab Ughellio indicatam, spectant quae idem Ughellius perperam in annum contulit MCC. XXX., Imolensium, et Faventinorum dissidia, Maynardino potissimum adnitente ex Imolensium voto composita (*f*). Non omittendum quod Rubeus ad annum MCCXX. scribit his verbis (*g*): „ Per hos

---

(*e*) *p.* 1!8
(*f*) Confer primam Dissertationem.
(*g*) *lib. VI. p.* 383.

„ dies a Ravennatis Ecclesiae sacrario furto ablatus ejus thesau-
„ rus est. Itaque Symeon in aede Ursina e superiore loco omnes
„ diris devovit, qui illum aut ipsi furati essent, aut consilium prae-
„ buissent, aut socii fuissent, aut pignore accepissent, emissentve;
„ idem fecit in senatu, cum omnes adessent Cardinales Cantoresque
„ et Petrus Traversaria Praetor, Rainerius ejus Vicarius, ac judex
„ Flaminiae, Comes Ugolinus, et Comes Malvicinus, aliisque.
„ Sed Petrus eodem die, qui fuit decimo Kal. Maji, omnium
„ Senatorum, qui frequentes convenerant, sententia, potestatem Pep-
„ po Verde permisit, Reipublicae Ravennatis Massario (ita voca-
„ bant Quaestorem,) ut ex aerario Ravennatis Reipublicae thesau-
„ rum extraheret, et Ugolino Comiti daret; jurandum enim Peppo
„ erat, eum thesaurum ex vectigali catenae Reipubl. Ravennatis
„ conflatum. Sed haud ita diu post Ugolinus cum esset Forocor-
„ nelii, in D. Cassiani, Maynardino ejus Civitatis Episcopo, mul-
„ tisque aliis spectantibus, mandata omnia Symeonis Archiepiscopi
„ Ravennatis sese effecturum juravit, ea ductus anathematis sen-
„ tentia, quam in eum caussa Ravennatis Ecclesiae thesauri tulerat.
„ Eum thesaurum jusserat Ugolinus, insciente Archiepiscopo, inde
„ auferri. „

V. Insequutus est deinde annus, ut Manzonii verba usurpem, (h) „ millesimus ducentesimus vigesimus primus, quo tum Episcopus,
„ tum Canonici plurium praediorum possessionem contra populum
„ Bononiensem, quod ea sibi violenter usurpaverat, sibi restituen-
„ dam omnino curarunt, auctoritate Summi Pontificis Honorii III.
„ implorata. qui caussam recognoscendam Praeposito Ravennati de-
„ legavit, datis in id sequentibus Apostolicis litteris.

„ Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Praeposito
„ Ravennaten. salutem, et Apostolicam benedictionem. Venerabilis fra-
„ ter noster Episcopus, et dilecti filii Capitulum Imolen. nobis conque-
„ rendo monstrarunt, quod Potestas, et populus Bononiensis super pos-
„ sessionibus, et rebus aliis injuriantur eisdem. Quo circa discretioni
„ tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convo-
„ catis audias causam, et appellatione remota debito fine decidas,
„ faciens, quod decreveris, per censuram Ecclesiasticam firmiter ob-
„ servari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio,
„ vel timore subtraxerint, per censuram eamdem, cessante appella-
„ tione, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Laterani
„ secundo nonas Maji Pontificatus nostri anno quinto.

(h) pag. 164.

VI. Sunt et alia hujus anni monumenta, quae proferamus. Nam Julio mense cum Henrico Bononiensi Episcopo consecrationi Ecclesiae S. Mariae de Reno ab Hugolino Cardinale, atqne Episcopo Ostiensi peractae interfuit (*k*). Gravius, et ad Maynardini commendationem illustrius illud est, quod Archiepiscopii Ravennatis membranae produnt. Superiore anno, quem nuper memoravi, Hugolinus Flaminiae Comes dimidiam Cerviae, ut ajunt, catenam Simeoni Ravennati Antistiti eripuerat (*l*). Simeon igitur hoc anno MCCXXI. litem Hugolino coram Maynardino intendit (*m*): huic enim negotio cognoscendo praefectus is fuerat a Corrado Metensi, ac Spirensi Episcopo. Fridericus porro Imperator ex Maynardini decreto pro Archiepiscopo sententiam tulit anno insequente (*n*). Eodem quoque anno mense decembri subcriptus legitur Maynardinus (*o*) diplomati, quo Fridericus Abbatem Monasterii de Tergensee in Austriae Ducatu honestavit.

VII. Anno MCCXXVI. ineunte vere, Fridericus Caesar Ravennam ingressus est. Inter ceteros, qui magno numero ex Italia, ao praesertim Flaminia ad eum convenerunt, viros principes, Maynardinus fuit, qui etiam primum litteris, quibus Fridericns mense Aprili S. Andrae Virgines in suam fidem ac clientelam recepit, omniumque, quae tunc habebant, bonorum possessionem confirmavit, cum Alberto Magdeburgensi aliisque pluribus subscripsit (*p*); deinde Caesareo pro Camaldulensi Eremo diplomati testis Majo mense adscriptus legitur (*q*). Illud vero cum primis Maynardino curae fuit, ut quoniam Imolensem agrum a finitimis saepe saepius diripi, vastarique animadvertebat, sui Episcopatus oppida, praedia, atque universa jura Imperatoria anctoritate, quoad fieri posset, illaesa servaret. Quamobrem novum, quod ab Ughellio adcepimus, a Friderico diploma impetravit. „ Eodem anno Maynardinus, inquit Manzonius (*r*), novam Ecclesiam S. Mariae de Caritate prope urbis „ moenia fundavit, jacto primario lapide, quam jure directo ad „ canonicos spectare declaravit, annuo constituto censu unius librae

---

(*k*) Confer Cl. Trombellium in libro inscripto: *Memorie Istoriche di S. Maria di Reno* cap. XIII. *p.* 59.

(*l*) Archiv. Ravenn. Archiep. *H.* 3239.

(*m* ibid. 3229.

(*n*) ibid. *P.* 8590

(*o*) Vide Oefellium *Rer. Boicarum T. II. p.* 83.

(*p*) Rubeus lib. VI. *p* 394.

(*q*) Consule Annales Camaldulenses *T. IV. p.* 190.

(*r*) *p.* 177.

„ thuris Cathedrali in festo Sancti Cassiani persolvenda a regulari-
„ bus, et monialibus apud eam invectis, regulam Sancti Augustini
„ profitentibus, quas Episcopali jurisdictioni subjectas, disciplinae
„ tamen regularium idem insitutum profitentium commendavit, quam
„ rem legimus exaratam, ut sequitur.

„ In nomine Domini nostri etc. *Vid. T. I. pag.* 237.

VIII. Muratorius *Concordiam* edidit (s) *Ravennae, et Ferrariae* eodem anno MCCXXVI. constitutam. In ea autem haec legere est, quae, quanta esset Maynardini existimatio, palam faciunt. *Causa Dombillini Judaei de voluntate Potestatum, et Ambaxatorum utriusque Civitatis commissa est in Dominum Maynardinum Imolensem Episcopum.*

Quae postea a Maynardino gesta sunt, paucis complectamur. Eo igitur probante, Virginibus, quae Sancti Dominici institutum profitebantur, locus anno MCCXXXV. datus est secus urbem extra portam Appiam haud procul a Monialibus Augustiniensis Ordinis, quae S. Mariae de caritate vocabantur. Trienuio post Albertus Faventinus Episcopus in gravissimam scelerum suspicionem quum incidisset, Maynardinus cum Ægidio Episcopo Popiliensi de ejus causa cognovit (t). Anno MCCXLVII. Abbas SS. Paulli, et Donati, Maynardino adsentiente, nonnulla bona, quae in paroecia Selustriae sita erant, appellatis Monialibus S. Mariae de caritate emphyteutico jure concessit. Ad diem III. Julii anni MCCXLIX. superstes fuit Maynardinus; eo autem die defunctum docet antiquissimum S. Mariae de Rheno Necrologium a Cl. Abbate Trombellio vulgatum in quo Maynardini obitus III. Julii inscribitur. Gravissimus quidem ibi error in mortualem ejus annum irrepsit, qui annus MCCXVI. dicitur; sed id amanuensis vitio, ut puto, dabimus.

XL. THOMAS.

XXV. **T***homas Bononiensis* Canonicus, Prior ac Praepositus *Ravennae* (1). canonice ad *Imolensem* Sedem provectus est anno 1249. (2). Annuos census statuit Cathedrali aedificandae (3). Coenobium Monialium *S. Mariae de Misericordia* construxit 4. Suae Ecclesiae jura acerrime defendit. Sic enim a nostrae Chronicae auctore tradita vidimus. „ *Urbano* hujus no-

(s) T. IV. Antiq. Italic. col. 440

(t) Arch. Ravenn. Archiep. E. 1696.

„ minis IV. sub haec tempora magna inter *Thomasium* Episcopum, et Senatum orta est altercatio (5), propeque fuit, ut ad arma iretur. *Thomasius* humana potius quam Divina curans, aquam ad caput silicis a vicinaria fluere studebat: Senatus ut acceptam injuriam reponeret, in clericos edicta proponit, in Episcopum impetum facit, prohibetque, ne judicium in Sacerdotes, hominesque, quos Pontificia ac Imperatoria Potestas Episcopali auctoritati antea subesse voluerat, exerceret. *Thomasius* urbem Sacris interdicit (6). Res postremo inter Partes composita; disjunctos animos benevolentia conjunxit. Et quoniam Episcopum decet non lite, aut jurgiis, sed probitate ac exemplo ceteris antestare, gregem autem pastori obsequi, omnia sedata, *Malgarita* judice Rempublicam nostram curante. Haec in acta publica retulere *Rambottinus*, *Daniel*, et *Joannes Petilianus*, quos *Farolfinus* Imperialis aulae scriba notis excipere voluit. Praeturam eo anno gerebat *Marcus Contarenus* vir in *Thomasium* acerrimus, quem cum apparitoribus, et cohorte praetoria in judicio absolvit. *S. Donati* Ecclesiam cum suis juribus Canonicis dono dedit; *Cruciferis* fratribus xenodochium *S. Spiritus* adtribuit (7). Aemulorum calumnias adeo sincera, veraque defensione discussit, ac diluit coram *Clemente IV.* Pontifice, ut apud eumdem magnam collegerit gratiam „. E vivis exemptus est a. 1259. III. Kal. Novembris, ut in antiquo *Ravennae* Ecclesiae Kalendario (9) notatur (10).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Non Ravennae Praepositus fuit Thomas, sed Rhenanus, seu S. Mariae de Rheno.

(2) Ante Octobrem hujus anni electus fuerat. Extat enim Legati Pontificii; epistola Mutinae data a. MCCXLIX. V. Idus Octobris ad *Venerabilem Virum Dei gratia* ELECTVM, *et dilectis in Christo Capitulo Imolen.*, qua Canonicis, quod vacante Sede expetierant, litteras concedit, ut in defuncti Canonici Sacerdotis locum alium non Sacerdotem sufficerent.

(3) Vide quae diximus *dissert.* V.

(4) Haec ex Manzonio uberius descripsimus *Diss.* V.

(5) Antiquiores duae Thomae cum civibus controversiae omit-

tendae non sunt. Praestabit Manzonium (a) exscribere „ Incongrua
„ quaedam magistratus, seu civium universitatis postulatio pluri-
„ bus dissidiis fecit initium; ea enim ipsorum animos incessit cogi-
„ tatio, ut ex ipsis unus designaretur, qui fidelium oblationes ca-
„ thedrali quotidie factas recenseret, ac de illis pro libito dispone-
„ ret, quod placito publico firmatum Episcopus, et Canonici im-
„ probarunt; reque per eosdem ad Innocentium IV. delata, sum-
„ mus Pontifex infrascriptis litteris ex urbe Perusio septimo Kalen-
„ das Martii anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo ad
„ Foroliviensem episcopum consultationem praedictam a civibus fa-
„ ctam aboleri precepit. „

„ Innocentius Episcopus servus servorum Dei Venerabili Fratri....
„ episcopo Foroliviensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua
„ nobis prepositus, et Capitulum Ecclesie Imolen. conquestione mon-
„ strarunt, quod ... potestas et Commune Imolen. quendam Laicum
„ ad recipiendas oblationes, que in altari ejusdem Ecclesie a Christi-
„ fidelibus offeruntur, et ad eas dividendum pretextu cujusdam sta-
„ tuti ab eisdem potestate ac Communi super hoc contra Ecclesia-
„ sticam libertatem editi diputare pro sue voluntatis arbitrio pre-
„ sumpserunt in dictorum prepositi et capituli prejudicium, et gra-
„ vamen: ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus,
„ quatinus, si est ita, predictos potestatem et Commune, quod ab
„ hujusmodi praesumptione omnino desistant, monitione premissa
„ per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione
„ compellas. Proviso ne in universitatem Imolen. sententiam excom-
„ municationis vel interdicti proferas, nisi mandatum super hoc a
„ nobis receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si
„ se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appella-
„ tione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Pe-
„ rusii septimo Kal. Martii Pontificatus nostri anno nono. „

Nec praetereunda sunt, quae pauca novimus interea a Thoma
patrata. Anno igitur MCCLIII. quod Rubeus narrat (b) „ Philip-
„ pus Ravennas Archiepiscopus conventum Episcoporum aliquot sibi
„ subjectorum Ravennae habuit, cum ad supplicationem die festo
„ D. Vitalis indictam convenissent; ex cujus actis haec adduxi-
„ mus ad horum temporum mores cognoscendos facientia. In Chri-
„ sti nomine: Anno a Nativitate ejusdem MCCLIII. tempore Inno-

(a) p. 192.
(b) Lib. VI. p. 428.

„ centii Papae IV. die Lunae tertia exeunte mense Aprili XI. In-
„ dict. Ravennae in choro Ecclesiae Archiepiscopatus, praesentibus
„ testibus ad hoc specialiter adhibitis, et rogatis, Dominis presby-
„ tero Bono, presbytero Bernardo, Jacobo de Petrella, et Petro de Castel-
„ vitro, Cardinalibus Ecclesiae Ravennatis, et DD. Alberirico Praeposi-
„ to, presbytero Arnulpho, presbytero Ambrosio, Floro, Joaune de
„ Morisano, Aimerico, et Giep. Cantoribus S. Ecclesiae Ravennae,
„ et me Benvenuto Casarelli notario infrascripto. Nos frater Jaco-
„ bus Episcopus Bononiensis, Fr. Gualterius Episcopus Faventinus,
„ Thomas Episcopus Imolensis, Bone Episcopus Comaclensis, Alber-
„ tus Episcopus Mutinensis, Richelmus Episcopus Liviensis, et Jo-
„ hannes electus Foropompiliensis, in presentia Venerabilis Patris D.
„ Philippi Dei gratia S. Ecclesiae Ravenn. electi, in die beati Vi-
„ talis Martyris, in Archiepiscopali Ecclesia congregati volentes com-
„ muni concordia, et voluntate tam indemnitati Ecclesiarum Pro-
„ vinciae Archiepiscopatus Ravennae salubriter consulere, quam re-
„ primere malitias, et praesumptiones damnabiles perversorum ho-
„ minum invadentium sive occupantium temeritate propria possessio-
„ nes, homines, et jura Ecclesiae, et Archiepiscopatus, seu Archie-
„ piscopi Raven., et Episcopatuum, et Episcoporum, et aliarum Ec-
„ clesiarum ac Monasteriorum, Venerabiliumque locorum omni-
„ um Provinciae suprascriptae; cum dignum sit, ut quos Divinus
„ timor a malo non revocat, saltem coerceat severitas disciplinae,
„ ut ipsorum malitia refraenata Ecclesiae gaudeant debita libertate,
„ volumus, et voluntate propria consentimus, quod dictus Dominus
„ electus Ravennas contra raptores, et invasores, ac illicitos noto-
„ rios detentores bonorum, et jurium Archiepiscopatus praedicti, ac
„ Episcopatuum, et Episcoporum, et aliarum Ecclesiarum, ac Mo-
„ nasteriorum, venerabiliumque locorum omnium Provinciae nominatae,
„ qui sunt in nostris civitatibus, et Dioecesibus constituti, censu-
„ ram Ecclesiasticam possit, et debeat exercere; sententiam quam
„ dictus Dominus electus Ravennas contra praedictos duxerit profe-
„ rendam, ratam, et firmam habendo ad mandatum dicti Domini
„ electi Ravennatis, denunciare, ac exequi promittentes, et ad hoc
„ ut nos possit compellere, dantes ei plenam, et liberam potestatem.
„ Quibus omnibus ego praenominatus Benvenutus Cafarelli S. Ra-
„ vennatis Ecclesiae Notarius interfui, et ut supra legitur jussu
„ praedictorum Dominorum Episcoporum, atque Foropompiliensis e-
„ lecti, et mandato praefati Domini Electi Ravennatis subscripsi, et
„ publicavi.

Postero anno MCCLIV. a Thoma Lugiensem Franciscanorum Ecclesiam consecratam ex Bonolii Lugiensi historia discimus.

(c) „ Controversia deinde exorta inter Episcopum, et Capitulum Cathe-
„ dralis ex una parte, et universitatem Civium ex altera super ex-
„ actis utrinque quibusdam bonis, concordi sensu transactione inita,
„ anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto composita est,
„ concesso ab Episcopo universitati praedictae praedio, quod Tillium
„ nuncupabatur, cui cummunitas ipsa quaedam alia bona proprieta-
„ ria jure cessit. „

(6) Contigere haec anno MCCLVIII. Damianus quidam Rasis hujus dissidii arbiter a dissidentibus partibus constitutus fuit. At ille iniquissimam sane in Episcopum, et Canonicos sententiam tulit, cujus exemplum in archivo Illustrissimi, atque humanissimi Comitis Julii de Saxatellis quum invenerim, heic eo permittente libens adscribo.

„ In Dei nomine amen. Ego Damianus Rasis arbitrator, et ami-
„ cabilis compositor inter Dominum Thomaxium Venerabilem Patrem
„ Dei gratia Episcopum Ymolen. nomine suo, et Episcopatus prae-
„ dicti ex una parte, et Dominum Matheum Brigenzii sindicum a-
„ ctorem, et procuratorem Communis Ymolae, et omnium de dicta
„ Civitate Imole, et districtus ex alia super litibus causis, et
„ controversiis vertentibus, et que verti poterunt inter dictum
„ Domioum Episcopum nomine suo, et Episcopatus predicti, et
„ Commune Imole vel aliquem de civitate, et districtu Imole oc-
„ casione Communis nomine, et occasiooe canalis communis Imo-
„ le, et aque dicti canalis seu navigii, et nomine, et occasione
„ alicujus juris usus, et consuetudinis quod dictus Dominus Episco-
„ pus diceret se vel Episcopatum aliquo tempore habuisse vel ha-
„ bere quocumque modo vel causa in dicto canali vel aqua dicti
„ canalis tam in proprietate, quam in possessione, et specialiter ea
„ occasione quod aliter dicti canalis aliquaodo fluxerit ad terram
„ que dicitur capu, *sic* Silicis vel ad alium quemcumque locum vel
„ sponte vel ducta, auctoritate imperialis nuntii vel qualiter cum-
„ que, et nomine, et occasione portus Capitis Silicis, et usus
„ dicti portus, et aliorum omnium, que continentur in instrumento
„ facto communi Imole seu alii vel aliis pro comuni Jmole per do-
„ minum Morandum quondam Episcopum Imolen scripto per Alber-
„ tum Notarium, et occasione omnium que una pars contra alteram
„ super predictis vel occasione predictorum quocumque modo vel cau-
„ sa jure consuetudine vel usancia dicere vel movere posset, pro bo-
„ no pacis, et concordie, Christi nomine invocato, dico, precipio,

(a) *Manz. p.* 194.

„ arbitro, defi nio, compono, termino inter partes. Quod dictus Do-
„ minus Episcopus presente, et consentiente Capitulo suo Sancti Cas-
„ siani faciat finem, et defioitionem, et remissionem perpetuam et
„ pactam de non ulterius petendo nomine transacionis, et de non
„ ulterius molestando seu iubrigando commune Imole de canali com-
„ munis Imole vel de aqua dicti canalis seu occasione dicti canalis,
„ et aque, et de omni jure usu, et consuetudine, et usantia quod
„ dictus Dominus Episcopus diceret se vel Episcopatum Ymolen. ali-
„ quo tempore habuisse vel habere quocumque modo vel causa in dicto ca-
„ nali vel aqua dicti canalis, et tam in proprietate quam in possessione,
„ et specialiter occasione quod aqua dicti canalis aliquando fluxerit ad
„ terram que dicitur capud silicis vel ad alium quemcumque locum vel
„ sponte vel ducta autoritate Nuncii Imperialis vel qualitercumque.
„ Item dico precipio arbitro definio compono termino inter partes
„ predictas quod dictus Dominus Episcopus presente dicto suo Ca-
„ pitulo Beati Cassiani firmiter renovet, et faciat dicto Sindico a-
„ ctori, et procuratori nomine Communis Imole, et cujuslibet de
„ civitate, et districtu Imole pacta et promissiones et convencio-
„ nes olim facta super portu, et usu portus Capitis Silicis, et o-
„ mnia que contioentur in instrumento facto Communi Imole, seu a-
„ lii pro Communi per Dominum Morandum quondam Episcopum
„ Imolensem scripto per Albertum Notarium, et quod pacto conce-
„ dat, et largiatur transactionis nomine usum transitum et aditum
„ portus capitis silicis predicto Sindico actori, et procuratori nomi-
„ ne Communis Imole, et cujuslibet de civitate, et districtu Imole
„ liberum, et expeditum sine imbrigatione aliqua, et sine tholo-
„ neo pasagio seu maltolero aliquo pro aliquibus rebus que vel quas
„ per aliquos de civitate vel districtu Imole possint accipere et ac-
„ cipi facere, dictus Dominus Episcopus a persona portante vel por-
„ tari faciente quatuor dinaria monete parve Venetorum et non
„ plus exceptis navibus personis, et rebus legacionis vel peregrinacio-
„ nis vel piscandi causa de quibus pro quibus oichil accipere, debeat
„ vel possit ab aliquo de civitate vel districtu Imole per se vel alium
„ et non subtrahere vel subtrahi facere vel aliquod imbrigamentum
„ seu impedimentum prestare vel objicere quominus quilibet de ci-
„ vitate vel districtu Imole usum transitum et aditum dicti portus
„ liberum et expeditum sine imbrigatione aliqua habeat, ut di-
„ ctum est. Item quod dictus Dominus Episcopus dicto suo Capitu-
„ lo Sancti Cassiani consenciente faciat finem et definitionem et
„ remissionem et absolucionem et liberacionem perpetuam transa-
„ cionis nomine dicto Sindico Actori, et Procuratori Communis Imole
„ et cujuslibet de civitate et dictrictu Imole de omni toloneo et

„ omnibus publicis actibus functionibus, et facinoribus que ali-
„ quo modo vel causa usancia vel consuetudine diceretur vel di-
„ ci posset dictus episcopatus vel Episcopus habuisse vel habere
„ in civitate vel districtu Imole et predictis omnibus, et singu-
„ lis dico precipio arbitor *sic* difinio compono termino inter pre-
„ dictas partes sic debere observare fieri et adimpleri a partibus
„ predictis sub pena mille marcarum argenti boni, et puri in com-
„ promisso deposita, qua comissa soluta vel non dicta omnia, et sin-
„ gula perpetuo in sua maneant firmitate. Pronunciatum fuit hoc
„ laudum a dicto arbitratore utraque parte presente ad laudum au-
„ diendum in palacio Episcopatus sub anno a nativitate Domini
„ millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo indictione prima die
„ quinto decimo mensis Novembris tempore Domini Alexandri Pape
„ quarti Imperatore non existente in presencia testium infrascripto-
„ rum. Dominus Albertus Domini Cazanemici Potestas Imole, Dominus
„ Neri Picolis, Dominus Ubertus de Florentia capitaneus populi
„ Imole, et Dominus Johannes Rivizandi assessor dicte Potestatis, Do-
„ minus Tholomeus de Florentia judex dicti Capitanei, Dominus Ri-
„ dulfus de Manzanis Notarius dicte Potestatis, Dominus Bonazun-
„ ta Prodenzoli, Dominus Antonius Jacobi Patareni Judex, Villius
„ Catzmodinus Manasse, Ugo Rex etc. Testes rogati fuerunt. „

A Damiani sententia Thomas cum Canonicis ad Apostolicam sedem provocarunt. Interea quum Faventinae Ecclesiae Praepositus, et Capitulum Hugonem Cope, quem Prior S. Salvatoris Saxenatensis Innocentio IV. probante Faventinum Canonicum dixerat, suos inter Canonicos referre detrectarent, id negotii Alexander IV., quemadmodum Cl. Mittarelli monumenta Faventina nos docent, id negocii ad se Canonicorum appellatione delatum Thomae expediendum commisit IV. Nonas Aprilis MCCLIX. Imolensis porro caussae cognitionem Abbati Nonantulano idem Pontifex delegavit his litteris.

„ Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio ab-
„ bati Monasterii de Nonantula Mutinensis Dioecesis salutem, et
„ Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod
„ potestas, Capitaneus, Antiani, sive consules, et Comune Civi-
„ tatis Imolen. extendentes avide ad bona Imolensis Ecclesiae ma-
„ nus suas, eam cujusdam pedagii, et thelonii proventibus, ac quo-
„ dam jure olim ab Imperatoribus Romanis in ripa, et portu Ca-
„ put Silicis, et rivi cujusdam aquae decurrentis ad eundem por-
„ tum, a loco, qui dicitur Bissinaria, Ecclesiae praedictae conces-
„ so pro suae voluntatis arbitrio spoliaverunt, et iniquitatem ini-
„ quitati nequiter apponendo, palatium, et domos Episcopales per
„ violentiam invadentes, praesumpserunt privilegia, et instrumenta,

„ et alia secreta ejusdem Ecclesiae in grave ipsius periculum per-
„ cunctari, ac vinum, bladum, et res alias capere inventa ibi-
„ dem, sicque venerabilis Frater noster Episcopus, et Capitulum
„ ejusdem Ecclesiae, ut privilegia, et instrumenta hujusmodi, et
„ res alias sic ablatas recuperare valerent de manibus eorundem,
„ super omnibus litibus, causis, et controversiis, quae verti pote-
„ rant, inter eandem Ecclesiam, et Comune praedictum, seu ali-
„ quem de civitate ipsa, vel districtu ejusdem, super pedagio, te-
„ lonio, et jure praedictis, et aliis jurisdictionibus, quas idem Epi-
„ scopus in ipsa obtinet civitate, in Damianum Rasi Laicum Civem
„ Imolen. sub poena mille marcarum argenti, tanquam in arbitrum,
„ et amicabilem compositorem, propter metum amissionis privilegio-
„ rum, et instrumentorum hujusmodi, quibus jura Ecclesiae sub-
„ sistebant, et aliorum bonorum compromittere sunt coacti, qui per-
„ peram in hujusmodi procedens negocio contra memoratam Eccle-
„ siam iniquum super iis arbitrum promulgavit: praeterea dictus
„ Episcopus majore parte suae substantiae jam privatus ipsi Commu-
„ ni omnia mobilia, et immobilia ejusdem Ecclesiae de consensu i-
„ psius Capituli, si non servaret hujusmodi arbitrium, obligavit con-
„ stituens se bona eadem a predicto Comuni precario possidere. Cum
„ igitur ex iis predicta Ecclesia enormiter laesa, ipsique hoc fecis-
„ se justo timore constricti dicantur ne videlicet amitterent privi-
„ legia, instrumenta, et alia bona sua, in quibus magna pars substan-
„ tiae ipsius Ecclesiae consistebat, et quae vi, metusque causa fiunt, es-
„ rere debeant robore firmitatis, delictum personae non debeat in
„ damnum Ecclesiae redundare, discretioni tuae per apostolica scri-
„ pta mandamus, quatinus, si tibi constiterit legitime de praemissis,
„ arbitrium hujusmodi, et quidquid ob id secutum est, vel ex eo prae-
„ sertim, cum de his non potuerit in Laicum compromitti, et ipse
„ super illis nequiverit arbitrari, quia laicis disponendi de bonis
„ Ecclesiasticis nulla est attributa potestas, decernens authoritate
„ nostra nullius existere firmitatis, dictos Episcopum, et Capitulum
„ ad observationem ipsius, vel ad solutionem alicujus poenae adje-
„ ctae in hujusmodi compromisso denuncies aliquatenus non teneri,
„ reducendo eandem Ecclesiam in possessionem, vel quasi hujusmo-
„ di ablatorum, vel defendendo reductam, ac contradictores per
„ censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Prae-
„ fatos quoque potestatem, capitaneum, et antianos, vel consules
„ quod dictos Episcopum, et capitulum, aut ipsorum ecclesiam prae-
„ textu compromissi, et arbitrii hujusmodi super his aliquatenus
„ non molestent, nec offendant ipsos de cetero in personis, vel re-
„ bus suis, quodque de damnis, et injuriis irrogatis plenam sibi et

„ debitam satisfactionem impendant, monitione praemissa per excom-
„ municationis in personas, et si tanta fuerit ipsorum protervitas,
„ ut poena debeat merito augmentari, in terram eorum interdicti
„ sententias, appellatione remota compellas, non obstante aliqua se-
„ dis Apostolicae indulgentia, de qua oporteat in praesentibus ple-
„ nam, et expressam fieri mentionem, et per quam id impediri va-
„ leat vel differri. Dat. Anagniae decimo Kalendas junii Ponti-
„ ficatus nostri anno quinto. „

Hanc sane gravissimam controversiam alia interea excepit (d) cum universitate, et hominibus Sancti Johannis in Pentecaso (villa haec, quae Lombardorum dicitur, in plebatu Sancti Patricii, et in agro consilicis sita Imolensi Episcopo omnino suberat, tunc temporis in Imolae territorio intra fines Civitatis inclusa) renuens enim ea universitas dominium Imolensis Ecclesiae agnoscere, atque bonorum ut vocant, investituram ab Episcopo renovatam accipere recusans, hanc tandem, rebus compositis, petivit, quam consentiente capitulo, pluribusque adjectis conditionibus concessit Thomas anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, quo hujus Episcopatus Dominium magis confirmatum est. „ Eodem anno (nisi cum aliis
„ fortasse melius annum malis adscribere MCCLXI) quum Tartaro-
„ rum late intonaret nomen, Poloniaque, et Pannonia, ac finitimis
„ vastasis regionibus undique barbari excurrerent, Alexandro Pon-
„ tifice jubente Provinciale Concilium habitum est, decretaque ab
„ Episcopis, quos inter Thomas (e) ad rem Christianam tuendam
„ subsidia. Sequente anno Bononiam adiit, quo tempore Octavia-
„ nus Bononiensis Episcopus Philippo Episcopo Ravennatensi designa-
„ to de more fidem mense Majo solemni jurejurando obstrinxit. In
„ Tabulas Thomae quoque nomen inscribitur, ut Rubeus reddit (f).

„ Verum inter haec, inquit Manzonius (g), nova inter Tho-
„ mam, et Laicorum universitatem Imolae repullularunt dissidia; fa-
„ cultate siquidem concessa Thomae a Pontifice construendi molen-
„ dini super canalis aquas ad oppidum Consilicis decurrentes, ma-
„ jori Episcopalis Census incremento, iidem Laici, vi adhibita, ae-
„ dificium prohibuere, in quas (monitionibus incassum praemissis)
„ interdicta promulgavit. Thomas, quibus perculsi Pontificem ap-
„ pellarunt. „ Ipsum exhibeo interpositae appellationis monumen-
„ tum.

(d) Manz. p. 201. qui haec narrat ex epistola Ep. Scribonii ad Successores.
(e) T. II. suppl. Cl. Mansii ad Conc. Venelo Sabb. Coll. 1235.
(f) *Lib. VI. p.* 439.
(g) *p.* 202.

„ In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Dei. Amen.
„ Anno Nativitatis Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quin-
„ to Indictione octava intrante Martio. Coram vobis Venerabili Pa-
„ tre Domino Toma Episcopo Ymolen. dicunt, et proponunt Ugoli-
„ nus Domini Jacobi Arfangati, et Zaninus Amiguti Sindici, acto-
„ res, et procuratores Dominorum Prepositi de Fulcaibus Raynerii
„ de Lambertis Iud. et Ass. terre, et Civitatis Imole XII. an. pplli.
„ S. Domini Iohannis Bandin, Pauli Custae, Scatii Spurii, Massen-
„ sis Ugolini, Fuardutii Rustigelli Ubertini Mathei Amiguti Ugo-
„ lini Amiguti Bonaventure, Clarembaldi Zanutii, Betrami Tholo-
„ mei Carvassalli bonaventure Mezamici, Bonaventure Guidonis a
„ Sicu, et Domini Costesani, Domine Comitisse, et cujuslibet de
„ conscillio Civitatis, et Comunis Imole quod dicti Conscillii, et Co-
„ munis suo nomini, et predictorum omnium, quod vos Domine Tho-
„ ma Episcope Ymolen. ipsos Sindicos per se, et predictos, et dicto
„ Comuni, et ipsos, et ipsum Conscillium, et Comune indebite angu-
„ stiatis, et agravatis in eo, et ex eo quod talem amonitionem fa-
„ citis, et fecistis predictis, et dicto Comuni videlicet Dominos Pre-
„ positum citatum, et Raynerium assess., et Iudices Civitatis Imo-
„ lae, et dicte Civitatis anzianos populi, et universos, et singulos
„ de conscilliis cum specialibus quum generalibus populi, et Comu-
„ nis, et Comune ejusdem Civitatis monendo, cogendo, et ortando
„ attente, et districte precipiendo predictis, et dicto Comuni, et
„ mandantes quatenus usque ad quindecim dies quos predictis, et
„ dicto comuni pro duobus edictis, et tertio peremptorio termino as-
„ signatis compromissum factum in Damianum Rasi Civem Ymolen-
„ sem per vos Donum Thomasium Episcopum predictum ex una par-
„ te, et dictum Comune Imole ex altera super litigio acque seu ca-
„ nalis visinarie labentis eo. ad terram Capitis Silicis, et de ceteris
„ litibus, et questionibus aliis, que predicta de causa verti pote-
„ rant, et alia qualibet vertebantur inter dictum Comune, et vos
„ Donum Episcopum, et Episcopatum Ymole, et arbitramentum pro
„ ut dicitur ex eo compromisso secutum, et ipsius emonlogationem
„ secutam ut non justum, omnia exinde confecta cassare prorsus per
„ solemnem Sindicum, et heo specialiter, et legitimo constitutum
„ procuratorem predicte, et demere totaliter, et irrita, et cassa,
„ et irrita ostendere omnino ita, quod nullius imposterum sit momen-
„ ti, dicendo vos Domine Episcope predicta omnia extorta fuisse
„ per nequarium violentie modum, et ob id ipso jure, ac et ipso
„ facto, et ex tenore ipsorum, eo. nulla, et ab nemine obser-
„ vanda predicta duxistis, quod si supradicti, et supradictum co-
„ mune predicta adimplere non curaverint contemnendo humana

„ precepta vestra, et monita accederitis ad primas excommunicatio-
„ nes contra prědictos, et dictum Comune Imole predicendo mani-
„ feste predictis, et dicto Comuni, et pronunciando aperte, et quod
„ Civitatis Ymole cum suburbiis suponeritis juditio generali, et Ec-
„ clesiastico, nihil minus procedendo contra Civitatem, et contra
„ predictos alios durius, et asperius, prout privatorum, et dicti Co-
„ munis excogitaveritis, et videritis expedire, et multa alia etiam
„ in dicta admonitione precepto seu termino continentur, script. per
„ Johannem quondam Jacobi de Pidiano ut dignoscitur vel per alium
„ quemcumque notarium, seu per quamcumque aliam Personam.
„ Cum autem super his Judex esse non potestis, nec debetis, quia
„ jam essetis Judex, et Actor in Causa vestra, quod de jure non li-
„ cet, predicti Sindici petunt eorum nomine, et nomine predicto,
„ et predicti Comunis, ut monictiones predictas, et precepta, et
„ terminum, et omnia alia, que in dicta monitione precepto seu
„ termino continentur, et que fecistis, et quelibet alia singula fe-
„ cistis contra predictos, et dictos, et dictum Comune, ea omnia
„ in totum revocetis, cum predicta feceritis indebite in grave dap-
„ num, et prejudicium predictorum, et dicti Comunis. Et si pre-
„ dicta non revocatis, et revocare cessatis humiliter requisitus,
„ sentientes se et predictos, et dictum Comune indebite agravatos
„ nomine, et vice predictorum, et dicti Comunis, a predictis om-
„ nibus, et quolibet predictorum, et ab omni alio gravamine illato,
„ et inferendo in scriptis ad sedem Apostolicam appellant, et istant
„ appellatos petit, et iterum petunt, Salvis omnibus aliis juribus, et
„ defensionibus predictorum, et dicti Comunis, suponentes se, et
„ predictos, et dictum Comune, et eorum jura sub protectione Do-
„ mini Pape.

„ Acta fuerunt predicta Imole in domo Domini Episcopi super
„ balchonem coram Domino Antonio Patarini, Domino Fancino Jud. D.
„ Nicola Jud. et Maxio benvenuto medico testibus ad predicta.
„ Ego Joannes Gighi Alliotti Imperiali auctoritate not. his omnibus
„ presens interfui publicavi, legi requisit. et subscripsi etc.

L. ✠ S.

„ Animadvertens autem Thomas civium simultantes ob id in sui i-
„ psius odium recrudescere, ut quantum fieri posset, nova incommoda
„ a se averteret, id iniit consilii, ut opem scilicet suorum Conci-
„ vium Bononiensium expeteret, ut si forte iteratis circumventus fo-
„ ret violenter insidiis, eos suae dignitatis fautores haberet, nec ir-
„ ritum fuit consilium; publico namque Bononiensium antianorum
„ decreto firmatum fuit, ut Thomas quacunque ratione defenderetur,
„ et quidem res accidit opportune: hoc etenim tempore, vacante in

„ cathedralis cujusdam Canonici praebenda, acerbiornm dissensionum fomes exarsit, nam vulgatum est Marcum Contarenum secularem jurisdictionem titulo vicariatus in Civitate exercentem, et praetorem, ceterosque Magistratum gerentes plus aequo cuidam Petro faventes, ut enm in vacantis praebeudae possessionem intruderent, quem a Legato Apostolico ad eandem praebendam promotum dicebant, sacrarum aedium claustra, armatorum agmine facto, violenter ingressos, fractis januis, in Capituli conclavia irrupisse, hisque direptis, in clericos quoque manus per summam impudentiam injecisse, quibus excitatus Thomas canonicis ipsis tantum ausum execrantibus, vicarium laicum, practorem, antianos, ceterosque criminis reos a fidelium communione semovit, civitatemque ipsam, ac suburbia Ecclesiastico interdicto supposuit „. Thomae sententiam ex membrana apud nobilissimum Comitem, quem antea appellavi, Julium de Saxatellis, heic adscribo.

Thomas Miseratione Divina Episcopus Imolensis Viro prudenti Domino Marcho Contarino Civi Venetiarum Vicepotestatis Imolen. Anzianis, Consciliis, seu Consciliariis, et Comuni Civitatis ejusdem Spiritum conscilii sanioris. Quantas contumeliosas injurias, ac dampnosas intulistis Ecclesie Imolen. quia longum esset calamo declarare, idcirco rejecta multitudine quasdam nostro tempore illas Ecclesie memorate duximus sub compendio exprimendas. Nempe cum disponente Domino vocati fuimus ad Pontificium dicte Ecclesie Imolen. quae ad tantam pauperiem jam devenerat, quod suus Pontifex panem, et vinum, et alia necessaria cogebatur cum lacrimis a suo comuni, et suis civibus, et etiam ab aliis sicut est publicum mendicare, et non sine gravi culpa et offensa etiam manifesta comunis et civium Civitatis Imole qui possessiones dicti Episcopatus in quantitate, quam centum paria boum non possent colere annuatim, licet feudum esset imperiale, et pro dicto feudo Imolensis Episcopus fidelitatem teneatur prestare Imperatorie Majestati, tamen indebite occupastis, et eos nullo redditu Imolensi Ecclesie exibito adhuc detinetis in dampnum prefate Ecclesie occupatas; set considerantes quod obrobrium erat Episcopo mendicitatem ita turpissimam sustinere intra nos cogitare cepimus quomodo ab Episcopatu et Ecclesia Imolen. mendicitatem tam obrobriosam repellere valeremus. Invenimus quidem quod Molendinum in rivo cujusdam aque qui per terram Imolen. Ecclesie propriam que Taularia nuncupatur que eidem Ecclesie cum temporali jurisdictione, et jure ducendi aquam fuerat ab Imperiali Majestate concessa facere poteramus, et sic dictum cepimus construere molendinum, et quibusdam hedificiis ad dictum molendinum pertinentibus jam peractis, vos nolentes super jure dicti molen-

lendini cognoscere quid de jure fieri oporteret, dictum opus molendini per manifestam violentiam taliter impedistis quod expensas jam factas, et utilitatem dicti molendini perdidit Imolensis Ecclesia memorata. Quare vos presentibus admonemus quod de dampnis, et injuriis occasione dicti Molendini illatis Ecclesie antedicte satisfacere debeatis, prestita cautione quod de cetero non impediatis dictam Ecclesiam Imolen. violentiam exercendo quominus ibidem possit construere Molendinum.

Item cum predicta Imolensis Ecclesia in curia Castri Capitis Silicis quod Castrum cum tota sua Curia, quoad proprietatem, et quoad temporalem omnimodam jurisdictionem in feudum et Imperatoria Majestate dicte Imolen. Ecclesie est concessum haberet possessiones, et nemora, et terras, que coli non poterant sine magno honere expensarum, postquam per colonos dicte Ecclesie pro majori parte ad culturam essent jam redacte ad mendicitatem dicte Ecclesie expellendam, vos non attendentes quod ipsam Ecclesiam tenebamini a pravorum insultibus defensare publice statuistis, quod commune Imole cum militibus, et peditibus, et aliis sue jurisdictioni subjectis cum vexillis, et manu armata violenter dictas possessiones terras deberet, et nemora occupare. Quare nos hoc scito vobis duximus humiliter supplicandum quod de predictis possessionibus, terris, et nemoribus antequam predictum insultum faceretis, de plano quid juris esset cognoscere deberetis, et non tam turpiter dictis possessionibus dictam Imolen. Ecclesiam spoliare. Vos autem de vestra feritate confisi publice ad sonum Campanarum civitatis Imolen. non solum semel set etiam bis, et tertio cum vexillis, et aliis insigniis vestris ad villas et terras positas in curia Capitis Silicis cum militibus, et peditibus manu armata viriliter, et potenter properastis eas molientes ignis incendio concremare, et possessiones agros, et nemora Ecclesiae Imolen. ibidem posita violenter, et ausu temerario in quantitate maxima occupastis, et adhuc tenetis per violentiam occupatas. Quare has presentibus admonemus quatenus dictas possessiones Immolensis Ecclesie sic turpiter spoliate relinquere, et restituere debeatis, de dampnis, et iniuriis satisfacientes eidem, et quod caveatis, quod predicte Ecclesie Imolen. violentiam similem de cetero minime facietis. Item cum quidam rivus a loco, qui dictus Visinaria ab Imperiali Nuntio ad portum fuisset Capitis Silicis derivatus, qui portus ad Episcopatum, et Imolen. Ecclesiam pertinet pleno jure in cujus usu tam nos quam predecessores nostri longo tempore fueramus, contra preceptum legati Sedis Apostolice qui tunc in provintia presidebat in grave dampnum dicte Imolen. Ecclesie per violentiam dicto usu aque Imolen. Ecclesiam spoliantes, pro vestre voluntatis arbitrio ad

locum alium derivastis ita quod dicti rivi usu Imolen. Ecclesia non sine gravi dampno caruit usque modo. Qnare vos presentibus admonemus quatenus dicte Imolen. Ecclesie dictum rivum, quo per violentiam spoliastis eamdem, restituere debeatis, et omnia impedimenta per vos facta auferatis impedientia, ne dictus rivus ad dictum portum fluat sicut fluere consuevit, et caveatis quod dictam Imolen. Ecclesiam per violentiam non spoliabitis de cetero dicto rivo.

Item cum Castrum Capitis Silicis, et portus ipsius Castri a Romano Imperatore quoad temporalem jurisdictionem. Imolen. Ecclesie sint concessa, et nos qui temporalem jurisdictionem sicut, et predecessores nostri in dicto Castro, et portu exercemus statuerimus, quod dictus portus deberet a quibusdam custodibus custodiri ita quod naves ad dictum Castrum Capitis Silicis non deberent nisi per viam aqne solitam applicare, et quidam, qui aliquot corbes calcis modici valoris in quadam navicula ad turrim Comunis Imole dealbandam deferebant contra statutum, et mandatum nostrum viam insolitam tenuerunt, custodes vero qui naves talium superborum juraverunt detinere navem predictam detinuerunt sine diminutione rerum sive ipsius calcis, et lesione aliquarum personarum, vos vero attendentes, quod illud quod dicti custodes fecerant in vestram non fecerant lesionem, set ut que juraverant observarent in vestro conscilio statuistis, ut ipsam culpam retorqueretis in nobis, et quod duo de potentioribus Civitatis Imole non modica societate stipati deberent venire ad episcopale palatium depredandum, et sic Nordiglius de Nordiglio, et Ugutionus de Bignellis qui potentiores erant in Civitate Imole a vobis transmissi sunt ut predam facerent memoratam, et sic ab ipsis, et eis qui secum erant de stabulo episcopatus, et Ecclesie Imolen. quidam destrasius, qui bene valebat tunc temporis centum libras per violentiam publice de ipso stabulo est extractus, et massario Communis Imole traditus ad servandum. Et cum hoc fuerit, et sit pernitiosi exempli, vos presentibus admonemus quatenus de illata iniuria atque dampno Imolen. Ecclesie satisfacere debeatis, caventes quod de cetero similem iniuriam, et violentiam ipsi Imolen. Ecclesie nullatenus facietis. Item cum jus in dicto portu Capitis Silicis nullatenus haberetis volentes jus in dicto portu habere, scilicet ut navigium paratum pro Comuni, et quolibet homine de comuni ad suas utilitates, et necessitates faciendas per dictum portum ut Imolen. Ecclesie pro nobis tenetur habere, cum hoc de jure non possetis per vestram feralem potentiam jus indebite usurpastis, modus autem usurpationis hic fuit, quod cum absentes essemus, vos de vestra ferali potentia confidentes, ut nos, ac successores nostros obsequiosos, et quasi servos haberetis ad vestre be-

„ neplacitum voluntatis, episcopale palatium, et sedem episcopa-
„ lem per violentiam publicam ausu nefandissimo rapuistis, et no-
„ stram ejecistis turpiter familiam de eodem, per vocem preconis
„ facientes publice preconizari per Civitatem Imole, quod nullus sub
„ certo dampno auderet de nobis aliquod bonum loqui, nec aliquem
„ de nostra familia hospitari; Insuper Camerarum hostia Schrinea
„ et Archibanca per violentiam confregistis privilegia tam papalia
„ quam imperialia, et omnia alia instrumenta Ecclesie Imolen. in
„ quibus omne jus Imolen. Ecclesie consistebat et episcopalia hor-
„ namenta et blandum vinum, et omnia alia que in ipsis domibus
„ servabantur crudeliter rapiendo, custodibus positis in episcopali
„ palatio, ne nos vel aliquis de nostra familia ad dictum palatium
„ ingressum habere posset aliqua ratione. Nos vero ut sedem no-
„ stram rehabere possemus, et res etiam superius nominatas, quas
„ Imolen. Ecclesie tam turpiter rapuistis, Vos nostris litteris duxi-
„ mus admonendos, ut remotis custodibus sedem episcopalem nobis
„ liberam reddere deberetis, et memorate Ecclesie bona restituere
„ antedicta, quod facere aliquatenus non curastis, immo malitiam
„ malitie adiungentes firmiter statuistis, quod sedem episcopalem nec
„ bona alia superius nominata nobis, et Imolen. Ecclesie nullatenus
„ redderetis nisi de omnibus questionibus, et rebus, unde questio
„ haberetur seu haberi posset, ad voluntatem vestram consentiente
„ nostro Capitulo compromissum ut per hoc jus in portu predicto
„ per usurpationem possetis habere, et alia instrumenta publica fa-
„ ceremus, cujus rei causa a nobis, et nostro Capitulo cum sedem
„ episcopalem non possemus aliter rehabere neo etiam bona alia Imo-
„ len. Ecclesie que per violentiam erant occupata a vobis, et pro-
„ pter violentiam, et insultum, quem publice in personam nostram
„ fecistis, in magnum damnum, et prejudicium Imolen. Ecclesie ex-
„ torsistis sicut omnibus, qui de vestra civitate esse noscitur mani-
„ festum, in quibus instrumentis inter cetera conscribi fecistis pro
„ vestro arbitrio voluntatis, quod tam episcopatum quam omnia bona
„ ipsius Episcopatus, et Ecclesie Imolen. tam nos quam successores
„ nostri pro communi Imole, et quolibet de communi deberemus ju-
„ re pignoris precario possidere ita quod sine interpellatione alicu-
„ jus judicis possetis bona omnia Episcopatus Imole vestris usibus ap-
„ plicare; quod quantum iniquitatis habet, sapiens non ignorat.
„ Quare ne propter predicta perpetuo in precipitium decidatis, vos
„ presentibus admonemus quatenus de predictis dampnis; et iniuri-
„ is tam enormibus per tam turpem violentiam irrogatis Imolen. Ec-
„ clesie satisfacere non tardetis, specialiter instrumenta tam iniu-

„ sta, et tam nociva per tam nequam violentiam extorta per manum
„ Sperindei conscriptam penitus destruendo, ita quod nullius in po-
„ sterum sint momenti; nihilominus prestantes optimam cautionem
„ quod de cetero similia non attemptabitis facere violenter ut per
„ hoc Episcopus in sua sede iurisdictionem suam sine metu possit li-
„ bere exercere, et in episcopali palatio instrumenta, et alia sua
„ bona mobilia habere et tenere et conservare ita quod a communi
„ Imole expoliari non timeat violenter.

„ Item vos presentibus admonemus quod de fructibus molendi-
„ norum vestrorum, et etiam agrorum quos habetis in plebatu Ca-
„ thedralis Ecclesie, et in plebatu plebis Sancti Laurentii Imolen. et
„ in plebatu S. Patritii Imolen. Diocesis decimas eis de jure commu-
„ ni debitas debeatis annis singulis exhibere, et a decem annis citra
„ satisfacere de retentis.

„ Item vos presentibus admonemus quod omnia statuta edita in
„ dampnum, et prejudicium Ecclesiarum civitatis, et diocesis Imo-
„ lensis in contemptum ecclesiastice libertatis destruere totaliter de-
„ beatis, et cavere quod eadem vel similia de cetero nullatenus sta-
„ tuetis. Nos siquidem animadvertentes quanti sint periculi omnes
„ offense, et singule supradicte quia nos quantum in nobis est a ca-
„ su tam perniciosо cupimus revocare, et Imolensem Ecclesiam re-
„ vocare a jacturis cum sic debita servitute, vos ad faciendum o-
„ mnia et singula suprascripta iterato ex superhabundanti monemus
„ et hortamur attente, vobis auctoritate qua fungimur precipiendo
„ mandantes quatenus Imolensi Ecclesie ac aliis Ecclesiis predictis
„ de omnibus et singulis suprascriptis secundum monitiones vobis fa-
„ ctas a nobis satisfacere debeatis, ad que omnia, et singula facien-
„ da vobis pro primo secundo et tertio quindecim dierum terminum
„ perhemptorium assignamus: si vero monitiones et precepta predi-
„ cta more solito duxeritis in contemptum, vos Vicepotestatem, An-
„ zianos, et singulos de Conciliis Civitatis Imole, et quoslibet a-
„ lios contradictores et rebelles ex nunc prout ex tunc in hiis scri-
„ ptis excommunicationis vinculo innodamus tenentes pro firmo quod
„ si dictam excommunicationem duxeritis contempnendam, sicut u-
„ sque modo plures alias, quibus legati estis, in contemptum duci-
„ tis, et duxistis, Civitatem cum Suburbiis, et personas singulas
„ Civitatis, et Suburbiorum supponemus generali, et ecclesiastico
„ interdicto, et vobis, et vestris successoribus quamdiu in ista ex-
„ communicatione permanseritis vos vel ipsi denegabimus, sive inter-
„ dicemus ecclesiasticas sepulturas, sicut ordo postulat rationis . . .
„ Datum Imole in Palatio episcopatus die mercurii decimo intrante

„ Februario sub anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto Indictione nona.

Ab hac Thomae sententia, quam iniuria sibi illatam rebantur, iterum cives ad Romanum Pontificem provocarunt; Clemens vero IV. Faventinae Ecclesiae Episcopum, ac Praepositum, Ministrum quoque Fratrum minorum caussae judices esse voluit Apostolicis a. M. CCLXVI. litteris Viterbii datis. Nec tot sibi, et Capitulo illatis injuriis deterreri potuit Thomas, quominus Episcopatus jura constantissime defenderit: itaque eodem anno cives eosdem ad solutionem decimarum, quas Episcopatui, et Ecclesiae denegabant, comminatis censuris, compellendos decrevit. Quamobrem cum apud Summum Pontificem de more ii conquesti essent, Clemens ipse Archiepiscopo Ravennae, Abbati Sanctae Justinae, et uni ex Canonicis urbis Patavii controversiam decidendam commisit (g); quo anno ad exitum properante, instantibus Monialibus Sanctae Mariae de Charitate, anteactis annis ordini Praedicatorum unitis, sententiam excommunicationis contra eos, qui eorum bona indebite occupassent, eodem Pontifice jubente promulgavit.

Sequenti autem ineunte anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, cum Thomas imperterrito animo universitatem praedictam civium monuisset, ut illata damna ob impeditum molendini aedificium resarciret, cives ipsi resipiscentiam praeseferentes concordiam cum Episcopo, et Capitulo inire statuerunt ita ut quaecumque inter ipsos lites vigerent penitus abrogarentur; a qua concordia ineunda pariter non alienos se ostenderunt ipsi cum Thoma Canonici. Dum haec parabatur eo anno quincta Junii ipso Sacrae Pentecostes die

(g) Clementis litterae ad hos perscriptae hujusmodi sunt. „ Clemens Episcopus Servus „ Servorum Dei Ven. Fratri .... Archiepiscopo Ravenatensi, et dilectis filiis Abbati S. Ju„ stinae, ac Andreae Causono Canonico paduanae salutem, et apostolicam benedictio„ nem. Sua nobis, Vicepotestas Consilium et Commune Ymolen. petitione monstrarunt, „ quod Ven. Frater noster Imolen. Episcopus falso asserens quod ipsi quasdam decimas „ in quibus tenebantur eidem sibi solvere indebite denegabant, ex abrupto sine causae „ cognitione auctoritate propria mandavit eidem, ut decimas hujusmodi quamquam nul„ lus sibi deberent infra quindecim dies ei solvere procurarent. Alioquin in ipsos excom„ municationis sententiam promulgabat, propter quod dicti Vicepotestas, Consilium, et „ Commune sentientes indebite se gravari ad nostram sententiam appellarunt. Quocirca „ discretioni vestre de utriusque partis Procuratorum assensu super apostolica scripta „ mandamus, qualibus vocatis, qui fuerunt evocandi, et auditis hinc inde propositis, „ quod justum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes, quod decreveritis au„ ctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odii „ vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam appellatione cessante compellatis „ veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, „ duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum . . . Viterbii E... Idus Decembris... „ Pontificatus Nostri anno secundo „.

L. ✠ S.

recognita Bononiae et translata S. Dominici ossa Thoma, aliisque testibus fuere (*h*). Bononia redux XXIII. ejusdem mensis die solemnis tandem tot super controversiis edita seotentia fuit, quam ex secretiore amplissimae Civitatis archivo mihi perhumaniter suppeditatam exhibeo.

„ In Christi Nomine Anno a Nativitate Domini millesimo du-
„ centesimo sexagesimo septimo indictione decima die vigesimo tertio
„ mensis Junii tempore Domini Clemeotis quarti pape, nullo in Im-
„ perio Romano existente Imperatore. Coram fratre Jacobino Guar-
„ diano loci fratrum minorum de ymola fratre . . . . de dicto lo-
„ co fratre Tomaxino, fratre aldobrandrino fratre nicolao de bono-
„ nia fratre martino de vicentia omnibus de dicto loco fratre zanne
„ cariolo, et fratre petro de nordiliis ordinis millitie beate marie
„ virginis textibus *sic* vocatis. et rogatis. Cum lis et controversia
„ fuisset jamdiu inter venerabilem patrem Dominum Tomaxium e-
„ piscopum ymolensem et episcopatum ymole et clericos civitatis et
„ districtus ymole ex una parte et commune civitatis ymole ex alia
„ occasionibus infrascriptis videlicet occasione acque canalis vixioa-
„ rii communis ymole quam dicebat fluere debere et solitam esse
„ fluere ad terram et portum capitis scilicis que terra et portus ad
„ dominum episcopum et episcopatum predictum pertinet pleno ju-
„ re, et sic dictum episcopatum indebite spoliatum fore per commu-
„ ne predictum dicta acqua et jure ducendi eamdem ad dictam ter-
„ ram et portum capitis scilicis et se ipsum episcopatum restictui
„ debere integre ad predicta scilicet ad dictam acquam et ad jus
„ ducendi eamdem et ad ductum ipsius ad terram et portum pre-
„ dictum. Item occasione compromissi facti per eumdem dominum
„ episcopum et episcopatum et capitulum ymolen. ex una parte et
„ dictum comune ymole et mateum brigueosy sindicum dicti comu-
„ nis nomine dicti comunis ex altera. In damianum raxi et laudi
„ et arbitramenti facti per eumdem damiaoum emologationis seu
„ transaotionis facte per dictos dominum episcopum et capitulum et
„ comune et sindicum predictum de laudo et arbitramento predicto
„ et instromentorum fact. de predictis que omnia scripta fuerunt
„ per sperandeum notarium ymole que dictus dominus episcopus pro
„ se et episcopatu predicto dicebat nequiter et per metum et vio-
„ lentiam exarata ab ipso in grave prejudictium ipsius et episcopa-
„ tus predicti et in se nullam causam legitimam continere. Et pro-
„ pterea multis aliis ractionibus effectu carentibus discebatur et cas-

(*h*) Confer Bollandianos *T.* 1. *Aug. p.* 533.

„ sanda et annullanda et tollenda esse in totum. Item occasione multorum statutorum et plurium reformactionum factorum et factarum per comune ymole in prejudictium ecclesiastice libertatis que dictus dominus episcopus dicebat debere tolli et cassari in totum, et deinceps nullo modo statui vel reformari deberet si quid in posterum appareret statutum vel reformatum esse quod illud non deberet servari cum hoc esset quod occasione dictorum statutorum et reformationum predictarum rectores, et officiales civitatis comunis ymole actenus cessassent nec non etiam cessarent dicto domino episcopo et aliis clericis civitatis ymole et districtus et personis ipsius justictiam facere et servare dicebatur per eumdem dominum episcopum. Super renuactionibus et pensionibus et aliis omnibus que deberentur eisdem et quarum persecutionem haberet item occasione multarum violentiarum et multorum excessuum que facta et illata sunt ut dicebant dictus dominus episcopus et clerici ab hinc retro per comune et homines civitatis ymole adversus dictum dominum episcopum et episcopatum et ecclesiam ymolensem et alios clericos et ecclesias civitatis ymole et districtus et personas eorum per intruxionem clericorum et alios multos modos de quibus injuriis satisfactionem et mendam a dicto comuni dominus episcopus sibi et clericis fieri postulabat. Et pro eo quod dictum comune et homines civitatis ymole non deffenderunt et non manutenerunt ab hino retro jura jurisdictionis et bona dicti episcopatus et ecclesie ymolensis ad forctiam et ractionem ad totum eorum posse contra omnem universitatem et singularem personam ut facere debuerunt et ea servare et adimplere . . . . . cessabant. ut dicebat dictus dominus episcopus ymol. quod plus erat ipsum dominum episcopum et nuntios et officiales ipsius impediebant jurisdictionem suam exercere in clericos sibi subditos et in terras et homines sibi et episcopatui subjectos specialiter in puzolo. taurano. bagnaria. sancto johanne in pattacaxo. sancto patritio et capite scillicis . . . . dicendo etiam dictum dominum episcopum indebite, et injuste gravasse ipsum comune et singulares personas civitatis ymole et districtus excommunicando consiliatores rectores et offictiales ipsius et dictam civitatem iuterdictis ecclesiasticis supponendo et faciendo eosdem per dominum archidiaconum bonon. excommunicationi supponi et denuntiationes admonictiones statuta et ordinamenta faciendo quamplura in ipsorum prejudictium et gravamen occasione predictarum questionum et aliis pluribus ex causis et eidem comuni et hominibus dicte terre questiones quamplures et controversias per se et alios inferendo. Item pluribus aliis ex cau-

„ sis super quibus cum longum extitisset litigium inter dictas par-
„ tes ipseque multimode fatigate fuissent maximis laboribus et expen-
„ sis et specialiter dominus episcopus et episcopatus predictus. Vo-
„ lentes ad veritatis et justitie semitas devenire et litigiorum evicta-
„ re dispendia et bonam fidem agnoscere in predictis. Pro paciffi-
„ co statu et salute animarum ipsorum et omnium dicte civitatis.
„ Ad talem compositionem transactionem et concordiam dicte partes
„ pervenerunt. videlicet dictus dominus episcopus, et dominus ugo-
„ linus canonicus ymolen. sindicus actor, et procurator dicti domini
„ episcopi et episcopatus et eccelesie ymolensis et aliarum ecclesia-
„ rum et clericorum civitatis ymole, et districtus nomine ipsorum
„ et cujuslibet eorum ex una parte. et Comune ymole et malgari-
„ tus quondam domini petri Judicis sindicus actor et procurator i-
„ psius comunis ymole ipsius nomine ex altera. scilicet quia dictum
„ comune ymole et dictus sindicus actor et procurator ipsius nomi-
„ ne ejusdem. Concessit dicto dono episcopo, et episcopatui ymole jus
„ ducendi ad terram, et portum capitis scillicis in perpetuum per-
„ fossatum vel fossadellum, quod protenditur usque ad terram capi-
„ tis scillicis et est de suptus bichotum comunis ymole. Terctiam
„ partem acque bono arbitrio, que flueret per canale vixinarium co-
„ munis ymole et quod in dicto loco ubi expedierit possit fieri et
„ esse opus seu clausura vel serallia in quod dicta tertia pars acque
„ possit habere liberum decursum ad dictam terram et portum ca-
„ pitis scillicis. Salvo quod propter dictam concessionem dominus
„ episcopus vel episcopatus ymole non possit nec debeat habere vel
„ pretendere jus aliquod in clusa comunis, vel in canali molendino-
„ rum, vel in ipsis molendinis factis, vel faciendis nisi sicut supe-
„ rius dictum est. Et salvo quod dicta concessio valeat et duret do-
„ mino episcopo et successoribus suis et ipsi episcopatui nisi dicta
„ terra capitis scillicis exiverit de pleno jure episcopatus ymole per
„ alienationem contractum vel concessionem domini episcopi vel suo-
„ rum successorum quo casu dicta concessio non valeat ipso jure
„ sed ad comune ymole revertatur et tunc dictum comune possit di-
„ dictam acquam auctoritate propria sine aliqua juris cognitione clau-
„ dere et clausam tenere ad suam voluntatem. Que etiam dictus
„ dominus ugolinus sindicus actor et procurator dicti domini epi-
„ scopi et episcopatus ymole ipsorum nomine promisit dicto malga-
„ rito sindico comunis nomine ipsius comunis stipulanti et recipien-
„ ti actendere et observare. Item quia dictum comune et dictus
„ malgaritus sindicus actor et procurator ipsius nomine ejusdem
„ comunis cassavit et irritavit in totum dictum compromissum fa-

„ ctum in dictum damianum raxi et laudum et arbitramentum
„ factum per eumdem et emologatum seu transactionem factam per
„ dictum dominum episcopum et capitulum ymolen. scripta per dictum
„ sperandeum notarium et omnia instrumenta de predictis confecta
„ per eumdem sperandeum sint cassa et irrita et pro cassis et irri-
„ tis perpetuo haheantur ita quod de cetero nullius sint momenti et
„ nullam habeant firmitatem. Salvo quod antiquum instrumentum
„ quod dicitur factum comuni ymole seu alii pro comuni per ven.
„ patrem dominum morandum quondam episcopum ymolensem scri-
„ ptum ut dicitur per albertum notarium et omnia que continentur
„ in dicto instrumento et omnia alia jura que haberet dictum co-
„ mune occasione predicti instrumenti permaneant in suo statu ita
„ quod per cassationem dictorum instrumentorum factum per episco-
„ pum morandum et omnia alia que continentur in dicto instru-
„ mento, et omne illud jus quod haberet dictum comune occasione
„ predicti instrumenti antequam predicta instrumenta conficerentur
„ per dictum sperandeum not. non minuantur in aliquo set in sua
„ firmitate permaneant. Item quod dictum comune et dictus malga-
„ ritus sindicus actor et procurator ipsius nomine ejusdem comunis
„ cassavit et irritavit in totum omnia et singula statuta et omnes re-
„ formactiones factas per comune ymole in prejudictium libertatis
„ ecclesiastice. Promittens dictus sindicus comunis nomine suo et di-
„ cti comunis dicto domino ugolini sindico actori et procuratori i-
„ psius domini episcopi et episcopatus et dictorum clericorum et no-
„ mine dicti domini episcopi et episcopatus et ecclesie ymolensis et
„ aliarum ecclesiarum et clericorum civitatis ymole et districtus quod
„ dictum comune faciet et curabit quod dicta statuta et reforma-
„ ctiones tollantur et quod ipsum comune ea tollet in totum et quod
„ deinceps per comune predictum vel aliquem offictialem dicti comu-
„ nis nullo modo aliquid statuetur vel reformabitur contra predicta
„ vel aliquod predictorum. Et quod si quid statutum vel reforma-
„ tum apparuerit non servabitur per dictum comune vel aliquem
„ rectorem vel offictialem ipsius. Et quod dictum comune faciet et
„ curabit predicta sic fieri et adimpleri debere. Item promisit di-
„ ctus malgaritus sindicus comunis ymole nomine ipsius comunis di-
„ cto dono ugolino sindico actori et procuratori dicti domini episco-
„ pi et episcopatus et ecclesie imolen. et aliarum ecclesiarum et cle-
„ ricorum civitatis ymole nomine predictorum et cujuslibet eorum
„ recipienti quod dictum comune ymole nullam de cetero faciet vio-
„ lentiam dicto domino episcopo vel ecclesie ymolen. vel ecclesiis seu
„ clericis civitatis ymole et districtus in personis juribus vel rebus

„ eorum et quod nullum clericum de cetero intrudet in cathedralem
„ ecclesiam ymolensem vel in aliquam aliam ecclesiam civitatis ymo-
„ le vel districtus, et quod non impediet dictum comune dominum
„ episcopum vel suos offictiales suam jurisdictionem in clericos exer-
„ cere, et quod non faciet quominus dominus episcopus et offictia-
„ les ipsius suam jurisdictionem exerceant in predictis. Item promi-
„ sit dictus malgaritus sindicus actor et procurator dicti comunis
„ nomine ipsius comunis predicto domino ugolino sindico actori et
„ procuratori domini episcopi predicti et episcopatus ymole ipsius
„ nomine recipienti et stipulanti quod dictum comune libere permit-
„ tet et non impediet ab hinc in antea dictum dominum episcopum
„ et episcopatum ymolen. et alios episcopos qui pro tempore fuerint
„ jurisdictionem suam exercere in terras et homines sibi subditos
„ scilicet in puzolo. taurano. bagnaria. sancto joanne in pantaca-
„ xo. sancto patritio et capite scillicis. Ita quod homines predi-
„ ctarum terrarum tray non debeant nec trahantur in causis cri-
„ minalibus vel civilibus coram potestate vicario ymole vel aliis
„ offictialibus comunis ymole neque capientur neque banientur ab
„ eis, et quod dictum comune faciet et curabit quod aliquid de ci-
„ vitate vel districtu ymole de aliqua persona dictarum terrarum
„ conqueri voluerit civiliter vel criminaliter coram domino episcopo
„ vel ejus vicario vel offictialibus suis suam querimoniam deponat
„ et coram eis jus suum prosequatur et non coram rectore vel of-
„ fictialibus comunis ymole et quod potestas vicarius sive rector
„ vel aliqui offictiales comunis ymole se in predictis non intromit-
„ tent nec de predictis possint se intromittere salvo quod predicta
„ non intelligantur nec locum habeant super contractibus, et obli-
„ gactionibus ab hinc retro factis ab hominibus potestas vicarius
„ sive rector possit cognoscere et super eis procedere et deffiuire se-
„ cundum jus. Hoc expresso dicto et acto quod in questionibus dam-
„ norum que dicerentur data a dictis personis vel eorum animalibus
„ non sufficiant probactiones per sacramentum denunciantis vel ac-
„ cusantia vel ejus nuntii sive familiaris vel alicujus offictialis. Set
„ debeat legitime probare per testes quod diceretur factum et ali-
„ ter nullum inferatur gravamen. Et hoc promisit dictus actor
„ et procurator dicti comunis nomine suo et dicti comunis dicto sin-
„ dico actori et procuratori dicti domini episcopi et episcopatus ymo-
„ le ipsius nomine stipulanti dictum comune facere, et observare,
„ et quod ipsum comune faciet et curabit hec fieri, et servari de-
„ bere. Si vero extra civitatem ymole et districtum aliqua persona
„ de predictis terris dicti domini episcopi aliquod committeret ma-

„ lefictium in personis vel rebus contra aliquem de civitate ymole
„ vel districtu tnno dominus episcopus vel ejus offictiales debeant
„ de dicto mallefictio cognoscere et diffinire et si mallefactorem seu
„ mallefactores de dictis suis terris occasione predicta facerent in
„ banno potestas vicarius vel rector civitatis ymole possint dictum
„ mallefactorem seu mallefactores in banno comunis ymole poni fa-
„ cere de quo banno comunis ymole non possit extrahi nisi de vo-
„ luntate adversarii. Que omnia dictus sindicus actor et procurator
„ dicti domini episcopi et episcopatus ymole ipsorum nomine promi-
„ sit dicto sindico comunis ymole nomine ipsius comunis stipulanti
„ et recipienti attendere et observare. Item promisit dictus malga-
„ ritus sindicus actor et procurator dicti comunis nomine et vice
„ dicti comunis dicto domino ugolino sindico actori et procuratori
„ dicti domini episcopi et episcopatus ymole et ecclesie ymolensis ip-
„ sorum nomine stipulanti quod dictum comune ymole ab hodie in
„ antea deffendet et manutenebit jura jurisdictiones et bona omnia
„ episcopatus et ecclesie ymolensis contra omnem universitatem et
„ singularem personam ad ractionem et forctiam bona fide ad totum
„ posse dicti comunis. Et hec dictus sindicus comunis ymole jurabit
„ in animabus omnium et singulorum dicte civitatis fieri et servari
„ et hoc juramentum suffictiat ita quod non requiratur juramentum
„ singulorum deinceps. Item promisit dictus malgaritus sindicus a-
„ ctor et procurator dicti comunis nomine et vice comunis dicto do-
„ mino ugolino sindico actori et procuratori dicti domini episcopi,
„ et episcopatus ymole et aliarum ecclesiarum et clericorum civita-
„ tis ymole et districtus quod dictum comune coget et quod ipsum
„ comune faciet et curabit quod potestas et vicarius et alii offictia-
„ les comunis ymole qui pro tempore forent cogent secundum juris
„ ordinem personas civitatis et districtus ymole ad dandum et sol-
„ vendum renovationes et pensiones et alia que nunc vel deinceps
„ deberent vel tenerentur domino episcopo et ecclesie ymolensi et ca-
„ canouicis et clericis aliis civitatis et districtus ymole et dicto
„ domino episcopo et clericis pectentibus a laicis aliqua jura vel bo-
„ na jus facere et reddere non obstantibus aliquibus statutis vel
„ reformactionibus factis vel faciendis ita tamen quod de decimis
„ spiritualibus rationem reddere non debeant salvo quod propter pen-
„ sionem seu debitum canonem vel redditum prestactionem vel fa-
„ ctionem quamlibet non solutam vel non prestitam seu non solu-
„ tum vel prestitum vel renovationem ab hinc retro non petitam vel
„ fidelitatem non factam ab hinc retro aliquis de civitate ymole vel
„ districtu non cadat a jure suo nec possessio avocetur ab eo nec

„ pena petatur. set dominus episcopus et alii clerici ab illis qui re-
„ novactionem ab eis receperint possint libere duodecim denarios bo-
„ nonie pro qualibet libra secundum quod venderetur vel valeret
„ res de qua fieret renovactio et faciendo alia que debentur ex for-
„ ma contractus salvis pactis semper in predictis qui continentur
„ in instrumentis et actibus qui sunt inter dominum episcopum pro
„ episcopatu et alias ecclesias et clericos civitatis ymole et distri-
„ ctus et aliquos singulares civitatis et districtus et districtum ymo-
„ le. Hoc acto inter dictas partes quod pro tempore venturo pro-
„ pter predicta vel occasione predictorum possessio non amittatur nec
„ aliquis cadat a jure suo nec per dominum episcopum vel episco-
„ patum ymole vel aliquem ejus nomine vel alios clericos civitatis
„ ymole et districtus possit possessio avocari vel pena peti a pos-
„ sessore vel promissore. Si ille contra quem agi vellet antequam
„ libellus daretur de eo quod ab eo pecteretur nomine domini epi-
„ scopi et episcopatus vel alicujus alterius ecclesie seu clerici ci-
„ vitatis ymole et districtus vel postquam libellus esset in actis po-
„ situs et ille a quo pecteretur esset requisitus ut veniret ad di-
„ ctum libellum recipiendum solvere vellet infra triginta dies pen-
„ sionem seu debitum canonem vel additam prestactionem vel factio-
„ nem quam debet seu renovactionem recipere solvendo pro reno-
„ vactione duodecim bonon. pro qualibet libra ut dictum est alio-
„ quin procedatur secundum jus et fieri debeat quod jus fuerit non
„ obstantibus statutis vel reformactionibus aliquibus factis vel facien-
„ dis. Et quod dictum comune faciet vel curabit quod hec predicta
„ omnia fient et observabuntur et implebuntur. Et hoc acto inter
„ predictas partes quod renovactiones que facte essent vel fierent
„ debeant durare per totum tempus in instrumento renovactionis com-
„ prehensum dum tamen totiens petita fieri debet renovactio ut su-
„ pra dictum est quotiens ipsius rei fieret alienatio. Que etiam di-
„ ctus sindicus actor et procurator nomine dicti domini episcopi et
„ episcopatus ymole et ecclesie ymolensis et aliarum ecclesiarum et
„ clericorum civitatis ymole et districtus promisit dicto siudico co-
„ munis ymole nomine dicti comunis stipulanti et recipienti attende-
„ re et observare. Versa vice dictus dominus ugolinus sindicus actor
„ et procurator dicti domini episcopi et episcopatus et ecclesie ymo-
„ lensis ipsorum nomine remisit dicto malgarito sindico actori et
„ procuratori comunis ymole recipienti nomine et vice dicti comunis
„ dicte terre omnem injuriam et offensam que illata vel facta es-
„ sent vel dicerentur per predictum comune et homines civitatis
„ ymole et districtus adversus dictum dominum episcopum et episco-

„ patum ymole ab ipsis omnibus et singulis dictum comune et di- „ ctum sindicum recipientem pro ipso liberavit et absolvit. Promit- „ tens etiam eidem sindico pro dicto comuni recipienti quod occasio- „ ne dictarum injuriarum dictus dominus episcopus dicto comuni ymo- „ le nullam deinceps inferret questionem vel controversiam per se „ vel alium liberans et absolvens idem dominus episcopus dictum co- „ mune et dominum marchum contarinum quondam vicarium in ci- „ vitate ymole anthonium ejus judicem et jacobum ejus notarium et „ eorum procuratorem et dominum simonem olim vicarium in dicta „ civitate et ejus judicem et notarium et alios potestates seu vica- „ rios et quoslibet alios offictiales qui nunc sunt vel ab hinc retro „ fuissent in civitate predicta et ceteros offictiales comunis ymole et „ omnes et quoslibet consiliarios dicte civitatis et singulares perso- „ nas dicte terre et districtus ab omnibus et singulis excommunica- „ tionibus admonictionibus denunctiationibus interdictis et sententiis „ et pronunctiationibus ipsarum que facte essent vel dicerentur per „ dictum dominum episcopum vel alium ejus nomino adversus di- „ ctum comune seu civitatis ymole vel adversus predictos seu ali- „ quam aliam personam dicto civitatis et districtus occasione supra- „ dictarum questionum vel alicujus injurio gravaminis vel exces- „ sus illati vel facti per predictos vel aliquem ipsorum vel comu- „ ne predictum adversus dictum dominum episcopum et episcopatum „ ymolo vel clericos seu aliquas ecclesias dicte civitatis et districtus „ vel occasione alicujus reformactionis vel statuti vel occasione in- „ truxionis, que dicitur facta de presbitero Petro filio raynuctii in „ ecclesiam cathedralem ymolo vel alicujus effractionis vel violentie „ vel injurie tunc illate adversus capitulum et ecclesiam ymolensem „ vel aliqua ratione alia vel causa. Removendo dictus dominus epi- „ scopus et tolendo iu totum sententias seu pronunciationes dicta- „ rum excommunicationum interdictorum et admonictiones et denun- „ ciationes de quibus dictum est. Promittens dominus ugolinus di- „ ctus sindicus actor et procurator domini episcopi et episcopatus „ ymole et ipsorum nomine dicto malgarito sindico actori et procu- „ ratori comunis ymole quod idem dominus episcopus et episcopatus „ et capitulum ymole per se vel alium dicto comuni nullam dein- „ ceps questionem inferret vel controversiam occasione earum quo in „ aliquo predictorum continentur vel de quibus diceretur in ois. „ Item removit dictus dominus episcopus omnia ordinamenta et sta- „ tuta et precepta facta ab eodem contra comune et singulares ho- „ mines civitatis ymole et districtus et liberavit et absolvit omnes „ promissiones fidejussiones et pignora recepta ab hinc retro per di-

„ ctum dominum episcopum vel ejus nomine ab aliquibus civitatis
„ ymole vel districtus pro aliquibus defunctis seu ipsorum occasio-
„ ne seu pro aliquibus qui pecuniam acceperint seu occasione alicu-
„ jus excommunicationis vel interdicti. Que omnia et singula supra-
„ scripta et infrascripta dicti sindici actores et procuratores partium
„ predictarum nomine predictorum quorum sunt sindici actores et
„ procuratores promiserunt inter se ad invicem unus alteri solemni-
„ bus stipulactionibus et promissionibus hinc inde factis observare
„ et adimplere et perpetuo firma et rata habere et tenere et in nul-
„ lo contravenire vel facere in judicio vel extra sub pena centum
„ librarum bonon: in singulis capitulis committenda in solidum et
„ solvenda et sub refectione damnorum et expensarum et interesse
„ litis et . cc. Que pars non observans predicta vel aliquid predictorum
„ reficere et prestare teneatur parti ea servanti et observare volen-
„ ti. Que pena totiens comittatur et exigi possit pro quolibet capi-
„ tulo non servato quotiens contrafaceret qua comissa et soluta vel
„ non predicta semper habeant et teneant plenum robur. Renuntia-
„ runt dicte partes et sindici et procuratores et actores predicti ex-
„ ceptioni doli sine causa et in factum et omni alii juri et legum
„ auxilio et ea inter se pacto remittentes Et pro predictis omnibus
„ obligando unus alteri scilicet dictus sindicus actor et procurator
„ domini episcopi et episcopatus et clericorum civitatis ymole et di-
„ strictus bona episcopatus et aliarum ecclesiarum civitatis ymole et
„ districtus. Et dictus sindicus actor et procurator comunis ymole
„ bona dicti comunis ymole. Qui dominus episcopus volens adimple-
„ re promissiones factas a dicto domino ugolino sindico in continenti
„ in ipso consilio fecit absolutiones et remixiones excommunicatio-
„ num interdictorum sententiarum et pronunctiationum et damna-
„ ctionum statutorum preceptorum promixionum fidejussionum et pi-
„ gnorum et aliarum de quibus superius fit mentio in contractu
„ predicto.

„ Et insuper dictus malgaritus sindicus actor et procurator di-
„ cti comunis ymole in animabus omnium et singulorum dicte ci-
„ vitatis juravit quod dictum comune ab hodie in antea deffendet et
„ manutenebit jura jurisdictiones et bona omnia episcopatus et ec-
„ clesie ymolen. contra omnem universitatem et singularem personam
„ ad ractionem et forctiam bona fide ad totum posse dicti comunis
„ dicto consilio adhuc durante et presente domino ugolino sindico
„ predicto et lecto et firmato dicto contractu et jam separato domi-
„ no episcopo et testibus dictis. Eadem die predicta acta fuerant
„ predicta in pallactio veteri comunis ymole in consiliis generali et

„ speciali et credentie tam comunis quam populi ymole ut moris est
„ in dicto pallactio convocat.

„ Ego Albertus Farolfini imperialis notarius predictis presens
„ rogatus a dicto domino episcopo et dictis sindicis una cum domi-
„ nis Rambertino Danieli et domino Johanne de Pidiano notariis o-
„ mnibus de predictis rogati fuerunt simile facere Instrum. ec.

L. ❋ S.

Adversus pacem istam tam bene, ut putabatur, constitutam insurrexerunt inimici homines parati per calumnias superseminare zizania: quare vix tridno interjecto ad Legatum apostolicum dato plurium querelarum famoso libello, ac inde ad summum Pontificem perlato, adversus Thomam plures maculas criminosas intentarunt, eum praeterea insimulantes, quod ob nimiam facilitatem in publicandis censuris contra cives ac diuturno interdicto universitatem ipsam afficiente, non potuerunt quindecim annorum spatio divina officia per integrum annum celebrari: at irritus fuit conatus; ita enim Thomae innocentia patuit Clementi, ut apud eumdem Pontificem plurimum ejus merito existimationis accesserit. Sequenti mense Septembri Petrus ille, qui in Canonicalem praebendam violenter jam fuerat a Laicis intrusus, cuicumque juri ac litteris per apostolicum Legatum concessis renunciavit, remque totam Episcopi, Praepositi, ac Capituli arbitrio remisit. Hominibus de Aquavia bonorum aliquot novam investituram, ut vocant, concessit Thomas anno millesimo ducentesimo sexagesimo octavo. Villa haec appellatur Cantalupum: extabat olim in ea oppidum, totamque sub jurisdictione temporali ac directo dominio episcoporum fuisse privilegia pontificum atque antiquorum contractuum tabulae demonstrant: diuturnis deinde bellis deleto oppido, dispersis colonis, in sylvas, et paludes ita fuit redacta, ut nomen quoque amiserit, solaque plebs, prope quam extitisse oppidum nonnulla vestigia ostendunt, cum antiquo vocabulo remansit.

(7) Anno MCCLX. quos tamen ad annuum cereum unius librae ad altare S. Cassiani festo ejus die census nomine deferendum perpetuo adstrictos voluit.

(8) Immo vero MCCLXIX.

(9) *Rhenanae Ecclesiae*, seu *S. Mariae de Rheno Necrologio*, dicendum Ughellio fuerat.

(10) In eo quidem Necrologio Thomae obitum a. MCCLIX. nonnulli dixerunt inscriptum, sed falso rumore decepti. Inspexi enim diligenter apud doctissimum, humanissimumque P. Abbatem Trombellium ejus Necrologii autographum ibique perspicue haec legi in-

scripta: *III. Kal. Nov. a. Dn. MCCLVIIII. obiit Dominus Thomas* (1).

XXVI. *Thomas Ubaldinus Florentinus Octaviani Card. consanguineus*, *Thomae* successit anno 1259. ejusdemque extat memoria 1267. quo anno interfuit translationi Corporis *S. Dominici* habita (a) *Bononiae* una cum *Philippo Fontana Archiepiscopo Ravennatensi*, *Octaviano Ubaldino Bononiensi*, et *Bartholomeo Vicentino* Episcopis, de quo legendus *Cherubinus Ghirardiccius* P. I. Hist. Bononiensis.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Ita scilicet ex uno Thoma, cujus acta sumus hactenus persecuti, duos Ughellius comminiscitur, anno 1259. vita functum alterum, alterum illius eo anno successorem. Qua in re nec sibi satis constat, ut a Manzonio (a) scite animadversum est, et a veritate dissentit. Nam de superiore illo Thoma dixerat „ eum Cruciferis fratribus Xenodochium „ sancti Spiritus attribuisse atque emulorum calumnias adeo sin„ cera veraque defensione discussisse, ac diluisse coram Clemente „ IV. Pontifice, ut apud eumdem magnam collegerit gratiam „. At illud in Cruciferos beneficium a Thoma collatum fuit a. MCCLX. (b); Clemens vero IV. nonnisi anno LXV. supra millesimum ducentesimum Romanum Pontificatum adeptus est. Quei ergo haec Ughellius de Thoma praedicat, quem a. MCCLIX. e vivis excessisse contendit? Viden sententiarum conflictum? Quaero deinde ex Ughellio (ut falsitatis quoque eum manifeste convincam) num Thomas, qui a. MCCLXVII. cum Imolensi civitate concordiam iniit, alius sit a Thoma, quo vitam agente Damianus Rasis sententiam tulit Ecclesiae Imolensi longe infensissimam? Adfirmare Ughellius cogetur, quum a. MCCLVIII. edita ea Damiani sententia fuerit. Verum altera illa a. MCCLXVII. pactio id falsum demonstrat. Neque enim quum injurias Thomae illatas percenset, eum alterius, eujus caussam Damianus prodidit, successorem vocat, quod tamen fieri omnino debuerat, quin potius diserte *eumdem* Thomam appellat, qui primum a Damiano oppressus, aequioribus deinde conventionibus cum civitate paciscebatur.

(1) Vide Trombellium in libro antea indicato.
(a) *p.* 128.
(a) *pag.* 208.
(b) Arch. Capit. Fasc. VII. n. 116.

Hanc ergo si Ughellins velit, Thomam ex Ubaldinia apnd Florentinos nobilissima familia fuisse, etsi id Imolensia monumenta penitus silent, non admodum repugnabo. At nunquam a nobis impetrabit, ut binos Thomas, alterum ignotae gentis, alterum Ubaldiniae confingamus.

XLI. SINIBALDUS.

XXVII. *Sinibaldus*, quem *Sigisfredum* (1) Rubeus appellat (2), *Imolae* Antistes anno 1271. (3) Cathedralem consecravit (4), ejusdemque plura implicita nomina dissolvit; S. Donati Ecclesiam dedicavit (5) duabus Synodis Provincialibus interfuit, *Imolae* scilicet, *Forique Livii* celebratis 1284. annoque 1286. Hujus extat memoria in Archivio Nonantulano 1279.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Sifredum, non Sigisfredum Rnbeus appellat; quo nomine indicatur in Ravennate a. MCCLXXXVI. Concilio ex critici fortasse cujnsdam imperitia, qui qunm Synodo illi S. *Corneliensem* adfuisse legeret, ignoraretque Sinibaldum tuno Imolensis Ecclesiae Praesulem, singulariam S. *Sifredum* ex inani aliqua conjectatione fuerit interpretatns. *Synibaldum* ad ann. MCCLXXIX. idem Rubeus vocat, facili sane errore, qui ob litteram i litterae N. ab Amanuensi conjunctam, nec puncto notatam oriri potuit.

(2) *Hunc*, ut Bonolius (*a*) indicat, *ajunt ortum ex stirpe Rubeorum Ravennae Patriciorum*.

(3) Aprili mense a. MCCLXX. Episcopus erat Sinibaldus non electus modo, sed confirmatus: quo anno, inquit Rubeus (*b*) „ Ravennae Provinciale Concilium habitum est, dieque Sancti Vitalis „ festo, cum in sacrarium aedis D. Vitalis, convenissent Michael Comacliensis, Gratia Sassinas, Henverardus Caesenas, Rodulfus Forolivianns, Ravaldinus Foro Pompilianus, Synibaldus Foro Cornelianus Episcopi, et Drudo Ravennatis Ecclesiae

(*a*) hist. Lugiens lib. III. cap. 1.
(*b*) lib. VI. p. 443.

„ Praepositus, Philippique Archiepiscopi Vicarius, inspectantibus,
„ atque assentientibus Aldovrandino Archidiacono, Sacerdotumque
„ choro: cum Ravennates etiam ad celebranda DiviTutelaris memo-
„ riam frequentes concurrissent; ut consuleretur Ecclesiarum damnis
„ diris devoveruut omnes, qui contra Henverardum Episcopum Cae-
„ senatem, ejusque Episcopatum armati inermesque movissent cum
„ illisque consilia, aut copias conjunxissent, neque possent absolvi,
„ nisi satis fecissent. Quod si qua Respublica idem tentasset, illi
„ jam satis esset interdictum. „

Eodem anno VIII. Septembris, quum Jacobus Faventinus Episcopus Ecclesiam Eremi, seu monasterii S. Maglorii consecraret, inter XXV. Episcopos, qui sacris eam celebritatem Indulgentiis ornarunt, Sinibaldus quoque monumento ab eruditissimis Camalduensium Annalium scriptoribus edito adscriptus legitur (c) his verbis: *Eodem modo et iisdem verbis Dominus Sinibaldus Imolensis Episcopus auctoritate Dei omnipotentis, et Beati Cassiani unum annum, et XL. dies relaxat in Domino.*

(4(XXIV. Octobris. Vide Diss. IV.

(5) MCCLXXVIII. Confer Diss. IV. His ab Ughellio indicatis plura ex Manzonio, aliisque monumentis addenda. „ Sinibaldus erga Cives propensus (d), ut ipsorum amorem sibi in dies magis devinciret, plura praedia cum media parte castri Aquavivae, Civitatis Communi in emphyteusim concessit, tum eodem anno (14. Maji) tum anno ducentesimo septuagesimo quarto supra millesimum, receptasque pro laudemio pecunias in episcopatus utilitatem convertit: non ab simili cura cum Ecclesiam Cathedralem aere alieno nimis gravatam reperisset, ut creditorum nomina dissolverentur, maxime autem ut illius reparationi consuleret, re discussa cum Capitulo Massam Campi Sylvam, pleraque bona in Communi Fabriagi existentia, et quae ad Episcopatum, Ecclesiamque ipsam Cathedralem spectabant, Communitati Lugi emphyteutico jure tum ipse tum Capitulum Cathedralis concessere anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto (e)„. Miserat autem superiore anno Ravennam Canonicum Bonacursium Procuratorem suum, ut Ravennatis Ecclesiae choro se sisteret, ad id urgentibus Romani Pontificis litteris, quibus Episcopi ad Lugdunense Concilium adcersebantur (f). Sequente anno MCCLXXVI. quum Frater Henricus

(c) T. V. app. pag. 212.
(d) Manz. p. 210.
(e) Confer Bonolii Historiam Lugensem l. c.
(f) Arch. Ravenn. Archiep. E. 1866.

„ de Septifonte Ordinis Militiae Sanctae Mariae Virginis occupasset
„ Camaldulense Monasterium Sancti Michaelis Castri Brittorum de Bo-
„ nonia, et expoliasset Hieremiam de Malavoltis legitimum Abatem,
„ Hieremiae coram Sinibaldo Episcopo Imolensi delegato Bonifacii de
„ Lavania Archiepiscopi Ravennatis, et Sedis Apostolicae Legati pe-
„ tiit sui restitutionem in dicto Monasterio. Henricus e contra ex-
„ ceptiones jurisdictionis dedit Episcopo, et appellavit ad Bonifa-
„ cium ipsum Archiepiscopum. Acta hujus litis a mense Octobri
„ hujus anni 1776. protenduntur ad mensem Martium annis se-
„ quentis, et manibus plurium Notariorum existunt in tabulario
Fontis-boni, quae percurrere neglegimus, sed sententiae latae fuere ad
favorem Henrici. Haec ex Camaldulensibus Annalibus excripsimus (g).

„ Interea (h) Nicolaus III. summus Pontifex negocium con-
„ ciliandae pacis inter Guelphos, et Ghibellinos, ut his regionibus
„ quies redderetur, nominatim mandaverat Latino Cardinali Nepo-
„ ti suo, legato Apostolico, qui illud declaraturus una cum Bertol-
„ do Ursino Pontificis ejusdem nepote, ac Provinciae Romandiolae,
„ civitatisque Bononiae pro Apostolica Sede Rectore Imolam men-
„ se Junio anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono convenit,
„ ambo magnifice ex dignitate excepti a Sinibaldo, ubi tum primum
„ in episcopio, deinde in palatio publico, ac in frequenti conventu
„ plurimorum ex Guelphis, et Ghibellinis (illi pro Pontifice stabant,
„ hi adhaerebant Imperio) quos ibidem adesse jusserant, de pace
„ inter eosdem, sive inter Lambertaccios et Hieremianos ineunda sta-
„ tutum est, quae sequenti mense Augusti in publico foro Bononiae
„ sancita est. Hanc vero actionem sua decorarunt praesentia non
„ modo idem Cardinalis legatus, idemque Rector Bertoldus, sed Ar-
„ chipraesules etiam Ravennae, ac Barensis, nec non Octavianus Bo-
„ noniae, Sinibaldusque Imolae Episcopi, et Galliatae Abbas, isti
„ omnes Pontificalibus vestibus induti; eamque perpetuam pacem
„ quinquaginta viri ex utraque parte nobiliores, tacto Evangelio-
„ rum libro, jurejurando firmarunt; quo pariter anno mense Janua-
„ rio idem Provinciae Rector inter Imolenses factiones pacem con-
„ stituerat, Forocornelii extorribus in patriam reductis. Pacem in-
„ ter Lambertaccios et Hieremianos fuisse initam Imolae in Cathe-
„ drali Sancti Cassiani tradit Rubeus Historiar. Ravennatum libro
„ sexto, quod tamen multis historicis et verosimili opponitur.

„ His peractis, eo qui insequutus est anno in Cathedrali Imo-

(g) *T. V. p.* 131.
(h) *Manz. p.* 211. *seqq.*

„ lensi Concilium provinciale habitum est ab Archiepiscopo Raven-
„ nate fratre Bonifacio Flisco ex ordine Praedicatorum. Nil anti-
„ quius babuit Sinibaldus, quam ut lites exortas abrogaret, et no-
„ vas vel componeret, vel declinaret, et quemadmodum is nullum un-
„ quam erga cives praetermisit officium, hi pariter erga illum studio-
„ sissimi fuere; quorum etiam pietas tum maxime patuit, cum unani-
„ mi conservatorum decreto oblationes annuae in festivitatibus san-
„ ctorum Protectorum praestandae Cathedrali statutae sunt anno
„ millesimo ducentesimo octogesimo secundo; quo gravi orta con-
„ troversia inter Commune civitatis, et provinciae praesidem, quem
„ Rectorem, et Comitem Romandiolae appellabant, civibus ipsis ad
„ Sinibaldum provocantibus, ea prudentia rem temperavit, ut par-
„ ti utrique fuerit satisfactum, civiumque ac praesidis in se ani-
„ mos magis devinxerit, cujus praesidis auctoritate in possessionem
„ castellarii Codronci, eique annexarum villarum Felecti, Carzeti,
„ Macerati, et Puzoli inductus est, praestito per eosdem oppidanos
„ fidelitatis juramento tertio Kalendas Februarii anno millesimo du-
„ centesimo octogesimo tertio. Ea in rebus agendis praestantia eni-
„ tuit Sinibaldus, ut Bernardus Cardinalis Episcopus Portuensis Ve-
„ netiis diversis negotiis pertractandis ab Apostolica Sede Legatus de-
„ stinatus eum sibi comitem sequenti anno asciverit. Ad aedem de-
„ inde Episcopalem reversus moniales Sanctae Mariae de Charitate Pa-
„ trum Praedicatorum regimini omnino subjecit Canonicorum consen-
„ su; atque omnis exactionis vinculo, et quacumque pariter alia exemit
„ obligatione anno millesimo ducentesimo octogesimo sexto; hoc tan-
„ tum onere injuncto, ut cereum duarum librarum ad altare San-
„ cti Cassiani quotannis offerrent, quam concessionem, et indultum
„ inter acta Ecclesiae legimus exarata, ut infra.

„ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. etc. *Vide T. I. pag.* 240.

„ Eodem anno Sinibaldus Ravennam primo, deinde Forolivium
„ profectus est, ubi Concilio Provinciali, quod iterum in Divi Mer-
„ curialis aede octavo idus Julii coegit archiepiscopus idem frater
„ Bonifacius, affuit; in quo plura ad morum reformationem eccle-
„ siarumque immunitatem spectantia, quaeque episcoporum electio-
„ nem, distributiones quotidianas, atque decimarum solutionem re-
„ spiciebant, decreta sunt: ac propterea statutum est, ut episcopi gra-
„ viorum aliquot criminum absolutionem sibi reservarent, et nequis
„ notarius absque interventu parochi in publicas tabulas referret testa-
„ menta eorum, qui usuraria pravitate laborarent. Defuncto eo, qui
„ hospitali Sanctae Crucis coopertae praeerat, potestas, antiani, et ur-

„ bis conservatores se illi alium substituisse ad *honorem Dei, beatae* „ *Virginis, et Sanctorum, atque ad reverentiam venerabilis patris Domini Si-* „ *nibaldi Episcopi* professi sunt anno millesimo ducentesimo octogesi- „ mo septimo; ipse vero controversiam inter Commune, ejusque sin- „ dicum ex una parte et fratres militiae beatae Virginis ex altera „ collectas solvere detrectantes composuit. Eversa bellicis tumulti- „ bus Ecclesia Sancti Johannis Baptistae in villa Sexti, ut denuo ex- „ trueretur opem et operam dedit, concessis pariter pro iis omnibus „ indulgentiis, qui eleemosynas ad illins instaurationem erogarent, en- „ cyclicis pastoralibus litteris omnes ad tam pium opus hortatus est „ anno millesimo dncentesimo uonagesimo. Bononiam deinde progres- „ sus variis ibi curis aliquandiu detentus est; tandemque ad suam Ec- „ clesiam reversum plura in illius utilitatem peregisse novimus, cu- „ jus jura maxima dexteritate defendit, ita tamen ut, quoad fieri „ potuit, aeque cordi habuerit concordiam jugiter servare. Vive- „ re tandem desiit die XIX. Julii anno MCCXCVII., illiusque cada- „ ver Bononiam translatum fuit. Eo nempe die haeo de eo extant „ in Necrologio S. Mariae de Rheno: *A. D. MCCLXXXXVII. ob. vir nobilis Dominus Sinibaldus Dei gratia Episcopus Ymolensis, et jacet in muro claustri juxta altare S. Salvatoris* (Bononiae) *cujus anima requiescat in pace. Et fuit amicus optimus nostrae domus.* Sinibaldi sigillum illustrat eruditissimus Mannius (i).

XLII. BENEDICTUS.

XXVIII. (1) *Benedictus* (2) obiit an. 1299.

Additio F. A. Zaccariae,

(1). Anonymus auctor cnjusdam Imolensium Episcoporum catalogi, cujus saepe Ughellius auctoritati nititur, Sinibaldo Antoninm quemdam suffectum, atque ad annum MCCCI. vixisse scribit; tnm ait Episcopalem Sedem aliquamdiu vacasse, ac tandem Antonio sncccessorem datum Carolum, de qno tamen *nihil reperiri* fatetur *in actis ante annum CCCVII. supra millesimum*. Somnia haec sunt, quae a nostris monumentis hactenus editis, ceterisque deinceps vulgandis

(i) *Tom. XVIII. pag.* 3. Confer. de Sinibaldo etiam Guiden. *Codicem diplomaticum T. II. pag.* 672.

aperte refelluntur, quin Manzonii exemplo (a) in illis profligandis diutius immoremur. Satis sit meminisse, Ughellium, etsi Anonymum illum magni videtur fecisse, heic tamen a duobus hisce Episcopis recensendis caute abstinuisse.

Nunc cum Manzonio res mihi erit. Is Sinibaldo subrogatum a. MCCXVI. Deuterium contendit, idque ait (b) „ aperte testari mo„ numenta adservata in registo Communis in Codice, in quo de„ scripti leguntur census, qui Episcopis Imolensibus solvi consueve„ rant, quorum aliqui persoluti leguntur procuratori Domini Deu„ terii Episcopi Imolae „. Atqui certo certius est, Sinibaldum aliquot anni MCCXCVII. mensibus fuisse superstitem, neque ullum in ejus locum illo ipso anno saltem ante octavum Augusti diem suffectum. Nam ut Rhenanum, quod supra adtuli, Necrologium omittam, charta, quam mox proferam, haec omnia palam facit. Quod ergo ad monumenta a Manzonio jactata spectat, cum cl. Mancurtio in opere quo gentilitia Imolensium Antistitum stemmata exhibuit, dicam ea non ad Deuterium Imolensem pertinere, sed ad Lauterium ex Sosia gente Florentiae natum, ac Faventinum Episcopum, illum, inquam, ipsum, quem a. MCCXCV. dum Imolae Sinibaldo vivente moraretur, XXII. Aprilis die Indulgentias Eclcesiam S. Matthaei visitantibus concessisse novimus.

Ceterum Sinibaldus non statim Benedictum successorem habuit, Ubi de ejus deligendo successore actum est, magna inter Canonicos dissensio exorta. Plerique Canonici in diem B. Cassiano sacrum electionem conferendam censuerant; sed Ramberto de Saxatellis, aliisque, qui tunc aberant, aliter visum. Qua de re utrimque haec scripta fuit reclamatio, quam ex Illustrissimi Comitis Julii de Saxatellis heic legere injucundum non erit.

„ In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejus millesimo ducen„ tesimo nonagesimo septimo indictione decima die Iovis otavo *sic* „ Augusti. Johannes Michael de Bononia Sindicus, Procurator et a„ ctor Dominorum Griffoli Prepositi, presbiteri masini, Domini Aldro„ vandi et Domini Leonardi Canonicorum majoris Ecclesie Imolen„ sis, et Capituli ipsius, Domini Prudenzini, Bartoli, et Jacobini „ Canonicorum Ecclesie S. Laurentii Imolensis pro se ipsis et vice „ et nomine Domini Paris Archipresbiteri diete Ecclesie S. Lauren„ tii tunc absentis dixit et protestatus est Dominis Ugolino et Ram„ berto de Sassatello Canonicis ejusdem Ecclesie pro se, et aliis, quo„ rum voces vel vices appareret vel diceretur se habere; quod cum

(a) p. 217. seqq.
(b) p. 220.

„ bonae memoriae Dominus Sinibaldus Episcopus Imolensis viam sit
„ universae carnis ingressus et traditus sepulturae. Quo scito per re-
„ verendum virum Dominum Griffolum prepositum Imolensem, et Cano-
„ nicos tunc presentes, et Capitulum ipsius se in Ecclesia majori et co-
„ ro ipsius congregaverunt pro tractanda futuri electione pastoris in Ec-
„ clesia suprascripta, et ordinato per eos die ad ipsam electionem cele-
„ brandam, scilicet die beati Cassiani tertio decimo mensis presentis Au-
„ gusti providerunt deliberare Canonicos absentes citare, ut die predicta
„ veniant Imolam apud Ecclesiam majorem ad ipsam electionem celebran-
„ dam, et ad alia tractanda, et videnda, quae ad ipsius electionis nego-
„ tium contingerent, et sic cum Domini Ugolinus et Rambertus
„ de Sassadello, Jacobinus de Aliatis, Jacobus de Pidiano, et Domi-
„ nus Bondi Canonici Ecclesie supradicte essent sive esse dicerentur
„ in civitate Bononie, fecit dictus Dominus Griffolus Prepositus cum
„ dictis Canonicis et Capitulo ipsos Canonicos absentes citari secun-
„ dum deliberationem ut in ipsis citationibus plenius continetur, quas
„ factas esse vobis notificat, ut non possitis ignorantiam citationis ec.
„ Et quia ad dicti Domini Griffoli prepositi, Canonicorum, et Ca-
„ pituli notitiam pervenit relatione quorumdam, vos venisse et esse
„ in civitate Florentie ex abundantia . . . . ex parte dicti Prepo-
„ siti Canonicorum et Capituli vos cito et requiro ego sindicus et
„ procurator predictus ut die dicta tertia decima Imole apud majo-
„ rem Ecclesiam dicte Civitatis esse debeatis ad electionem predi-
„ ctam tractandam et fatiendam, et ad omnia et singula fatienda
„ que ipsum electionis negotium tangunt vel tangere possent, cum
„ in Ecclesia Cathedrali de jure communi sit pastoris electio celebran-
„ da, alioqnin in ea vobis absentibus procedatur. Ad quem locum
„ offero me paratum et promptum vos securos et tutos reddere et
„ ponere tenere et reducere si vobis expedit et necesse est, et libe-
„ ros tenere ubique omni impressione remota, si qua diceretnr, et
„ appareret, quod non credo, et de hoc vobis omnem securitatem
„ promissionem et cautelam liberam offero me praestaturum vo-
„ bis, et cuilibet vestrum, et predicta vobis dico notifico, et
„ refero ad cautelam, ne possitis excusationem vel ignorantiam
„ aliquam pretendere vel habere. Item protestor vobis quod ad
„ nullam electionem pastoris procedere debeatis hic vel alibi, cum
„ dictus Dominus Griffolus Prepositus Canonici et Capitulum majo-
„ ris Ecclesie Imolensis parati sint, et se offerant et ego pro eis
„ communiter et concorditer vobiscum et cum illis qui volunt et pos-
„ sunt commode interesse, Electionem ipsam celebrare in civitate
„ Imole, ut dictum est, vel si constaret ibi non posse commode ce-

„ lebrari, quod non credo, parati sint dicti Domini Griffolus Pre-
„ positus Canonici et Capitulum, et ego pro eis concordare et eli-
„ gere locum ydoneum, et securum, et communem, ubi dicta possit
„ electio celebrari, dicendo, protestando, et allegando, si consta-
„ ret, ut dictum est, fieri commode non posse, predicta *sic* civitas Flo-
„ rentie nec ejus Diocesis *sic* tutum vel securum sive communem
„ locum esse, imo valde suspectum et periculosum dicto Domino Grif-
„ folo Preposito, Canonicis, et Capitulo, cum timeatur, et verisi-
„ militer timeri possit in ipsam civitatem, et diocesim Florent. i-
„ psos non habere nec habere posse liberam electionem, et arbitrium
„ in ea propter impressionem, et potentiam laicorum dicte Florent. civi-
„ tatis et Diocesis, que favet, et favit civitati Bononie; et in una
„ societate fuit et est cum ea et guerram fecit et facit cum i-
„ psa Civitate Bononie Civitati Imole et in ea habitantibus et ter-
„ ris et locis Episcopatus ipsius, ut notorium est. Que civitas Bono-
„ niensis omnibus modis quibus posset procuraret, ut haberet pa-
„ storem in dicta Ecclesia ad libitum, propter quem si haberet ma-
„ gnum haberet posse ipsa Civitas Bonooiensis in Civitate Imole et
„ ejus Diocesi propter potentiam castrorum et fidelium episcopatus
„ et jurisdictionum ipsius, et aliis rationibus et causis. Que o-
„ mnia et singula videlicet que sufficiant, et expediant alternative ea
„ proponendo, me ad non necessaria non astringendo et ad id tan-
„ tum quod sufficit et expedit de propositis, me offero probaturum
„ suo loco et tempore et modo debito. Et ne in dicta electione et
„ electionis ipsius negotio aliter procedatur, et nunc prout ex tunc,
„ et tunc prout ex nunc in hiis scriptis sindicario et procurato-
„ rio nomine quo supra, appello ad venerabilem Patrem Domi-
„ num . . . . . Archiepiscopum Ravennatensem et ejus curiam, et ad
„ sanctissimum Patrem Dominum Bonifacium Papam octavum, et ad
„ ejus curiam appello, et Apostolos peto et interpreto, et cum in-
„ stantia peto, reservata mihi optione coram quo appellationem pre-
„ dictam prosequi maluero. Que omnia et singula sindicario et pro-
„ curatorio nomine quo supra dico protestor facio propono et me
„ offero probaturum ut supra, ea scilicet tantum que suffitiant
„ et expediant ad predicta. Que omnia et singula suprascrip-
„ ta intelligantur toties repetita reiterata et facta quotiens per
„ dictos Dominum Ugolinum et Rambertum invenientur responsio et
„ appellatio acte et interposite ab eisdem. Porrecte fuerunt supra-
„ scripte protestationis requisitio et appellatio in scriptis supra quo-
„ dam foleo bombiciui dominis Ugolino et Ramberto Canonicis su-
„ prascriptis per supradictum Dominum Johannem Michaelem die

,, suprascripta Florentie in Burgo Sancti Laurentii in Hospitio Spa-
,, te habitationis Durantis de Anchionibus ubi hospitabantur supra-
,, dicti Domini Ugolinus et Rambertus Canonici Imolenses in prae-
,, sentia mei Aldibrandini notarii infrascripti et testium infrascripto-
,, rum prout superius scripte sunt. Protestationi facte per Domi-
,, num Johannem Michaelis de Bononia Notarium, qui se asserebat
,, sindicum et Procuratorem Domini Griffoli Prepositi et Capituli
,, Ecclesie Sancti Cassiani Imolen. die Iovis octava Augusti, appel-
,, lationi interposite ab eodem nomine dictorum Domini Prepositi et
,, Capituli et omnibus et singulis contentis in eis superius adnotatis,
,, responderunt ibidem incontinenti Domini Ugolinus et Rambertus Ca-
,, nonici Ecclesie S.Cassiani Imolen. eorum nomine et procuratorio nomi-
,, ne Dominorum Bondi, Jacobi et Jacobini concanonicorum suorum, et
,, Ecclesie Imolen. Dicentes, quod civitas Imole et Ecclesia Sancti Cas-
,, siani Imolen. non est locus ydoneus nec securus nec comunis eis et
,, aliis concanonicis eorum et Ecclesie predicte ad conveniendu m pro
,, tractauda et fatienda electione futuri pastoris et Episcopi Eccle-
,, sie Imolen. propter guerras et discordias existentes nunc inter par-
,, tem intrinsecam et partem extrinsecam civitatis Imole, de qna
,, civitate dicti Domini Ugolinus et Rambertus et alii quidam eo-
,, rum concanonici sunt exules et expulsi sine eorum culpa per re-
,, belles et inimicos Sancte Romane Ecclesie, qui in ipsa civitate
,, Imole et ipsi civitati presentialiter dominantur, et qui ipsis Do-
,, minis Ugolino et Ramberto et aliis quorum vices gerunt capita-
,, liter inimicantur, ita quod ad ipsam Civitatem Imole non esset
,, eis tutum ire, nec in ea esse sine periculo personarum etiamsi ha-
,, berent instrumenta vel literas de conductu etiam propter violen-
,, tiam et impressionem, que timetur inferri et rationabiliter et ve-
,, risimiliter timeri potest ipsis Canonicis et Capitulo Imolen. ab il-
,, lis rebellibus Ecclesie Romane qui modo in ipsa civitate Imole et
,, ipsi civitati dominantur ut dictum est super tractanda et fatien-
,, da electione predicta, ut predicta omnia et singula sunt notoria
,, et manifesta in Provincia Romaniole adeo quod nulla possunt ter-
,, giversatione celari, et propterea ipsi Domini Ugolinus et Ramber-
,, tus eorum nomine et aliorum quorum vices gerunt et totius Ca-
,, pituli Ecclesie S.Cassiani Imolen. cum ipsi fatiunt majorem partem Ca-
,, pituli Ecclesie Imolen. elegerunt civitatem Florentiam pro loco tuto
,, ydoneo et communi ad conveniendum tractandum et procedendum
,, super predictis pro omnibus et singulis Canonicis Ecclesie supra dicte
,, cum dictis dominis Griffolo Preposito, et Dominus Masinus Canonicus
,, dicte Ecclesie Imolen. et Dominus Leonardus qui se asserit Cano-

„ nicum Imolen. sint de civitate seu diocesi vel partibus adiacenti-
„ bus seu circumstantiis civitatis Florentie, et ibi habeant eorum
„ consanguineos et amicos, et cum dictus Dominus Masinus a pau-
„ cis diebus citra in civitate Florentia moram traxerit publice tam-
„ quam in loco in quo secure et sine periculo morabatur. Prote-
„ stantur etiam dicti Domini Ugolinus et Rambertus eo nomine quo
„ supra dicentes quod per eos non stat quin conveniant cum dictis
„ Domino Preposito et aliis Concanonicis dicte Ecclesie Imolen. ad
„ tractandum et procedendum super predictis si essent presentes, et
„ cum vocati et requisiti sint per licteras et nunctios ipsorum Do-
„ mini Ugolini et Ramberti, et aliorum quorum vices gerunt tam-
„ quam a majore parte capituli Ecclesie Imolen. ut convenirent cum
„ eis in loco et termino ordinatis, et venire contempxerint *sic* se
„ alienos propterea reddiderunt. et ideo protestantur et dicunt,
„ quod predicti Domini Prepositus et Canonici cum eo Imole vel
„ alibi existentes ad electionem aliquam vel postulationem non
„ procedant de futuro pastori et Episcopo Ecclesie Imolen. et cum
„ ipsi fatiant minorem partem Capituli non majorem et vocati
„ et non venientes se ut dictum est reddiderunt alienos. Et si
„ secus vel contra predicta procederent ad electionem vel postu-
„ lationem aliquam fatiendam, sentientes se et illos quorum vices
„ gerunt ex predictis causis, vel altera earum, que per se suf-
„ fitiat, indebite adgravatos, et gravari posse et ne contra pre-
„ dicta procedatur in hiis scriptis ex nunc prout ex tunc ad se-
„ dem Apostolicam appellarunt, et Apostolos petierunt et instanter
„ et iterum petierunt proponentes ipsam appellationem coram reve-
„ rendo et discreto viris *sic* Dominis Matheo Preposito Ecclesie San-
„ cti Salvatoris de Bononia et Michaele Canonico Sancti Prosperi
„ Diocesis Imolen. tamquam coram bonis et honestis viris, cum in
„ civitate Imole eam interponere non possent propter pericula im-
„ minentia rationibus predictis et presente dicto Domino Johanne
„ Michaelis se asserente sindicum dictorum Domini Prepositi, et Ca-
„ pituli Imolen. requirentes eumdem Dominum Johannem et predi-
„ ctos Dominum Matheum et Presbiterum Michaelem ut predicta no-
„ tificent dictis Domino Preposito Imolen. et Canonicis existentibus
„ cum eodem. Item protestando negant nomine quo supra Archi-
„ presbiterum et Canonicos Ecclesie Sancti Laurentii Imolen. vo-
„ cem aliquam habere de consuetudine vel de jure in electione
„ seu postulatione Episcopi Ecclesie Imolen. cum ipsa electio seu po-
„ stulatio ad Capitulum Cathedralis Ecclesie solumodo pertineat ple-
„ no jure. Que omnia et singula supradicta intelligantur esse to-

„ tiens repetita et facta, quotiens per dictum Dominum Johannem Mi-
„ chaelis invenirentur facte protestatio et appellatio supradicte interpo-
„ site ab eodem. De quibus omnibus et singulis supradictis dicti Domini
„ Ugolinus et Rambertus et nomine quo supra dictum est, requisive-
„ runt fratrem Jacobum presbiteri notarium de Imola ibidem presentem
„ et me Aldibrandinum notarium infrascriptum, ut conficeremus publi-
„ ca instrumenta, requirentes etiam ipsum Dominum Johannem Michae-
„ lis, ut de predictis protestatione et appellatione a se interpositis
„ ibidem et instrumento sui sindicatis *sic* eis in forma publica co-
„ piam exiberet: qui dominus Johannes ibidem incontinenti exibuit
„ et ostendit in forma publica instrumentum sui sindicatus scri-
„ ptum manu Thomaxini de Montanello notarii de Imola a me No-
„ tario infrascripto visum et lectum factum sub millesimo ducente-
„ simo nonagesimo septimo Indictione decima, die quinto mensis Au-
„ gusti in Coro superiori majoris Ecclesie Imolen. et exibuit copiam
„ sue protestationis et appellationis predicte in quadam carta bom-
„ bicina in presentia infrascriptorum testium ascultat. *sic* per ipsum
„ Dominum Johannem et fratrem Jacobum Presbiteri notarium et
„ me notarium infrascriptum.

„ Acta fuerunt predicta in Civitate Florentia in Burgo Sancti
„ Laurentii in Hospitio Spate habitacionis Durantis de Anchionibus
„ ubi hospitabantur predicti Domini Ugolinus et Rambertus Cano-
„ nici Imolen. sub anno Nativitatis Domini millesimo ducentesimo
„ nonagesimo septimo Indictione decima die octava mensis augusti
„ presentibus Domino Ubaldino de Legheri albergatore a dicto Bur-
„ go Sancti Laurentii, Laurentio Armarolo, Domino Matheo Prepo-
„ sito Ecclesie Sancti Salvatoris de Bononia, Domino Guidone de
„ Tauxignano Judice et Johanne Gonterii testibus vocatis, et roga-
„ tis.

„ Et ego Aldibrandinus quondam Romei de Calenzano Imperia-
„ li auctoritate Notarius suprascriptis omnibus et singulis interfui,
„ et ea omnia rogatus publice scripsi et publicavi.

Hisce scriptis, quum Rambertus, ejusque asseclae suae caussae timerent, electionem diutius protrhaendam non esse rati paullo post videntur Florentiae conventum celebrasse, in eoque electus est Rambertus, qui statim Bononiam contendit. Extat enim in Ravennatis Archiepiscopii tabulario (c) *ann. 1297. die XII. Augusti Indictione X.* Bono-

17

(c) N. 5717.

niae D. Lambertum de Saxatello *Canonicum Sancti Cassiani Imolen.* ELECTUM *in Episcopum Imolen. constituisse suum Procuratorem D. Michaelem Canonicum Plebis S. Prosperi Imolen. Diocesis ad petendam confirmationem suae electionis a D. Opizone Archip. Ravenn. vel a D. Bonifacio Papa VIII.* Verum eam Pontifex electionem ratam non habuit. Erat Rambertus non solum principis Imolensis Templi Canonicus, sed etiam ab anno saltem MCCLXXVIII. *Prior Ecclesie S. Joannis in Sinno.* Rejecta igitur ejus electione nunc Canonicus, nunc Prior S. Johannis, quemadmodum antea, appellabatur. Anno MCCCXVII. die 7. Octobris *in domibus Ecclesie S. Cassiani* . . . . jacebat infirmus, ut in testamentariis ejus tabulis eo die confectis, atque apud eumdem Comitem Julium adservatis legimus, nec postea vixisse diu videtur.

(2) Hunc igitur, Ramberti electione abrogata, Pontifex ipse Imolensibus, ut puto, dedit Episcopum „ habetur autem, inquit Manzonius (d), de illo mentio in testamento nobilis ac potentis viri „ Machinardi Pagani Faventiae et Imolae imperantis condito anno trecentesimo secundo supra millesimum, cujus autographum Florentiae in archivo reformationum asservatur; in quo *ex suis bonis* „ *jussit tradi episcopatui Imolensi liras mille bonon. debitas pro consecratione quondam Domini Benedicti Episcopi Imolensis.*

XLIII. JOHANNES.

XXIX. *Johannes Mutus de Papazuris Romanus Episcopus Olenensis a Bonifacio VIII.* huc transfertur anno 1299. (1) VIII. id. Februarii, postulatione capituli posthabita de persona *Bondini* (2) Praepositi Ecclesiae de *Populeto Faventinae* Dioecesis, ut habetur in Reg. Vatic. Epist. fol. 278. an. 5. Idem *Johannes* ab eodem *Bonifacio* anno 1302. (3) translatus est ad *Reatinam* Ecclesiam. Cujus etiam clarae vetustaeque gentis alumnus fuit *Bartholomaeus* Ord. Praedicatorum clarus et insignis doctrinae vir, Episcopus *Theanensis*, mox *Theatinus*, tandem Archiepiscopus *Patracensis* sub Urbano V.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) 1300. Vide Turchium in appendice ad Episcopos Camerinenses p. 211.

(d) p. 221.

(2) Bandinum alii vocant. Vide Tonducii historiam Faventinam (a).

(3) III. Non. Aug. De eo Angelottus in Descriptione Urbis Reatinae (b). In Lateranensi Basilica haec illi posita inscriptio, quam ex Manzonio adlatam (c) accuratius ex doctissimi, mihique amicissimi P. D. Gallet Benedictini Abbatis Inscriptionibus Romanis (d) exhibeo.

D. O. M.

IOANNI . MVTO . DE . PAPPAZVRIS . NICOLAI . F.
LATERANENSIS . SACROSANCTAE . BASILICAE . CANONICO
IMOLENSI . AC . REATINO . EPISCOPO
SACELLI. B. CONSTANTIAE. ERECTI. LVCEMBRVN. TVSCVLANO. FVNDO
VT . SACRVM . IN . EO . QVOTIDIE
QVOTANNIS . VERO . DVO . ANNIVESARIA . FIERENT . DOTATI
A. CLEM. P. VII. CANONICIS. CHORI. STRVENDI. CAVSSA. DIRVTI
EGREGIO . FVNDATORI
ANNO . M. CCC. XXXVI. VITA . FVNCTO
CVRTIVS . MVTVS . DE . PAPPAZVRIS . EIVSDEM
BASILICAE . CANONICVS
REI . GESTAE . IMMORTALITATI . CONSVLENS
ANTIQVVM . ILLIVS . MONVMENTVM
HVC . A . DIRVTO . LOCO . DEDVCTVM
IN . HOC . VETERIS . SACELLI . INGRESSV
GENTILI . SVO . POSVIT
A. MDCVII.

XLIV. Fr. MATTHAEUS.

XXX. *Fr.* *Matthaeus Ursinus Romanus ex Ordine Minorum Imolensis* Episcopus adlectus est anno 1302. Nonis Augusti,

(a) P. II. pag. 357.
(b) pag. 12.
(c) p. 223.
(d) T. 1. p. CCCXV.

Bonifacio VIII. sedente *ex Reg. Vatic.* 216. *fol.* 208. Ipse etiam omnem conatum adhibuit, ut deperdita jura, bonaque ad *Imolensem* jurisdictionem redirent (1). Concilio Provinciali *Argentensi* interfuit anno 1314. (2). Hujus meminit *Rubeus* anno 1316. (3). Insequuto vero anno 1317. II. Id. Januarii a *Johanne XXII.* translatus est ad Ecclesiam *Clusinam* in *Hetruria*. Credidere nonnulli hunc illum eumdem Matthaeum Ursinum esse, quem postea Pontifex *Joannes XXII.* Cardinalem creavit anno 1327. decessitque a. 1341. Qui manifestissime falluntur: siquidem frater *Matthaeus* qui senatoria purpura donatus est, Ordinis fuit *Praedicatorum* in Capitulo Generali *Urbeveteri* celebrato anno 1322. *Romanae* Provinciae Provincialis erat, ac paullo post *Agrigentinus* delectus Episcopus in *Sicilia*, postea Archiepiscopus *Sipontinus*, ac demum Cardinalis pronunciatus. Hic vero fuit Ordinis minorum, obiitque anno 1322. (4).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) „ Inter quae, inquit Manzonius (*a*), oppidum Codrunchi pri-„ stinae ejusdem episcopatus ditioni subjecit: lata siquidem in ejus „ favorem post litem agitatam sententia contra Andream de Andalois Bononiensem, qui oppidum illud injuste usurpaverat, commit-„ tente Nicolao Caracciolo in provinciam Romandiolae vicario generali, „ in possessionem ejusdem inductus est anno millesimo trecentesimo „ undecimo, fidelitatis juramento per oppidanos praestito die vigesi-„ ma secunda junii.... Huc spectat, quod quum insignis, et antiquae collegiatae Sancti Laurentii ejusdem urbis, illatis nedum *Vid. T. I. pag.* 180.

„ Illud quoque non omittendum, quod anno MCCCXIV. Matthae-„ us (*b*) hominibus Consilicis fatentibus idem oppidum temporali jurisdi-„ ctioni Imolensis Episcopatus subesse, investituram bonorum em-„ phyteutico jure innovavit, consensu capituli accedente, praedictis „ Consilicensibus solemni sacramento promittentibus sese non alte-„ rius jurisdictionem in temporalibus, praeter quam Imolensis Epi-„ scopi agnituros: cum autem quaedam bona directo episcopatus domi-„ nio subjecta, quae ob nimiam aquarum affluentiam paludosa emphy-„ teuticis concessionibus non comprehendebantur, utpote quae ne-

(*a*) p. 224.
(*b*) Manz. pag. 227.

„ minem haberent conductorem, Ravennates occupassent, aedificiumque ibidem, quod Battifredum appellabant, construxissent in territorio Consilicis in loco vocato *la menata*, ut sio jurisdictionem Ravennati civitati ibidem compararent, atque a transeuntibus illac portoria exigerent, pedagia, et collectas imponendo, episcopus apud Ugolinum antistitem Faventinum judicem a Pontifice delegatum egit, ut contra occupatores Ravennates causa coram eo disceptaretur: etenim ut indemnitati jurium suae mensae prospiceret, jam usque ab anno trecentesimo quarto supra millesimum ad summi Pontificis Benedicti XI. authoritatem confugerat, qui datis apostolicis litteris ad praedictos Faventinum, Caesenatemque episcopos, ac ad praepositum Faventiae jusserat, ipsos efficax defensioni praesidium Matthaeo episcopo Imolensi prestare, ne super castris, bonisve, ac jurisdictione ad episcopalem mensam spectantibus turbaretur: juribus itaque perpensis, lata est ab Ugolino pro Matthaeo Episcopo sententia, ac constructi aedificii eversio demandata, Ravennatibus ad litis expensas coactis, anno millesimo trecentesimo decimo sexto, apostolica sede vacante. „

(2) Anno vero MCCCXI. gravibus curis detentus non adiit ipse Provinciale Concilium Ravennatense, in quo de Templariorum negocio ex Romani Pontificis decreto agendum praecipue erat: Prevostinum tamen Mutinensem Vicarium suum, Rectoremque Ecclesiae de Panzano ad Synodum misit suum Procuratorem (*c*).

(3) Nihil ego apud Rubeum de Matthaeo ad illum annum invenio. Ex membranis tamen Archiepiscopalis Ravennatis tabularii (*d*) alia proferam hoc anno paullo antiquiora. Scripsit ergo a. M.CCC. VII. ad Archipresbyteros Tauxignani, et Gipsi, ut sibi significarent, num infantes Corvarienses in Ecclesia S. Martini de Corvaria baptizari expediret? Auditis deinde eorum sententiis illos ibi baptizari jussit, si mortis discrimen immineret (*e*), quod et ipso anno insequente MCCCVIII. confirmavit (*f*).

(4) Romae in S. Francisci (*g*) ad Ripam tumulatus hac adposita inscriptione.

(*c*) Rubeus lib. VI. p. 524. et Arch. Ravenn. Archiep. N. 7006.
(*d*) Arch. cit. A. 1611.
(*e*) ibid. P. 828.
(*f*) ibid. H. 3661.
(*g*) Manz. pag. 228.

„ IN . NOMINE . DOMINI . AMEN
„ HIC . IACET . VENERABILIS . PATER
„ ET . DOMINVS
„ DOMINVS . FRATER . MATTHAEVS
„ ORD. MIN
„ FILIVS . QVONDAM
„ DOMINI . FORTIBRACHIAE . DE . VRSINIS
„ QVI . FVIT . EPISCOPVS. . . . . .
„ LENSIS . POSTMODVM
„ AD . CLVSINAM . DIOECESIM
„ EST . TRANSLATVS
„ IN . EPISCOPATVS . MINISTERIO
„ EST . DEFVNCTVS
„ OBIIT . AVTEM . ANNO . MCCCXXII.
„ DIE . XI. . MENSIS . IVNII.
„ ET . XVI. TVMVLATVS
„ CVIVS . ANIMA
„ REQVIESCAT . IN . PACE.

XLVII. RAIMBALDUS.

XXXI. **R***aimbaldus* (1), quem *Rubeus Renaldum* (2) vocat, Rector, et Comes *Romandiolae ad Imolensem* (3) Sedem evasit a. 1317. mense Aprili (4). Quam ille Ecclesiam rexit usque ad annum 1341. (5) *Ex libr. Provis. Praelatorum*. Huic Rectori *Romandiolae* scribit Benedictus XII. anno 1340. XVII. Kal. Julii Epist. 45. *ann. 6. in Regesto Vatic.* Obiit vero 1342. (6).

Additio F. A. Zachariae.

(1) Qui et *Rimbaldus*, ac *Rimbaudus*, Cadurcensis.
(2) *Rainaldum* Rubeus vocat (a), non *Renaldum*.

(a) Lib. VI.

(3) Flaminiae Rector et Comes multo serius, quam Imolensis Episcopus, nempe a. MCCCXXXII. postquam Aymericus Chaluz seu de Castroluciis Gallus, qui eam Provinciam administrabat, a Ravennatensi ad Carnotensem Sedem translatus est, et S. R. E. Cardinalis dictus.

(4) Pridie Idus Januarias a Johanne XXIII. cive suo Episcopali dignitate honestatus.

(5) Gesta ejus ex Manzonio, aliisque monumentis proferamus. (b) „ Ipso Episcopatus sui anno primo, mense Octobri, Bononiae cum „ ceteris Provinciae Ravennatis Episcopis Provinciali Concilio per san- „ ctum Raynaldum convocato affuit, in quo plura sane utilia sta- „ tuta fuere „. Eodem illo anno Faventiam profectus urbem illam censuris Ecclesiasticis devinctam Johannis Papae XXII. facultate absolvit (c). Anno deinde MCCCXIX. „ Parochianos Corvariae (d) re- „ ctori illius Ecclesiae decimas persolvere denegantes, sua nedum „ episcopali, sed et Pontificia ejusdem Johannis XXII. authoritate ad „ eas praestandas coegit „. Die quarta Decembris a. MCCCXXIII. quos Johannes XXII. in Lodovicum Bavarum, et Vicecomites ediderat, processus, Raimbaldus in principe Imolensi Templo promulgavit. Ad annum MCCCXXVIII. pertinet pactio cum Abbate Monasterii S. Mariae de Monte armato digna quae heic exscribatur.

„ In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesi- „ mo trecentesimo vigesimo octavo Indictione undecima tempore San- „ ctissimi in Christo Patris D. Johannis Papae XXII. anno tertio „ decimo, die vigesimo septimo Mensis Novembris. Noverint uni- „ versi presens Instrumentum publicum inspecturi, quod venerabi- „ lis vir dominus Johannes de Premartinis Canonicus Imolensis, et „ Archipresbiter Plebis Acquavie *sic* Imolensis Diecesis Sindicus, „ et Procurator ad infrascripta specialiter, et legitime constitutus „ Reverendi in Christo Patris Domini Ranbaldi Dei, et Apostolice „ Sedis gratia Episcopi Imolensis, ut de ipso Sindicatu constat pu- „ blico Instrumento scripto manu Prudencini filii mini quondam „ Magistri Bruni de Imola Notarii, ac Sindicus et Procurator Ve- „ nerabilium Virorum Dominorum Pauli Praepositi Ecclesiae S. Cas- „ siani Imolensis, et Canonicorum, et Capituli dicte Imolensis Ec- „ clesiae ad infrascripta etiam specialiter, et legitime constitutus „ ex instrumento ipsius Sindicatus scripto manu Petri, olim Ser

(b) pag. 230.
(c) Vide Tonducium hist. Favent. P. III. *p.* 390.
(d) Manz. pag. 231.

„ Benvenuti de Raimundinis de Imola Notarii a me infrascripto „ Notario visis, et Procuratorio nomine quo supra quadam concessione in Emphiteusim dudum facta per bonae memoriae Dominum „ Enricum Episcopum, et Canonicos predicte Ecclesie Imolensis predecessores eorum sub annuo censu unius Cerei de una libra cerae Domino Abbati, et Monasterio S. Mariae de Monte Armato „ Bononien. Dioecesis Ordinis Vallis Umbrosae de Hospitali S. . . . „ de Selustra, et de Possessionibus, et Juribus ad dictum hospitale „ spectantibus cum certis condictionibus et pactis in concessione „ praedicta contentis, ut constat publico Instrumento ipsius concessionis scripto manu Ugolini de Ugolinis Notarii a me etiam Notario infrascripto viso, et lecto. Volens agnoscere bonam fidem, „ et cupiens praefati Domini Episcopi, Praepositi, et Canonicorum „ exonerare Personas concessionem praedictam, et omnia et singula „ contenta in ea sponte, libere totaliter, et ex certa scientia, et „ non per errorem Sindicario nomine antedicto ratificavit, approbavit, et confirmavit, et eam valere et tenere voluit omni modo „ jure et forma quibus melius valere et tenere potest. Restituens „ ex nunc, ac libere, et expedite relaxans dictum Hospitale SS^u... „ de Selustra cum omnibus bonis et juribus infrascriptis. Videlicet. „ Cum una petia Terre arat. septem turnaturarum posita in Fundo Revolte ab uno latere via Revolte, a secundo latere Jacobus Fini, „ a tertio Haeredes Magnifici Leonardi de Imola et a quarto Rubertus ser Bonmercati; item cum una alia petia terrae sex turnaturarum posita in Fundo Pontis Sellustrae, a primo latere strata, a secundo Martinus Thebaldelli, a quarto Sellustra. Item „ cum una alia petia terrae sex turnaturarum posita in fundo Lamari, a primo latere Martinus Thebaldelli, a secundo via Lamari, a tertio strata, et a quarto Mellus Brittoni. Item cum una „ alia petia terrae aratoriae duarum turnaturarum posita in Fundo „ Pontis Sellustrae a primo Sellustra, a secundo strata, a tertio Ser „ Jacobus de Bajalis, a quarto viam Lamari. Item cum una alia „ petia terrae duarum turnaturarum posita in Fundo Pontis Sellustrae, a primo latere Guilielmutius de Palmirolis. Item cum una „ alia petia terrae duarum turnaturarum posita in Fundo Ceretae, „ a duobus lateribus Haeredes Coradini de Tartagnis a tertio Gerardus de Flexo, a quarto Cicus Geardi. Item cum una alia petia terrae unius turnatoriae posita in Fundo Ceretae, a primo latere strata, a secundo Mengulus Simonis, ab alio Gerardus de „ Flexo, a quarto Cicholus fornarius. Item cum una alia petia terrae duarum turnaturarum, et dimidiae prativae posita in Fundo

„ Bagnarolae, a primo, et secundo Haeredes Domini Jacobi de Ca-
„ stro S. Petri, a tertio Bexae de Linario pro uxore sua, a quar-
„ to Haeredes Joannis de Pizaghitone. Item cum una alia petia ter-
„ rae duarum turnaturarum posita apud Tombam Nerii, a primo
„ latere Guido Serenarius, a secundo Nerius Bogloni, a tertio Bal-
„ dus Gratiani, a quarto Haeredes Corradini. Item cum una alia
„ petia terrae duarum turnaturarum posita in fundo Campilachi,
„ a primo latere Cordentatorum, a secundo Ubaldinus Robertucii,
„ a tertio Mellus Robertucii, a quarto Haeredes sex montanarii,
„ item cum una alia petia terrae unius turnaturaie posita in Fun-
„ do Voltae, a primo latere Cichus Bertholotti, a secundo Masinus
„ Nasinbenis, a tertio Thebaldus Diotardi, a quarto Pinus Campi-
„ sacchi. Item cum una alia petia terrae unius turnaturiae, quae
„ est de suptus Tombam Neri et viam Tombae praedictae, quae va-
„ dit per medium. Item cum una alia petia Terrae unius turna-
„ toriae, ab uno latere strata, quae vadit Imola Bononiam, a se-
„ cundo Mellinus Thebaldelli de ponte Sellustrae, a tertio Baldus
„ Gratiani de Ducia, a quarto Stephanus Fratris Alberti de Ducia.
„ Item cum una alia petia terrae unius turnaturiae, ab uno latere
„ strata praedicta, a secundo, et tertio Martinus Thebaldelli, a quar-
„ to via Lamarii, et sunt in fundo Lamarii. Istae duae petiae
„ terrae ultimae, et cum omnibus et singulis bonis, et juribus,
„ ac possessionibus ad dictum Hospitale quomodolibet pertinentibus,
„ vel spectantibus Venerabili, ac Religioso viro Domino Fratri Si-
„ moni Abbati Monasterii Sanctae Mariae de Monte Armato Bono-
„ nien. Dioecesis, et Religioso viro Domino Fratri Petro Monaco
„ dicti Monasterii, et Sindico ad infrascripta, et suprascripta legi-
„ time constituto praedicti Domini Abbatis Fratrum Capituli, et
„ Conventus Monasterii de Monte Armato praedicto, ut constat pu-
„ blico Instrumento dicti Sindicatus scripto manu Dominici Jacobi
„ Corvollini Notarii ibidem presentibus, stipulantibus, et recipien-
„ tibus nomine conventus in emphiteusim sine *sic* census eorum pro-
„ priis nominibus et vice, et nomine Fratrum Capituli, et Conven-
„ tus Monasterii de Monte Armato praedicti, et Successorum suo-
„ rum Hospitale, et bona praedicta, et omnia alia, et singula bo-
„ na, et jura ad dictum Hospitale quomodocumque spectantia. Nec
„ non confitens, et asserens praefatus Dominus Johannes de Premar-
„ tinis Sindicus, et Procurator praedictus Sindicario, et Procura-
„ torio nomine, quo supra in praesentia mei Notarii et Testium
„ infrascriptorum sibi esse integraliter satisfactum de omni censu,
„ et Pensione ad quem, seu quam praefatus Dominus Simon Ab-

„ bas, et Praedecessores ipsius, ac Fratres, et Monasterium antedi-
„ ctum teuebantur, seu teneri poterant eisdem Domino Episcopo Ca-
„ nonicis, et Capitulo Ecclesiae Imolen. seu eorum praedecessoribus
„ ratione concessionis praefatae, et potissime, tum per solutiones
„ factas de dicto censu temporibus retroactis per Abbatem, Fra-
„ tres, et Capitulum supradictum, tum etiam per receptionem fru-
„ ctuum, reddituum, et proventuum Possessionum Hospitalis praedi-
„ cti factam, et habitam per Canonicos et Capitulum antedictum
„ per tempora retroacta. Absolvens insuper, et liberans sindicario
„ nomine quo supra praedictum Dominum Fratrem Simonem Abba-
„ tem, nec non praedictum Fratrem Petrum Sindicum stipulantem
„ suo nomine, et sindicario nomine Abbatis, Fratrum, et Capituli,
„ et Monasterii Sanctae Mariae de Monte Armato praedicti, et Suc-
„ cessorum suorum ab omni censu, et pensione, ad quem, seu quam
„ praefatus Dominus Abbas, seu Praedecessores ipsius, ac Fratres
„ Capitulum, et Monasterium supradictum praefatis Domino Epi-
„ scopo, Canonicis, et Capitulo Ecclesiae Imolen. nomine dicti Ho-
„ spitalis de Sellustra, et Possessionum, bonorum, et jurium ipsius
„ solvere tenerentur per tempora retroacta, ac faciens eidem Domi-
„ no Abbati, et Sindico stipulantibus nomine quo supra finem, re-
„ missionem, quietantiam, et pactum de ulterius non petendo. Hoc
„ enim acto inter dictum Dominum Johannem de Premartinis sin-
„ dicario nomine praefati Domini Episcopi, Canonicorum, et Capi-
„ tuli praedictae Imolensis Ecclesiae ex parte una, et dictum Do-
„ minum Simonem Abbatem, et Fratrem Petrum Sindicario nomine
„ dicti Monasterii ex altera quod dictus Dominus Abbas, Fratres,
„ et Capitulum, ac Monasterium supradictum, seu successores eo-
„ rum non possint dictum hospitale, seu bona superius nominata,
„ vel alia ejus bona ad dictum hospitale quomodocumque spectantia,
„ seu partem eorum transferre, alienare, seu modo aliquo obligare
„ in aliquem potentem, militem, capitaneum, seu valvasorem, seu
„ Ecclesiasticam personam, aut aliam prohibitam de consuetudine
„ vel de jure. Quod si contra fecerint, contractus sit nullus ipso
„ jure, et incurrant poenam infrascriptam. Praeterea promiserunt
„ idem Dominus Abbas, et Frater Petrus Sindicus Domino Johanni
„ Sindico praedicto stipulanti, supradictum censum scilicet unam
„ libram cerae novae dare et solvere singulis annis in festo S. Cas-
„ siani ante vel post per octo dies praefatis Canonicis, et Capitu-
„ lo Ecclesiae Imolensis sub poena unius librae auri petenda, et exi-
„ genda toties quoties fuerit contrafactum. Quae omnia et singula
„ promiserunt partes praedictae ad invicem solemnibus stipulatio-

„ nibus hinc inde intervenientibus firma et rata perpetuo habere, et
„ tenere, observare, et adimplere, et non contrafacere vel venire per
„ se, vel alios aliqua ratione vel causa de jure, vel de facto in Judicio,
„ sive extra, sub poena quingentarum librarum bonon. stipulatio-
„ ne ad invicem inter ipsas partes promissa, qua soluta vel non
„ praedicta servare. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observan-
„ dis obligavit idem Dominus Johannes de Promartinis Sindicario no-
„ mine Domini Episcopi, Canonicorum, et Capituli Ecclesiae Imo-
„ len. omnia bona Episcopatus, et Ecclesiae Imolen. et dictus Do-
„ minus Frater Simon Abbas, ac Frater Petrus Sindicus omnia
„ bona dicti Monasterii. Et insuper praedicti Dominus Johannes
„ Sindicus, ac Dominus Frater Simon Abbas, et Frater Petrus Sin-
„ dicus dicti Monasterii juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evan-
„ gelia attendere, et observare praedicta, et non contravenire per se
„ vel alios aliqua ratione, vel causa de Jure, vel de facto, nec
„ restitutionem aliquam impetrare contra praedicta, vel aliquod prae-
„ dictorum occasione damni modici, vel enormis, vel alterius cu-
„ juscumque conditionis.

„ Actum Bononiae in Ecclesia Sanctae Mariae de Turrionibus
„ praesentibus Dono Fratre Ugone quondam Domini Borghexani Or-
„ dinis militiae B. Mariae, Joanne quondam Guidonis de Monte Calde-
„ rario, Michaele quondam Arduini Capellae S. Sismundi Bononiae,
„ Joanne Bonimigloris Capellano S. Mariae de Turrione, Zeno Pe-
„ tri de dicta Capella, et Rainerio Joannis fornario de dicta Capella
„ Testibus ad haec vocatis, et rogatis.

„ Ego Bartholomaeus Zenzanini Civis Imperiali auctoritate, et
„ Episcopalis Curiae Bononiensis Notarius praedictis omnibus inter-
„ fui, et rogatus publice scripsi, et signum meum consuetum ap-
„ posui.

L. ❀ S.

Raimbaldus deinde Flaminiam Pontificis nomine regere coepit, ut dixi, anno MCCCXXXII. nihil tamen Episcopalis curae reliquit.
„ Etenim, inquit Manzonius (*e*), inter tot alia, ut dissidiorum vepres,
„ et zizania praecideret, quae in praejudicium suae authoritatis, et
„ parochorum suboriebantur, eo quod nonnullorum ordinum regu-
„ lares suis abusi facultatibus contra pontificia decreta, privilegio-
„ rum limites temere excederent, verbo Dei praedicando, audiendis
„ confessionibus, mortuis item sepeliendis, easdem religiosorum fami-

(*e*) p. 232.

„ lias ad integram decretalis observantiam Bonifacii VIII. incipien-
„ tis, *Super Cathedram*, habito ad Pontificem Johan. XXII. recursu, il-
„ loque exorato coegit anno millesimo trecentesimo trigesimo: per
„ haec tempora ad capitulum cathedralis Ecclesiam Sanctae Crucis
„ spectasse acta commonstrant; nam dum cuidam Laurentio Clerico,
„ quod unum cum capellania tenuerit beneficium, dispensationis in-
„ dultum concessisset Raimbaldus, illius institutionem ad capitulum
„ ipsum pertinere testatur „.

(6) Fortassis id vitio typorum tribuendum. Certe Raimbaldus a. MCCCXLI. decessit „ in Cathedrali, ut ait Manzonius (*f*). tumu-
„ latus intra sepulcrum, quod sibi vivens ante aram Sancti Cassia-
„ ni paraverat, ubi inscriptio, quae in superposito marmoreo la-
„ pide insculpta erat, ita abrasa est, ut annis proxime elapsis vix
„ sequentia apparuerint verba.

HIC IACET . . . . ICC. NI . . . .
. . . . S: . IMOLE PROVINCIE
ROMANDIOLE . PRESIDIS . ROMAN . . . .
NI . . . . MCCCXL. PRIMO, CVIVS
ANIMA REQVI . . . .

XLVI. CAROLUS ALIDOXIUS.

XXXII. *Carolus* (1) ex Archipresb. Plebis *S. Mariae de Salustra Imolensis Dioecesis* (2) eligitur a *Clemente* VI. an. 1342. 15. Kal. Augusti, *ex Reg. Vatic. Ep.* 9. *fol.* 122. *Anno pr. lib.* 6. *Commun.* (3) obiit anno 1353. (4).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Fuit is ex nobilissima apud Imolenses gente Alidoxia, filius autem Lippi, de quo dissertationis primae capite quincto aliqua diximus.

(2) Et Canonico Cathedralis Imolensis.

(3) Consecratusque fuit ab Archiepiscopo Januensi. „ Primo sui
„ regiminis initio, inquit Manzonius (*a*), quae in primis pietatem,

(*f*) p. 235.
(*a*) p. 236.

„ quae pastoralem deinde sollicitudinem, et episcopatus jura respicie-„ bant, summo studio promovit: sequenti enim anno indulgentiarum con-„ cessione in festivitatibus Sanctorum Cassiani, et Petri Chrysologi „ suam Cathedralem decorari ab eodem Pontifice obtinuit: ac trien-„ nio post dioecesana coacta synodo ecclesiasticae disciplinae fovendae „ populique moribus reformandis incubuit: in qua synodo patres Or-„ dinis Praedicatorum, qui praediis divenditis totam pecuniam inde „ coactam in ampliorem Ecclesiae ac coenobi, aedificationem conver-„ terant, a quibuscumque collectis ceterisque exempti fuerunt one-„ ribus; cujus pontificis authoritate suffultus bona pleraque Epi-„ scopatus in tot hujus Urbis perturbationibus tum a laicis, tum ab „ Ecclesiasticis occupata et direpta suae Episcopali mensae vindica-„ vit, deputatis ad biennium per pontificem tamquam conservato-„ ribus Abbatibus Classensi apud Ravennam, et Monasterii San-„ ctae Mariae extra portam Faventiae una cum Priore Sanctae Per-„ petuae ejusdem civitatis, ut ex Apostolicis litteris liquet datis Ave-„ nione decimo sexto Kalendas Novembris a. MCCCXLVI „. Eas hic „ dabo (*b*).

„ Clemens Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis . . . , „ De Clasi Ravennat. Dioc. et . . . Sancte Marie foris portam Fa-„ ventinam Monasteriorum Abbatibus, ac . . . Priori Sanctae Perpe-„ tuae Favent. salutem, et Apostolicam Benedictionem.

„ Militanti Ecclesie licet immeriti disponente Domino presi-„ dentes circa curam Ecclesiarum omnium sollertia reddimur inde-„ fese *sic* soliciti, ut juxta debitum Pastoralis officii earum occu-„ ramus dispendiis, et profectibus Divina cooperante clementia sa-„ lubriter intendamus. Sane Venerabilis Fratris Nostri Karoli Epi-„ scopi Imolensis conquestione percepimus, quod nonnulli Archie-„ piscopi et Episcopi aliique Ecclesiarum Prelati, et Clerici ac Ec-„ clesiastice Persone tam Religiose, quam etiam seculares, nec non „ Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, et Lai-„ ci, communia civitatum, universitates Opidorum, Castrorum, vil-„ larum, et aliorum locorum et alie singulares Persone Civitatum, „ et Diocesum, et aliarum partium diversarum occuparunt, et oc-„ cupari fecerunt Castra, villas, et alia loca, terras, domos, pos-„ sessiones, jura, jurisdictiones, nec non fructus, census, redditus, et „ proventus Ecclesie sue Imolensis, et nonnulla alia bona mobilia „ et imobilia spiritualia, et temporalia ad mensam suam Episcopa-„ lem spectantia occupant et detinent indebite occupata seu ea de-

(*b*) Ex lib. C. Arch. Episc.

„ tinentibus prestant auxilium, consilium, et favorem. Nonnulli e-
„ tiam Civitatum, Diocesium et partium predictarum, qui nomen
„ Domini in vacuum recipere non formidant, eidem Episcopo super
„ predictis castris, villis et locis aliis, terris domibus, possessionibus,
„ juribus, et jurisdictionibus, fructibus, ceosibus, redditibus, et proven-
„ tibus eorumdem, et quibuscumque aliis Bonibus *sic* mobilibus et imobi-
„ libus spiritualibus, et temporalibus ad eandem mensam Episcopa-
„ lem spectantibus multiplicias *sic* molestias, et injurias inferunt, ac
„ jacturas. Quare dictus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut jus
„ eidem reddatur valde difficile pro singulis querelis ad Apostolicam
„ sedem habere recursum, providere sibi super hoc Paterna diligentia
„ curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detemptores presum-
„ ptores, molestatores, et injuriatores hujusmodi illo volentes ei-
„ dem Episcopo remedio subvenire, per quod eorum compescatur
„ temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discre-
„ ptioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel
„ duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios etiam si sint
„ extra loca, in quibus deputati estis Conservatores et Judices. Pre-
„ facto Episcopo efficacis defensionis presidio assistentes non permitta-
„ tis ejundem *sic* super hiis, et quibuscumque aliis bonis et juribus ad
„ mensam predictam spectantibus ab eisdem, vel quibusvis aliis in-
„ debite molestari, vel eis gravamina seu dampna, vel injurias ir-
„ rogari et fieri dicto Episcopo, cum ab eo vel Procuratoribus su-
„ is, aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis et aliis Perso-
„ nis quibuslibet super restitucione hujusmodi Castrorum, Villarum,
„ Terrarum, et aliorum locorum, jurisdictionum, jurium, et Bono-
„ rum Mobilium, et Imobilium, reddituum quoque ac proventuum
„ et aliorum quorumcumque Bonorum, nec non de quibuslibet mo-
„ lestiis, injuriis, atque dampnis presentibus, et futuris, et illis vi-
„ delicet, que judicialem requirunt indasinem *sic*, sumarie, et de Pla-
„ no sine strepitu et figura judicii, in aliis vero prout qualitas ea-
„ rum exegerit justicie complementum, occupatores, seu detemptores,
„ molestatores, presumptores, et injuriatores hujusmodi, nec non
„ contradictores quoslibet, et rebelles cujuscumque dignitatis, sta-
„ tus, ordinis, vel condicionis extiterint, quomodocumque, et quo-
„ tiescumque expedierit, auctoritate nostra per Censuram Ecclesia-
„ sticam, appellacione postposita compescendo, invocato ad hoc, si
„ opus fuerit, auxilio Brachii secularis. Non obstantibus tam Feli-
„ cis recordacionis Bonifacii Pape octavi Predecessoris nostri *sic* in
„ quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem, et Diecesim, ni-
„ si in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine

„ sue Diocesis ad Judicium evocetur, seu ne Judices, et Conservatores a
„ Sede deputati predicta extra Civitatem, et Diocesim, nisi in certis ex-
„ ceptis casibus in quibus deputati fuerint, contra quoscumque proce-
„ dere, sive alii, vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam
„ dietam a fine Diocesis eorundem strahere *sic* presumant, dumodo ultra
„ duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, seu quod de
„ aliis quam de manifestis injuriis, et violentiis, et aliis quae judi-
„ cialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et non
„ id procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant,
„ quam aliis quibuscumque Constitutionibus a Predecessoribus no-
„ stris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis, et Conser-
„ vatoribus, quam Personis ultra certum numerum ad judicium non
„ vocandis, aut aliis editis, que nostre possent in hac parte juris-
„ dictioni aut potestati ejusque libero exercitio quomodolibet obvia-
„ re etc. Ceterum volumus, et Apostolica auctoritate decernimus,
„ quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium
„ inchoatum, quamvis etiam idem inchoans nullo fuerit impedimen-
„ to Canonico prepiditus *sic* etc. presentibus post biennum minime va-
„ lituris. Datum Avinione XVI. Cal. Novembris Pontificatus nostri
„ anno quarto.

„ Hospitale Sanctorum Dominici et Antonii extra portam Spu-
„ riliae erectum, cum redditus illius non sufficerent rebus suppe-
„ ditandis necessariis confluentium pauperum multitudini, Carolus
„ ut piarum eleemosinis adjuvaretur, concessis idcirco indulgentiis,
„ studiose instituit anno millesimo trecentesimo quadragesimo octavo:
„ sequenti vero (ut ex actis apparet) plura bona in emphyteusim
„ concessit Roberto Alidoxio suo germano fratri, quem Pontifex
„ post Lippum in vicariatu patriae substituerat. „

(4) Carolum a. MCCCLIV. superstitem adhuc fuisse ostendunt litterae AEgidii Cardinalis in Italia Legati hoc anno ad eum scriptae, quibus sententiam in Franciscum de Ordelaffis Foroliviensem, et Johannem Guillielmum de Manfredis Faventinum, urbesque ac loca illorum imperio subjecta, quod Ecclesiae Romanae urbes et castra invaserant, detinebantque, editam promulgare jubebatur (c).

XLVII. LITTUS ALIDOXIUS.

XXXIII. **L**ittus *Alidoxius* Canonicus, atque Praepositus Cathedralis *Imolensis*, fuit adlectus Episcopus an. 1354. 4. Kal.

(c) Tab. Arch. p. Faven. Q. 8776.

Februarii ann. 2. *Innoc. VI. Ep.* 9. *fol.* 27. *lib.* 1. *Reg. Vatic.* (1) Plura jura feudalia, quae Ecclesiae *Imolensi* deperierant, recuperavit (2). Diuturno tempore vixit *Littus*, fuitque *Urbani* Thesaurarius (3). Decessit vero anno 1389. (4), sepultusque est in Cathedrali cum hoc Epitaphio, multo post ad ejus memoriam decorandam exarato.

D. O. M.
LITTO IMOLAE EPISCOPO M. CC. LXXXIX.
FRANC . CARD . PAPIEN . BONONIAE FLAMINIAEQVE LEGATO MAX. PROVINCIIS FVNCTO M.D.XI·
OPITIO RAVENNAE CERVIAE CAESENAE BERTINORII GVBERN. M. D. IX. FRANC.
ALIDOXI CAESAR PATRVO AC PATRI
PP. M. D. LVII.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Quum antea Canonicatum in Cathedrali obtineret, inquit Manzonius (*a*). Verum fuisse illum ex Canonico Subdiacono Cardinale Ravennae electum Episcopum docet membrana Ravennatis Archiepiscopalis tabularii (*b*). Missa ad illum est a. MCCCLX. a Metropolita Ravennate Innocentii VI. Constitutio adversus Bernatovem de Comitibus (*c*). Petrocinum deinde Ravennatem Archiepiscopum cum Stephano Faventino consecravit a. MCCCLXII., eidemque obtenta ab Innocentio VI. facultate pallium tradidit (*d*).

(2) „ Littus certe apud Urbanum V. pro recuperando oppido (*e*) „ Consilicis, cujus incolae ab ejus potestate defecerant, enixe institit Consilicem, ut Imolensis Dioecesis oppidum, sic sub ejusdem episcopatus dominio semper extitisse antiquis monumentis perhibetur; immo tempore Episcopi Scribonii, anno nempe quingentesimo vigesimo supra millesimum etiam inter oppida agri Imolensis numerabatur, ut Scribonius ipse in Oratione ad Leonem X. indicavit. Caput Silicis etiam est appellatum; quod viam stratam

(*a*) *p.* 239.
(*b*) *p* 8311.
(*c*) *ibid. P.* 8231.
(*d*) Confer Tonducinm hist. Favent. P. III. p. 428.
(*e*) id. Manz. p. 240.

„ silicibus usque ad paludes Padusae exporrectam suis aedibus veluti quodam capite praemonstraret. In hoc oppidum Episcopi Imolenses temporalem jurisdictionem a prima usque hominum memoria exercuerunt, quam ipsi summi pontifices concessis privilegiis eidem Episcopatui sanxeruut, atque post transactionem initam inter episcopum Thomam et Imolenses anno ducentesimo sexagesimo septimo supra millesimum illud deinde ad centum annos fuisse pacifice possessum ab Episcopis ex pluribus documentis satis liquet; ipsaque investiturae renovatio ab episcopo fratre Matthaeo anno trecentesimo decimo quarto supra millesimum concessa Consilicensibus eorumdem episcoporum mixtum et merum imperium in idem oppidum apertissime testatur. Consilicenses igitur Alidoxiorum, Littique Episcopi dominatum pertimescentes ab Imolensis Episcopatus jurisdictione defecerant: quare Pontifex eodem anno, iteratis litteris Apostolicis, Avenione undecimo Kalendas Maji, et tertio nonas Junii datis ad Petrocinum Archiepiscopum Ravennae pro Sancta Sede in Provincia Romandiolae Vicarium generalem, castrum ipsum Litto Episcopo restitui praecipit; quarum litterarum tenorem subjungere placet, ex quibus notum fiet quae fuerit Episcopatus Imolensis in illud oppidum jurisdictio.

„ Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Petrocino Archiepiscopo Ravennat. in provincia Romandiolae pro nobis et Ecclesie Romane vicario generali salutem, et Apostolicam benedictionem. Nuper intellecto, quod homines castri Consilicis Imolen. Dioecesis spectantis ad Ecclesiam Imolen. rebellaverunt contra venerabilem fratrem nostrum Littum episcopum Imolen. tibi per litteras nostras mandavimus, ut dictum castrum nostro et Ecclesiae Romanae nomine statim ad manus tuas reciperes, teneres, ac etiam gubernares, donec tibi aliud mandaremus, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem nolimus, sicut nec velle debemus, quod dictum castrum extra manus dicti episcopi, seu suarum gentium diutius teneatur, volumus et fraternati tuae praecipiendo mandamus, quatenus dictum castrum praefato episcopo, cum ipse per se, vel gentes suas te duxerit requirendum, restituas indilate: interim tamen pro ipsius castri quiete, si qua in eo reformanda fuerint, studeas reformare, et provide disponere statum ejus. Datum Avenioni II. Kalendas Maji pontificatus nostri anno tertio.

„ Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Petrocino Archiepiscopo Ravennati in provinria Romandiolae pro nobis et ecclesia Romana vicario generali salutem, et apostolicam

„ benedictionem. Dudum per alias nostras literas tuae fraternitati „ praecipiendo mandavimus, quod castrum Consilicis Imolen. Dioe- „ cesis spectans ad Ecclesiam Imolen. quod contra venerabilem „ fratrem nostrum Litum episcopum Imolensem, et ejus officiales „ rebellaverat, ad manus tuas nomine Romanae ecclesiae recipe- „ res, et teneres, ac gubernares, donec tibi aliud mandaremus: de- „ inde dictae fraternitati per alias nostras literas praecipiendo man- „ davimus, quod cum nollemus, sicut nec velle deberemus, quod „ ipsum castrum extra manus dicti Episcopi, et suarum gentium „ diutius teneretur, illud praefato episcopo, cum ipse per se, vel „ gentes suas te requireret, restitueres indilate; et interim pro i- „ psius castri quiete, si qua in eo reformanda existerent, reforma- „ res, ac provide disponeres statum ejus: cum autem in talibus mo- „ ram committere non sit tutum, immo potius periculum commine- „ tur, volumus et districtius eidem fraternitati praecipiendo man- „ damus, quatenus in receptione, quantum in te fuerit, et refor- „ matione, ac restitutione dicti castri, et ejus arcis eidem episcopo, „ seu suis gentibus facienda, moram, quae possit ad se periculum „ trahere, non committas. Dat. Avenioni tertio nonas junii ponti- „ ficatus nostri anno tertio „.

A. MCCCLXXII. novis Litus pro Consilice curis obrutus fuit. Erant enim „ qui oppidanos, et universitates (*f*) Consilicis, San- „ cti Patricii, aliorumque locorum suae temporali jurisdictioni ad- „ dictorum distrahere contendebant, ne salem a Ministris Episco- „ palibus emerent, cujus controversiae judex a Gregorio XI. Ponti- „ ficatus anno tertio, qui Urbano V. successerat, constitutus est Car- „ dinalis Sanctae Mariae in *Transtyberim* Sedis Apostolicae in Italia „ generalis vicarius datis ad eum Apostolicis literis Avenione tertio „ Kalendas Julii Pontificatus anno tertio.... Interim Gregorius idem „ XI. Beltrandum Alidosium Liti fratrem in Vicarium Imolae pro „ Sancta Sede confirmavit, quem deinde in possessionem arcis indu- „ xit apostolica authoritate Bernardus episcopus Bononiensis, ad „ quem idcirco literas dederat Guillelmus Cardinalis Sancti Ange- „ li pro Pontifice in Italia vicarius generalis anno millesimo tre- „ centesimo septuagesimo septimo, quibus Litum ipsum ejusque ne- „ potes pontificio nomine illi commendavit.

(3) „ Utque (*g*) veteres inimicitiae ac simultates inter oppida- „ nos de Codrunco „ et incolas loci de Bastita, qui omnes jurisdi-

(*f*) Manz. p. 244.
(*g*) Manz. p. 246.

„ ctioni temporali episcopatus Imolae suberant, tollerentur, hujus „ negotii arbitri, Lito procurante, lecti sunt consules et antiani „ Bononiae, paxque per laudum ab iisdem latum firmata fuit, reser- „ vatis juribus Episcopalibus, additumque est, quod homines de Co- „ druncho oriundi, sive in Bastita habitarent, sive in Burgo, fideli- „ tatis juramentum in Episcopalium ministrorum manibus praestare „ tenerentur; quae omnia Litus Romae degens per Carolum Alido- „ xium procuratorio nomine agentem probavit decimo sexto Kalen- „ das Novembris anno millesimo trecentesimo septuagesimo nono, „ quo episcopatui cessit„.

(4) Manzonius tamen (*h*) Codicem Episcopalis Archivi appellans anno jam 1382. Litum obiisse adfirmat. Cur ergo in Epitaphio, quod ab Ughellio redditum legimus, annus adscribitur M. CCC. LXXXIX? Liti Sigillum vide a Mannio illustratum (*i*).

XLVIII. MARINUS.

XLVIIII. GUILLELMUS *Alidosius*.

XXXIV. *Guillelmus Alidosius* (1) Archipresbyter *S. Mariae de Silvestra*, paullo ante Episcopus *Cerviensis*, ad hanc Ecclesiam translatus est 1383. ex cessione *Lithi* (2). Vix integrum in ea dignitate annum transegit (3); in ea siquidem civitate contagioso morbo grassante interiit.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Ante Guillelmum appellandus fuerat Marinus, de quo haec Manzonius (*a*).

„ Marinus Urbani VI. Camerarius Imolensi Ecclesiae praefici- „ tur anno millesimo trecentesimo octogesimo, cujus Pontificis autho- „ ritate nonnulla oppida ac bona in suam Ecclesiaeque potestatem „ vindicavit, quae Carolus et Georgius Alidosii occupaverant, quos „ ad injuriarum damnorumque compensationem suo Pontifex man- „ dato adegit. Apparent ejusdem litterae Apostolicae in Episcopali „ tabellario asservatae, quarum tenor est.

(*h*) p. 247.
(*i*) In Sigil. T. 1. p. 83.
(*a*) p. 247.

„ Urbanus Episcopus servus rervorum Dei. Venerabili fratri Ma-
„ rino Episcopo Imolensi Camerario nostro salutem et Apostolicam
„ benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod Carolus,
„ et Georgius de Alidosiis fratres nonnulla castra et bona ad Ec-
„ clesiam Imolensem spectantia praesumptione temeraria occupa-
„ runt, atque detinent indebite occupata in ipsius Ecclesiae de-
„ trimentum et suarum periculum animarum. Nos igitur volentes,
„ sicut ex debito tenemur pastoralis officii, indemnitatibus dictae
„ Ecclesiae de optimo remedio providere, fraternitati tuae per Apo-
„ stolica scripta committimus, et mandamus, quatenus eosdem Ca-
„ rolum et Georgium authoritate nostra Ecclesiastica ex officio per
„ te, vel alium seu alios sub excommunicationis, et aliis poenis et
„ sententiis, de quibus eidem Fraternitati videbitur, moneas, ut in-
„ fra certum peremptorium terminum competentem, quem eis du-
„ xeris praefigendum, prout ad ipsorum quemlibet pertinet, hujus-
„ modi castra et bona per eos, ut praemittitur, occupata effectualiter
„ restituant, ut tenentur, et attemptata per eos in praejudicium dictae
„ Imolensis ecclesiae in statum pristinum revocent, ac de injuriis et
„ damnis satisfaciant, ut tenentur, vel in terminum coram nobis
„ personaliter compareant allegaturi causam rationabilem, quare ad
„ praemissa minime teneantur. Quod si forsan hujusmodi monitio-
„ ni parere contempserint, ex tunc in eos, et eorum quemlibet ex-
„ communicationis, et alias poenas, et sententias in rebelles, et ino-
„ bedientes ac sacrilegos, et rerum Ecclesiasticarum, et praesertim
„ Romanae Ecclesiae terrarum, et bonorum occupatores, et deten-
„ tores tam a jure, quam ab homine inflictas et promulgatas etiam
„ ad privationem, et confiscationem omnium et singulorum bonorum
„ mobilium, et immobilium, et inhabilitationem personarum vide-
„ licet ad successiones, honores, dignitates, et officia authoritate prae-
„ dicta promulges, alias contra eos, et quemlibet ipsorum procedas,
„ prout tibi visum fuerit expedire, contradictores per censuram Ec-
„ clesiasticam authoritate nostra, appellatione postposita, compe-
„ scendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis,
„ non obstante si eidem Carolo, et Georgio, vel quibusvis aliis com-
„ muniter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod inter-
„ dici, suspendi, vel excommunicari, aut ad judicium evocari non
„ possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam,
„ ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum
„ Romae apud Sanctum Petrum undecimo Kalendas Septembris an-
„ no quarto „.

„ Biennio hic administratione peracta Tarentinae Ecclesiae prae-

„ ficitur decimo tertio Kalendas Maji anno millesimo trecentesimo „ octogesimo secundo. Clara de eo mentio habetnr in Bulla Urba- „ ni VI. decimo tertio Kalendas Maji pontificatus ejusdem anno quin- „ to, per quam, Marino ad praedictam cathedram translato, assumi- „ tur ad Imolensem Guillelmus, seu Gulicmus„.

(2) 1382. XIII. Kal. Maji non ex cessione Litbi, sed ex translatione Marini, ut modo ex Manzooio intelleximus. Salustrae vero Archipresbyteratum Johannello Minutulo Pontifex contulit. Manzonius testes hac de re Urbani litteras profert, quae hujusmodi sunt (b).

„ Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus Fra- „ tribns Bitontino, Nolano, ac . . . . Molfien. Episcopis salutem et „ apostolicam benedictionem. Vitae ac morum honestas, aliaque pro- „ bitatis ac virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius „ Johannellus Minutulus Archipresbyter Ecclesiae Sanctae Mariae „ de Salustra Imolensis Dioecesis fide digno commendatur testimonio, „ nos inducnnt, ut sibi reddamur gratiarum liberales etc. Cum ita- „ que Archipresbyteratus Ecclesiae Sanctae Mariae praedictae, qnam „ *Venerabilis frater noster Guillelmus Episcopus Imolensis tunc electus Cer- „ vien. etc. tempore promotionis per nos factae de ipso ad Ecclesiam Cervien.* „ etc. tuno pastore carentem, obtinebat etc. Nos, qui postea dictum „ Guillelmum Episcopum tunc electum a vinculo quo dictae Cer- „ vien. Ecclsiae tenebatur, de potestatis plenitudine absolventes i- „ psum ad *Ecclesiam Imolensem* tunc vacantem apostolica authoritate „ transtulimus, praeficiendo eum ipsi Imolensi Ecclesiae in Episco- „ pum, et pastorem, et eidem Episcopo *munus Consecrationis apud Se- „ dem Apostolicam* impendi fecimus etc. praedictum Archiepresbyte- „ ratum, *qui curatus et principalis dignitas in dicta Ecclesia Sanctae Ma- „ riae existit etc.* Apostolica dicto Johannello authoritate contulimus „ etc. non obstantibus etc. seu si episcopo Imolensi pro tempore e- „ xistente et dilectis filiis capitulo *dictae Ecclesiae Sanctae Mariae* „ etc. a dicta sit sede indultum etc. Datum Romae apnd Sanctum „ Petrum decimo secundo Kalendas Junii pontificatus nostri anno „ quinto „.

(3) Immo vix paucos menses; obiisse enim Guillelmum ipso illo anno MCCCLXXXII. „ testantur tabulae Matthaei de Strata (c) „ die vigesima secunda Decembris ejusdem anni, in quibus asseri- „ tur, *RR. Patres Litum et Gulielmum Alidosios Episcopos Imolenses fuis-*

(b) p. 250.
(c) Manz. *pag.* 252.

„ *se proxime defunctos*; eamque sedem vacasse adhuc intra annum „ millesimum trecentesimum octogesimum tertium, inde liquet, quod „ tunc temporis eidem praeerat Vicarius Capituli Frater Martinus „ Episcopus Laodicensis „.

L. JACOBUS CARAFFA.

XXXV. *Jacobus Caraffa* eamdem dignitatem adeptus est 1384. (1).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) 1383. Quo autem hujus anni mense, exploratum non habeo. Hoc unum scio, eo anno XXIII. Februarii D. Fratr. Martinum Episcopum Lodociensem in quadam Capituli membrana (*a*) appellari Vicarium Capitularis Ecclesiae propter vacationem Episcopi, die autem Novembris XVI. Jacobi (absentis tamen) monumenta extare (*b*). „ Eo autem anno, inquit Manzonius (*c*), in sua residens Dioe„ cesi, cum variis ipse distentus esset curis, Romamque de proxi„ mo profecturus esset, ut debita obsequii officia summo Pontifici „ Urbano VI. praestaret, nec statim posset Ecclesiae Sancti Johan„ nis Baptistae oppidi Bagnariae tunc ex resignatione vacanti no„ vum substituere rectorem, eam probato Sacerdoti commendavit, „ quem etiam redditunm ac jurium ejusdem ecclesiae administrato„ rem constituit. Biennio absens ecclesiam administravit „. Ceterum Clemens VII. Antipapa XIV. Kal. Julii a. 1384., quum apud Villam novam Avenionensis Dioecesis moraretur, ad Bertrandum litteras dedit, quibuscum Episcopum Imolensem designavit. *Quoniam vero Bertrandus*, ut ille ait, *propter detestabile scisma, quod ille vir pestifer Bartholomaeus olim Barensis Archiepiscopus in Sede Apostolica per impressionem, et violentias notorias intrusus* (ita Urbanum VI. legitimum Pontificem ipse *Pseudo-Papa* appellat) *in Dei Ecclesia dampnabiliter suscitavit, possessionem dictae Ecclesiae apprehendere, fructusque, redditus, et proventus ad Mensam Episcopalem pertinentes de presenti percipere non posset*, ei indulsit, ut Canonicatum, Praebendamque, qua in

(*a*) *Fascic. IX. n.* 73.
(*b*) *Fasic. IX. n.* 75.
(*c*) *p.* 254.

Turonensi Ecclesia fruebatur, ac Paroeciam S. Johannis de Ulmaserna Carnotensis Dioecesis retineret. Jussit etiam per litteras Clemen. Turonensem Archidiaconum, Decanum S. Agricolae Avenionen. Dioecesis, atque Officialem Carnotensem operam dare, ut Bertrandus illorum Beneficiorum redditibus potiretur. Idem Bertrandus a. quoque 1387. mense Junio, quo Clemens sex ei flore nos persolvi curavit, *Imolensis electus* dicebatur.

LI. EMANUEL FIESCUS.

XXXVI. *Emanuel Fiescus Januensis* (1) anno 1385. (2) memoratur in Bulla *Urbani VI.* an. 9. id. Decembris Bertinorii Praefectus fuit. Decessit 1390. (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Antonius Scala fuisset Episcopus Imolensis ab anno 1384. ad an. 1387. si Alidosio *de Episcop. Bonon.* p. 37. fides esset adhibenda. Verum expungi illum omnino jubent Jacobi, et Emmanuelis epochae certissimis tabulis nixae.

(2) MCCCLXXXVII. Idibus Decembris, si Manzonio fides habeatur. At Vaticana regesta eum jam 31. Augusti a. 1386. Episcopum exhibent. „Eumdem commemorant Acta (a) sequenti anno die de„ cima Maji, quo Canonici rectorem Sancti Johannis Baptistae op„ pidi Bagnariae ab iisdem electum in Canonicum Emmanueli Epi„ scopo praesentandum decreverunt, ut ab eodem electio probare„ tur „.

(b) (3) „ Et ad istud usque tempus superstitem fuisse conjicimus; „ quod cum summus Pontifex gesta contra Commune Imolae per An„ tonium Abbatem Sanctae Mariae in Cosmedim utpote schismati„ cum infirmasset, Abbas Ubertus de Novaria ejusdem Emmanuelis „ Vicarius generalis (c) eodem anno affuit novae concessioni, qua „ antiquo Imolenses, primoque juri super Massam Sancti Paulli, „ quam Massam Lombardorum appellant, restituti sunt „.

(a) p. 255.
(b) p. 256.
(c) Id muneris sub initium Episcopatus generat Raymundinus de Flisco Clericus Januensis.

LII. ANTONIUS DE CALVIS.

XXXVII. *Antonius de Calvis Romanus*, Canonicus *S. Petri* Romae ad eamdem Sedem promotus est 1390. id. Oct. (1). Deinde translatus est ad *Ecclesiam Tudertinam* 1396. (2): postea etiam creatus Cardinalis ab *Innocentio VII.* Pontifice an. 1405. (3).

Additio F. A. Zacchariae.

(1) X. Octobris ex Vaticanis Regestis. „ Oppidanos Castri Saxileonis (a) episcopali mensae solvere pertinaciter detrectantes „ consuetam frumenti et albae, ut ajunt, annonae mensuram, qua „ tenebantur ob jus decimarum nomine feudi ipsis ab Episcopo Henrico II. concessum anno centesimo octogesimo tertio supra millesimum, perstringi anathemate, ipsumque castrum, et universitatem „ ecclesiastico interdicto subjici adhuc absens jussit, quos deinde resipiscentes absolvi ac interdictum tolli permisit, facultate ad hoc „ facta ab ipsius Vicario Generali Andrea de Colestate fratri Dominico de Bononia, qui Archiepiscopus Ephesinus erat, atque Ecclesiae Sancti Martini de Crovaria Imolensis Dioecesis rector, praemissa tamen per oppidanos ipsos annui census fideliter praestandi. „ Acta haec fuere anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo nonis Maji Bonifacio IX. summo Pontifice, atque in eorumdem actorum autographo habetur expressum nomen Antonii de Calvis de „ Roma Episcopi.

(b) Interea cum Antonius episcopus fuisset ab eodem Pontifice „ registrator, ut vocant, supplicationum constitutus, suum ad residentiam accessum protraxisse inde conjicimus, tum quod anno trecentesimo nonagesimo tertio supra millesimum litteras ad Andream „ de Tuderto a se in novum Vicarium generalem electum ex urbe „ Perusio dederit, tum quod, eodem Vicario permittente, supra memoratus Archiepiscopus Ephesiuus frater Dominicus sacras ordinationes in Cathedrali Imolae habuerit eodem anno pridie Kalendas „ Junii.

„ Post haec Antonium eodem anno trecentesimo nonagesimo tertio supra millesimum ad suam Ecclesiam accessisse, commonstrant

(a) Manz. p. 257.
(b) Manz. p. 259.

„ tabulae, quibus ineunte januario sequenti Joannem praepositum a
„ biennali debito pro bonis Ecclesiae sancti Michaelis de Campiano
„ eidem locationis titulo concessis absolvit, cui pariter aedificatio-
„ nis coepti sacelli sanctae Margaritae perficiundae facultatem prae-
„ buit „.

(2) XXII. Decembris.

(3) Confer Oldoinum in Historia Cardinalium.

LIII. JACOBUS GUIDOTTUS.

XXXVIII. *Jacobus Guidottus* nobilis *Bononiensis* filius *Philippi*, Referendarius Apostolicus Papae *Bonifacii IX.* nuncius spoliorumque Collector, ab eodem Pontifice adlectus est *Imolensis Episcopus* 1396. XI. Kal. Januarii (1). Decessit 1399.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Diu tamen a sua Ecclesia abfuit, quam fere suorum opera Vicariorum rexit.

LIV. NICOLAUS DE ASSISIO.

XXXIX. *Nicolaus* de *Assisio* electus Episcopus *Urbevetanus* quum esset Episcopus *Agrigentinus* in *Sicilia* ad *Imolensem* Ecclesiam translatus est 1399. non. Septemb. (1) Decessit 1402. *ex lib. Consist.* (2).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Haec de eo Manzonius (a). „ Praeter probitatis ac pruden-
„ tiae praerogativas hoc tantum de Nicolao novimus, eumdem scili-
„ cet indemnitati jurium suae ecclesiae sedulo intentum postero an-
„ no coram suo Vicario generali (erat is Fr. Ubertus de Novaria Abbas
„ Monasterii S. Mariae in Regula, quo se nomine inscribit a. 1401.
„ 25. Novemb. in membrana apud Illmum. Comitem Julium Saxatelli)
„ laudum insinuari jussisse, quod sedente Lito praedecessore, pronun-

(a) p. 261.

„ ciaverant Consules, et Antiani Bononiae, arbitri electi inter op-„ pidanos Codrunci, et populares de Bastita, quos omnes jurisdi-„ ctioni temporali episcopatus Imolensis subditos declararunt „. Anno MCCCCI. missus est a Bonifacio IX. in Germaniam; cujus rei extat Ruperti Regis testimonium in epistola ad eumdem Bonifacium XLVI.„ ubi Nicolaum Nuncium ad se missum commemorat (b).

(2) Illud vero non omittendum, quo anno Nicolaus a Bonifacio IX. Imolensis Episcopus dictus est, eodem a Benedicto XIII. Franciscum Nissiensem Imolensi Ecclesiae praefectum fuisse. Quare anno MCCCXCIX ejus mentio fit in Actis Pisani Concilii apud Marteoium (c). Vaticana Regesta ejusdem anni 1400. 25. Maji, et 1403. 5. Decembris meminere.

LV. HERMANNUS.

XL. *Hermannus* e Castello *Durante* de *Brancaleonibus*, quem liber Provis. Praelat. sub *Bonifacio IX. Urbevetanum Clericum* appellat, ex Praeposito hujus civitatis adlectus fuit Episcopus anno 1402. die 23. Mens. Augusti (1). Decessit 1412. Tessera *Brancaleonae* familiae Leo caeruleus in aurea parma.

Additio F. A. Zaccariae.

„ (1) Retenta (a) ex dispensatione Bonifacii IX. praepositura „ usque ad annum quadringentesimum quartum supra millesimum, „ qua tum ab eo libere resignata, canonici, ad quos praepositi ele-„ ctio spectabat, successorem delegerunt; nominationem pariter ac „ praesentationem, ipso Hermanno probante, ac institutionem succes-„ soris confirmante, cui quidem actioni inter alios affuisse legitur frater Marcus Prior Monasterii S. Eustachii de Imola. Valde carus, „ et acceptus fuit summis Pontificibus Innocentio VII. et Gregorio „ XII. „. Duos ejus Vicarios reperio, Bonifacium scilicet de Castro „ Durantis Clericum a. 1402., et Onuphrium de Durante Canoni-„ cum Ecclesiae S. Cassiani a. 1412. X. Martii.

(b) Apud Martenium T. 1. Thes. Anecd. col. 1680.
(c) *T. VII. Collect. ampliss. col.* 635. 640. et 645.
(a) Manz. p. 262.

LVI. PETRUS de HONDEDEIS.

XLI. **P**etrus de *Hondedeis*, seu *Landedeis Pisaurensis Zonghi* nobilis civis filius, *Hondedei* gentilis, ad quem *Joan. XXIII.* in hunc modum scribit: *Johannes* Episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro *Hondedeo Domicello Pisaurensi* salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae Sedis copiosa benignitas etc. Datum apud *S. Antonium* extra muros *Florentiae* 3. Non. Novemb. Pontif. an. 4. = Originalem vidimus apud *Zongam Hondedeum Capitolinae* Curiae primum Collateralem. In Bulla ipsa multae immunitates, et privilegia a *Joanne* Pontifice *Hondedeo* conceduntur ob egregia pro Ecclesia *Romana* ab ipso ejusque familia navata opera, quibus *Petrus* ex Canonico *Pisaurensi* ab eodem *Joanne XXIII.* creatus est Episcopus *Imolensis* ex decessu *Hermanni* anno 1411. (1). 10. Kal. Junii (2). Consecravit Ecclesiam *Cruciferorum*, vixitque usque ad annum 1450 (3). Parmam tulit *Petrus* caeruleam bove aureo rampante expunctam.

„ Hunc aliquando vicaria opera functum fuisse in gre-
„ ge *Bononiensi* pro *B. Nicolao Albergato* Card. Episcop. *Bonon.*
„ habetur ex *Cicconio* nov. edit. *Oldoini* tom. 2. column. 554.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Corrige MCCCCXII.

(2) „ (a) Prima quae ex actis innotescat Petri actio ea est, quod
„ anno millesimo quadrigentesimo sexto decimo votis annuit praepo-
„ siti cathedralis petentis sibi facultatem concedi testamentum de
„ suis bonis mobilibus condendi: quare jure optimo error eorum re-
„ fellitur, qui huic sedi astruunt ascititium Episcopum quem appel-
„ lant Thomam Accarisium anno millesimo quadringentesimo decimo
„ tertio. Nulli interea labori parcens Petrus pro tuenda Episcopatus
„ re ac libertate a Pontifice obtinuit, ut nullis solvendis collectis, nul-
„ lisve aliis oneribus subeundis obnoxius esset, quod per litteras Bono-
„ niae datas idibus Aprilis anno millesimo quadringentesimo vigesimo

(a) Manz. p. 265.

„ Ludovico Alidosio significavit. Praeposituræ in Cathedrali redditibus „ ob excitatos bellorum tumultus imminutis, fructus capellae sanctae „ Crucis, ad extremam usque vitam tunc temporis eam dignitatem „ obtinentis adjunxit, eique duobus interjectis annis sanctae Marga- „ ritae sacerdotium commendavit „. Basiliensi concilio intererat a. M. „ CCCCXXXI. (*b*). Inde redux inter alia „ (*c*) consecrationi Joannis de „ Podio Episcopi Bononiensis una cum sancto Antonino Archie- „ piscopo Florentino, et cum Episcopo Ferrariensi in aede sancti „ Michaelis in Busco operam dedit nonis Maji anno millesimo qua- „ dringentesimo quadragesimo septimo. Sequenti vero 6. Martii „ Ecclesiam sanctae Crucis Canonici, ad quos ea spectabat, or- „ dini Cruciferorum, qui ad aedem Sancti Spiritus primam statio- „ nem habuerant, donationis titulo concessere, eo injuncto onere, ut „ quotannis cathedrali Ecclesiae in festo S. Cassiani cerеam facu- „ lam recognitionis causa pendere tenerentur quam concessionem pro- „ bavit Petrus pridie non. Martii anno millesimo quadringentesimo „ octavo . . . Conclamantibus hominibus de Selustra, gravis inter „ ipsos ex una parte, et Archipresbyterum sancti Laurentii Imolae „ ex alia parte orta est dissensio: unierat jam Martinus V. anno „ quadringentesimo vigesimo septimo supra millesimum archipresby- „ terali eidem plebem Sanctae Mariae de Selustra; cumque exinde „ plura paterentur incommoda, qui illi paroecie suberant, renue- „ retque Archipresbyter Sacerdotem pro animarum cura constituere, „ ad summum Pontificem illi provocarunt, qui Petro rem cognoscen- „ dam peculiari delegationi commisit, facultate ei facta unionem prae- „ dictam dissolvendi ac revocandi, datis ad eum apostolicis litteris „ nonis Septembris anno eodem quadringentesimo octavo supra mil- „ lesimum: quare Petrus, juribus perpensis, plebem praedictam ab „ Archipresbyterali sancti Laurentii Apostolica authoritate sejun- „ xit anno millesimo quadringentesimo quadragesimo nono; postero „ vero eidem idoneum rectorem designavit „.

(3) „ Circa initium Martii (*d*); sepultus autem est in Cathedrali „ prope sacellum sancti Petri Chrysologi in sarcophago intra murum „ elato, cui sequentes versus legebantur inscripti.

„ Hoc tua sublimi sub marmore membra quiescunt
„ Doctor eximie, quem pagina sacra decore

(*b*) Vide Martenii amplissimam Collectionem T. VIII. col. 7. et Mansium T. IV. suppl. ad Conc. Veneto-Labbè col. 208.
(*c*) Manz. p. 267.
(*d*) p. 268.

„ Jus utrumque simul pretiosa praeconia, neo non
„ Lustrant: Pensaurus eras, nunc Imola gaude
„ Episcopo celebri Petro, noscensque meatus
„ Mens sua sydereos in propria regna tetendit
1450.

LVII. FR. GASPAR.

XLII. *Frater Gaspar de Castello S. Joannis in Persiceto Dioec. Bononiensis* ex ordine Praedicatorum (1). Ob vitae sanctimoniam, claritudinemque doctrinae Nicolao V. Pontifici unice carus (2) ad hanc eamdem Sedem evasit 1450. die 20. Mensis Maji (3). Tanta vero sollicitudine, probitatisque exemplo per septem annos *Imolensem* administravit Ecclesiam, ut plures ex pia quadam credulitate (4), illum in album beatorum retulerint (5). Ferrariae decessit, sepultusque est in Ecclesia S. Mariae Angelorum (6), ut refert Leander Albertus (7). Hic Episcopale Palatium restauravit. Ejus vitam brevi elogio conscripsit Vespasianus Florentinus in virorum illustr. lib. (8).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Quem tradunt ex Sighicella familia ortum (a).

(2) „ (b) Cum quo dum ipse Nicolaus (qui tunc Thomas Sarzanensis appellabatur) adhuc pene in minoribus inter familiares „ domus Albergatorum Beato Nicolao Cardinali Albergato a secretis „ erat, intimam familiaritatem contraxerat.

(3) Immo idibus Aprilis. Confer Bremondium in Bullario Domi„ nicano (c)„. Nam eodem anno decima octava die Aprilis aliquot „ bona ab ipso fuisse in emphyteusim concessa constat „.

(4) Quae pro Canonicis egit, dissert. IV. narravimus. „ Ceteris „ ejus (d) virtutibus in agendo quoque solertia, et dexteritas acces„ sit, quibus controversias inter Bononienses et Thaddaeum Manfre„ dum exortas prudentissime composuit anno millesimo quadringen-

(a) Manz. p. 270.
(b) ibid.
(c) T. III. p. 332.
(d) Manz. p. 278.

„ tesimo quinquagesimo septimo „. Huc spectat Cardinalis Bessarionis ad eum data epistola, quam ex autographo in aedibus Illustrissimi D. Julii de Saxatellis adservato heic reddere libet.

„ Bisarion Kardinalis Fratri Gaspari Ordinis Predicatorum
„ Episcopo Imolensi S. D.

„ Reverende in Christo Pater, amice noster karissime. Vidimus „ que ad nos vestra Paternitas scripsit se tractasse quom *sic* Domino „ Thadeo (e); que omnia nobis placent et gratissima sunt et nobis „ et universis his regiminibus: sancta quippe sunt et optima pro pa- „ ce et quiete tam hujus nostre Civitatis quam illius Imolensis: „ pro qua re vestre paternitati gratias agimus que bonum opus ope- „ rata est, quemadmodum fide ocullata nos fact. non ambigimus. „ Consuetudinis enim vestre est talem se in hac re ardua exhibe- „ re, qualem necessitas requirit: inde est quod percipimus ex hac „ vestra adhibita sollicitudine non mediocriter nos amari, et popu- „ lorum incolumitatem a perturbationibus servari que facile immi- „ nent: nihil enim tam celeriter accidit quam populorum seditio, et „ insipientium temeritas, que nisi prudentum consilio compescantur, „ funditus regna et provintias evertunt. Quod autem ut scribitis „ vel nos aliquem illum mittamus, vel inde huc aliquis pro re fir- „ manda veniat, prima facie nobis videtur, ut inde potius aliquis „ huc adveniret, et ita hortari deberetis D. Illustrissimum (f). „ Quod si aliter forte videatur vestre paternitati, rescribatis, et rei „ providere videbimus. Ex Bononia ultimo Julii 1454.

„ B. Kardinalis Tusculanus Bononie Legatus.

(5) „ Ejus imago (g) cum radiis circa caput depictis cernitur „ Bononiae in conventu sancti Dominici in ambulacro inferiori hac „ addita epigraphe = *Beatus Frater Gaspar Episcopus Imolensis*.

(6) In communi sepulchro fratrum suorum, quemadmodum ex singulari animi demissione jusserat, tumulatus (h).

(7) De viris Illustribus Ord. Praed. lib. III. p. 125.

(8) Agunt de eo, praeter Leandrum Alberti (i), Alidosium de Episcop. Bonon. (k), et Fontanam (l), Quetisius et Echardus in Bi-

(e) Manfredum intellige.
(f) Eumdem Manfredum designat.
(g) Manz. p. 270.
(h) ibid.
(i) *De Vir. Ill. Ord. Praed. lib. 3. p.* 128.
(k) *p.* 55.
(l) In Theatro Dominic. *p.* 205.

bliotheca Patrum Praedicatorum: scripsit enim Gaspar I. summam adversus haereses, II. Summam casuum conscientiae, III. Commentarios in octo Physicorum Aristotelis libros IV. item Commentarios in IV. libros sententiarum. Addam tamen elogium, quo Gasparem exornat in Annalibus Bononiensibus (m) Fr. Hieronymus de Bursellis. *Hic Dominus Gaspar Magnus Philosophus et Theologus fuit Religionis observantiae.*

LVIII. ANTONIUS CASTELLANUS.
LIX. JOHANNES DATUS.

XLIII. *Antonius Castellanus* a *Volta* filius *Zeni Bononiensis* Canonicus patriae suae, universitatis eximius doctor, Protonotariusque Apostolicus, *Imolensis* Episcopus adlectus est (1) 1457. die 7. Mensis Octobris (2) *Callisto III.* Pontifice sedente. E vivis exemptus est anno 1471. mense Decembri (3). Aliqui post *Antonium* in *Imolensium* Episcoporum seriem quemdam *Joannem Datum Augustinianum* virum doctissimum reposuerunt, quos constat manifestissime falli (4): reperio enim *Gregorium* statim (5) *Antonio* successisse (6). Tametsi haud negaverim potuisse *Joannem* alterius Ecclesiae dignitate fulgere, hincque praebuisse occasionem errandi iis, qui oscitanter solent Praesulum Ecclesiarum intexere series.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) De eo plura dissert. IV.

(2) XVI. Kal. Octobris Reg. Vaticanis.

(3) Ex actis Legationis Bononiensis Card. Sabellii constat a. 1470. XII. Septembris Imolensem Ecclesiam vacasse. Mortuus ergo jam tum erat Antonius, dum Episcopali palatio amplificando intentus erat.

(4) Fallitur tamen ipse manifestissime. „ Ipsius enim(o)ad Episcopatum Imolensem electionem testatur prae ceteris Ambrosius „ Coriolanus ejusdem Ordinis Prior Generalis ac celebris scriptor, „ Joanni ipsi synchronus, et collega in suo opere, cui titulus: *Defensorium Ordinis Eremitarum*, quod eidem Sixto IV. dicavit impressum Romae anno quadringentesimo octogesimo primo supra millemum, decennio scilicet post obitum Joannis, in quo virorum do-

(m) *T. XXXIII. Rer. Ital. p.* 890.

(o) Manz. p. 281.

„ doctrina illustrium, ac scriptorum sui ordinis elogia referens haec „ habet de Joanne.

„ Magister Joannes Datus de Imola. Hic profecto vas scientia„ rum erat, acerrimus disputator, memoriosus valde, AEgidianae „ disciplinae defensor, parum facundus, subtilis multum et copiosus; „ de attributis, de priori, et posteriori, de potentiis animae et ali„ is multis materiis tractatus composuit contra Faustum, de Trini„ tate, et alia multa Augustini volumina in conclusiones reduxit. „ *Moritur satis juvenis, et Imolensis episcopus electus.*

„ De eo tamquam Episcopo electo meminere quoque Joseph Pam„ philus, et Nicolaus Crusenius Chronistae Augustiniani.

(5) *Georgium* scribere debuit Ughellius.

(6) Sed animadvertere debuerat, electum quidem Johannem, sed suae consecrationi praemortuum fuisse: tunc intellexisset nihil in eo aut absurdum, aut mirum, quod in actis nulla ejus mentio fiat, sed Georgius Antonius *αμεσως* successisse videatur.

LX. GEORGIUS DE BUCHIS.

XLIV. *Gregorius* (1) de *Buchis Carpensis* (2) Referendarius, Episcopusque *Sebastae* ad hanc Ecclesiam translatus est anno 1471. (3). Hic duas in Cathedrali instituit dignitates, Archidiaconatum scilicet, et Archipresbyteratum prima jus Patronatus est *Brocardiae* gentis, secunda vero nobilium *de la Bordella* (4). Ex auctoritate Pontificia Plebaniam *S. Michaelis* Canonicis perpetuo junxit, juraque omnia, quae ad ipsam videntur spectare (5). Imaginem *S. Mariae de Subsidio* benedixit, consecravitque, inque Ecclesiam *Sancti Nicolai* Fratres Praedicatores introduxit (6). Decessit anno 1479. (7).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) *Gregorius* hic Praesul non vocabatur, sed *Georgius*.

(2) Eum inclytae Minorum Conventualium Familiae adscriptum, et sacrarum litterarum Professorem fuisse, ait Hieronymus Bonolius ejusdem Ordinis in Historia Lugiensi (a).

(a) p. 353.

(3) Pridie nonas Octobris. „ Itaque Georgius (b) Romae apud „ Pontificem degens, humanissimis litteris datis ex apostolico palatio „ canonicis electionem de se factam, animi benevolentiam ac studium significavit, nec multo post Imolam adventans Episcopatus „ possessionem inivit . . . Anno MCCCCLXXIII. (c) Ecclesiam Sanctae Mariae novae, quam jamdudum Ludovicus Alidosius Imolae „ pro Sancta Sede Vicarius, ac princeps in eadem urbe a fundamentis extruxerat, ipseque Georgius episcopus solemniter dedicarat, sodalitio sub invocatioue Corporis Christi paulo ante erecto „ Sixtus IV. P. M. adjunxit..... Eo praeterea procurante Hieronimus „ Riarius pro Saocta Sede Imolae Vicarius, dum Romae commoraretur, a Summo Pontifice Indulgentias cum facultatibus in Jubilaeis concedi solitis obtinuit proximo an. MCCCCLXXIX. pro iis, „ qui annis deiode quindecim pro refectione Ecclesiarum Saoctorum „ Cassiani, Nicolai, Francisci intra Urbem, et Sanctae Mariae Gratiarum extra eam eleemosynas cooferrent, sequentique mense Augusti inter ipsum ex una parte, et oppidanos Consilicis ex altera „ inita est concordia, in qua inter cetera conveotum est, quod nullo „ unquam tempore Consilicensibus ipsis liceret molestias eidem inferre pro confinibus tunc temporis imponendis inter ipsos Consilicenses, et Commune Imolae: quo anno etc.

(4) Vide Diss. IV.

(5) A. MCCCCLXXVIII. „ Eam etenim plebem (inquit Manzonius) (d) cujus memiuere acta aono centesimo quadragesimo quinto supra millesimum, et quae a primis usque temporibus episcopali mensae semper fuit annexa, quamque diu possederant Episcopi „ quidam Anastasius illius Ecclesiae Parochus, quo tempore Episcopalis Sedes vacaverat, sibi usurpaverat; quam deinde, cogeote jure, Episcopo resignavit, qui vicissim ipsi Anastasio pro animarum „ cura ad decennium eamdem Parocbialem commendavit.

(6) a. MCCCCLXXII.

(7) Ineunte Meuse Novembri. „ De ejus obitu (e) nuper appellatus „ Hieronymus Riarius ex urbe Roma moestissimas ad Canonicos litteras „ dedit, eosque monuit se impetrasse, ut spolia quaecumque tuno „ defuocti Episcopi in comparandam ejusdem majoris Ecclesiae suppellectilem, ac in ejus utilitatem converterentur, cujus rei execu-

21

(a) Manz. p. 283.
(c) Id. p. 284.
(d) Id p. 284.
(e) Id. p. 285.

„ tionem Joanni Francisco de Tolentino armorum ductori summus
„ idem Pontifex Sixtus IV. demandavit.

LXI. JACOBUS PASSARELLUS.

XLV. *Jacobus Passarellus Ariminensis* (1) civis, celebris jurisconsultus, *Imolensis* adlectus Episcopus est a. 1479. (2) Hic Canonicam aedificavit, sacrariumque, curavitque sacram turrim, unde perstrepunt aera, absolvendam. Instituit Canonicos fore Doctores, vel saltem Licentiatos, idque ex Apostolica auctoritate (3). Fuisse *Jacobum Henrici* hujus nominis VII. *Angliae* Regis Consiliarium legimus in litteris ejusdem Regis, quibus *Vincentius Paleottus* Civis *Bononiensis* in familiarem, et consiliarium Regium recipitur anno 1487. Diploma vero Regis ex originali desumptum, quod extat apud *Paleottos*, est hujusmodi.

Henricus Dei gratia Rex *Angliae*, et *Franciae*, et Dominus *Hiberniae*. Praestanti viro J. U. D. Domino *Vincentio* de *Paleottis* Civi Bonon. salut. Excellentiae scientiae tuae generis nobilitatis, tuaeque anteactae vitae integritatis multiplex fama, quae ad nos pervenit a veridicis, dignisque testibus, et praesertim a Rev. Patre D. *Jacobo Episcopo Imolen. nostro CONSILIARIO*, qui te primarium in amplissimo Bonon. studio jura legentem jam pluribus annis audiverunt, tecumque versati sunt; nosque super omnibus, quae in nostris, nostrique regni rebus agendis, et praecipue in Italiae partibus evenire contingunt, saepenumero cogitamus, inducit, ut istic commissarios procuratores, ac etiam consiliarios, qui in rebus ipsis nostris nostrique regni consulere valeant, eligamus. Quamobrem tua prudentia doctrina aliisque tuis virtutibus illecti, nec non de diligentissima tua industria confisi, te praefatum D. Vincentium in Commensalem, familiarem, et consiliarium nostrum assumimus, constituimus, atque creamus, tibi dantes et concedentes plenam et liberam facultatem in Italia, et ubicumque fueris, rebus nostris, Regnique nostri providendi, et in eis consulendi, prout tibi melius et opportunius videbitur, et ut omnia, quae ad no-

strum nostrique regni honorem utilitatemque pertinent, libentius prosequi valeas, te praefatum D. Vincentium ex nunc harum serie militem auratae militiae creamus, et facimus. Tibi nostra, nostrique regni insignia, quae vulgo arma dicuntur, quibus publice, et inposterum uti possis, elargimur, donamus, et mittimus. Volentes, ut tu, siquando ad hoc nostrum regnum veneris, eisdem emolumentis, honoribus, praeeminentiisque gaudeas, quibus caeteri nostri, hujusque consiliarii, familiares, commensalesque gaudere, atque uti consuevere. In quorum fidem, et testimonium praesentes nostras litteras fieri, nostroque majori sigillo, quo in similibus utimur, jussimus communiri.

Datum in Castro nostro de Rendicore die 18. Mense Julii anno Domini 1487. Regni nostri an. 2.

Henricus.

(4) Caeterum Jacobus ad Episcopatum Ariminensem translatus est 1488.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Nobilis Caesenas fuit Passarellus.

(2) VI. Kal. Decembris. Audi Jacobum Volaterranum in Diario Romano (a): *Ad sextum, et vigesimum diem Novembris cooptatus sum in ordine Secretariorum Pontificis, et Apostolicae Sedis de numero Senario participantium in loco Jacobi Caesenatis, qui* EO DIE *ad Imolensem Ecclesiam designatus fuit.*

(3) De his Dissert. IV. Cetera ex Manzonio persequamur. „ Suscepto (b) Episcopatus reginine, Xistus IV. propensiori animo erga Cathedralem Imolensem, votisque tum Hieronymi Riarii, tum Jacobi annuens decimas camerae Apostolicae ab Imolensibus non solutas, pecuniasque ex spolio antecessoris coactas, sive a quibusdam Canonicis eidem Camerae debitas in ornatum illius Ecclesiae impendi permisit, cui amplificandae omni cura intendere numquam destitit Jacobus, sedulo quoque ea curans, quae ad divinum cultum augendum, subditorumque pietatem incendendam conducere arbitratus est; revocatis enim ubicumque locorum indulgentiis a Summo Pontifice, quo majori fructu, ac frequentia eas dum-

(a) T. XX. Rer. italic. p. 101.
(b) Manz. p. 286.

„ taxat fideles consequerentur, quae pro Rhodiis, et Cruciata ad
„ implorandum a Deo auxilium contra Turcas fuerant concessae,
„ sola Imola, efflagitante Jacobo, excepta est anno millesimo qua-
„ drigentesimo octogesimo; atque per eum sequenti anno concessa
„ Indulgentia est omnibus, qui pro aede perficienda Sanctae Mariae
„ de Olivo pia subsidia tribuerent ..... Nec Jacobo quoque (c) tnendo-
„ rum jurium Episcopatus occasio defuit: oppidanos enim de Saxi-
„ lione, qui decumas, oneraque consueta eidem solvere recusabant,
„ ad ea praestanda, atque debitae subjectioni subegit anno inse-
„ quenti „.

(4) Mirabitur fortasse quis, Jacobum Henrico a Consiliis fuisse; sed mirari desinet, ubi illum noverit ad Angliae Regem ab Innocentio VIII. missum Oratorem, uti et ad Scotorum Regem VII. Kal. Sept. a. MCCCCLXXXV. (d) „ Suae tamen Ecclesiae non im-
„ memor pastorales litteras ad Canonicos Londino dedit sexto nonas
„ Februarii anno millesimo quadringentesimo octogesimo septimo,
„ quibus eos ad Ecclesiastica Ministeria rite obeunda, et ad fre-
„ quentem rebus divinis operam impendendam hortabatur „.

(5) XVII. Septembris. Fuerat autem antea eodem anno XV. Kal. Julias Caesenae gubernator renunciatus. Sigismundus Marchesius (e) meminit Jacobi Magnani Imolensis Episcopi, qui a. 1482. Foroliviensem Civitatem rexerit gubernator. „ At, inquit Manzonius
„ (f), sive sibi suadeat idem Auctor erratum esse in assignanda fa-
„ milia Jacobo nostro hujus nominis III., ita ut non Passarella, sed
„ Magnanus esset cognominandus, sive credat duos ejusdem nomi-
„ nis, non autem ejusdem familiae his temporibus sucressivo ordine
„ Imolensem Cathedram tenuisse, neutrum snbsistere potest: etenim
„ Jacobum III. fuisse ex nobili familia Passarella Caesenate nefas
„ esset dubitare: plura id commonstrant autographa in utroque car-
„ tophilacio Episcopali scilicet et Cathedralis asservata monumenta,
„ iu quibus idem Jacobus cognomento Passarella indigitatur, ac ejus-
„ dem hoc eodem cognomine appellati ab anno quadringentesimo
„ septuagesimo nono supra millesimum, quo fuit ad hanc infulam
„ assumptus, ad annum usque millesimum quadringentesimum octo-
„ gesimum octavum acta ipsa meminere, ita ut unum tantum no-
„ mine Jacobum, et quidem Passarellam Caesenatem his temporibus,

(c) Manz. p. 290.
(d) Id. p. 289.
(e) Suppl. Hist. Forol. lib. IX. p. 335.
(f) p. 292.

„ maxime vero anno quadringeotesimo octogesimo secundo supra mil-
„ simum Imolensem Ecclesiam gubernasse satis soperque comprobe-
„ tur. Jacobus antem Magnanus potius credendus est aliam Eccle-
„ siam tunc temporis admioistrasse„.

LXII. SIMON BONADIES.

XLVI. *Simeon Bonadies Romanus* (1) *Imolensis* Episcopus declaratus est ab *Innocentio VIII.* 1488. die 17. Mensis Septembris (2). Hujus episcopi temporibus Decanatus dignitatem erexerant in Cathedrali de jure Patronatus *Sigismundi de Sellis*: an. vero 1503. Praeposituram, quae *Vulpiae* gentis jurisdictionem adtingeret (3). Sub Julio III. Pontifice Maximo Locumtenens Bononiensis pronunciatus est; quumque multis praestitis beneficiis fovisset Ecclesiam sibi creditam, an. 1510. (4) ad Ariminensem Ecclesiam translatus est (5).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Canonicns S. Petri ab aono 1479. et Apostolicarum Litterarum scriptor.

(2) „ Ecclesiae suae (a) possessionem per procuratorem iniit da-
„ tis ad id litteris ad Canonicos ineuote anno quadringentesimo o-
„ ctogesimo nono supra millesimum, quibus inter eetera doloit, suam
„ mensam, immo Episcopium totum juxta notitiam sibi allatsm foe-
„ de ac eoormiter expilatom fuisse. Paulo anteqoam ad residentiam
„ aecederet, Catharina Viceeomes Riaria ab Inoocentio Pootifiee ob-
„ tinuit, ut Ecclesia simul et imago beatae Virginis de Piratello
„ Fratribus regularibus tertii ordiois Saneti Fraueisei eoocederetur,
„ quos in ejus Ecclesiae possessionem induxit Simonis Episcopi Vi-
„ earius aono millesimo quadriogentesimo octogesimo nooo octavo
„ idus Maji. Paucis post mensibns Imolam aceessit Simon, sed pan-
„ cis quoque mensibus ibi commoratus est. Nam Romanae curiae
„ negotiis exigentibus, Bononiam se conferre, iodeque Romam re-
„ gredi ipsi necesse fuit; etenim de ineolumi suo illuc adventn ca-

(a) Manz. p. 293.

„ nonicos certiores reddidit per litteras ex ea alma urbe datas eo„ dem anno quadriogeotesimo octogesimo nono supra millesimum, „ quibus eos ad sedulam Ecclesiae curam, ac ad disciplinam exacte „ servandam paterno monuit amore. Ab ea postmodum reversus an„ tedictam imaginem Beatae Virgiois de Piratello a loco, ubi pilae „ lateritiae superstabat, in Ecclesiam ad Altare majus transtulit: de„ inde Ecclesiam parochialem Sancti Johannis Baptistae io oppido Rio„ li solemoiter dedicavit. Jura suae Ecclesiae strenue tutatus aliquot „ bona eidem vindicavit, atque opitulante etiam duce Ferrariae, „ omnes emphyteutas meosae Episcopalis ad debita onera sibi prae„ standa adegit anoo millesimo quadriogentesimo nonagesimo quarto: „ at denuo a residentia abesse pro Saocta Sede Pontificis jussu coa„ ctus est, exstantque ipsius ex oppido Meldulae ad Canonicos „ litterae, quibus nnicam abseotiae suae causam furores bellicos „ asseverabat: brevi tamen reversus est. Aono MCCCCXCVI. „ apud oppidum Lugi, dum ipse ibi diversaretur, gypsea anagly„ phico opere compacta beatae Virginis imago, quae Ferraria Fa„ ventiam super plaustrum variis mercibus onustum deportaba„ tur, subverso plaustro confracta est, et in mioutas partes reda„ cta: dum pueri aliquot ejusdem frustula luto compaginare stu„ dent, protinus mirabiliter fuit io pristinam formam restituta, quam „ pariter insolito spleodore irradiari ipsi animadverteruot pueri; „ cujus miraculi per Simonem Episcopum, qui illuc cum clero, et „ primariis Viris illius oppidi accurrerat, veritate sedulo pervestiga„ ta, icooem, et io ea gloriosissimam Dei matrem ibidem studiosissi„ me coleudam unanimi voto statueruot; eaque sequeoti anno in Ec„ clesiam ubi hodiernis temporibus quotidiano conflueotium concur„ su colitur, translata fuit, ao penes patres Dominicanos, qui qua„ driennio ante illuc habitatum iverant mira, in dies peragens asser„ vatur. Eodem pariter anoo ante Aogusti mensem Romam iterum „ profectos est Simon „. Anno vero MDV. 5. Junii Caesenae, et „ Brittinorii Gubernator creatus est.

(3) De his diss. IV. actum est.

(4) MDXI die Febrnarii X.

(5) Ac tandem decessit A. MDXVIII.

LXIII. DOMICICUS SCRIBONIUS.

XLVII. *Dominicus Scribonius* de *Cerbonibus* sive de *Cerbonis Tiphernas* Poeta illustris, atque in humanioribus litteris

longe clarissimus, inque curiae expediendis negociis nulli secundus *Imolensis* Episcopus dictus est anno 1510. (1) die 10. mensis Februarii. Hic constantia, et labore omnia suae Ecclesiae jura in unum volumen congessit successoribus olim profuturum ad rectam administrationem (2). Hic itaque cum 23. annos maxima cum pietate, prudentiaeque laude Imolensem Ecclesiam administrasset, decrepita postmodum senectute pulsatus, Episcopatus munere se abdicavit 1533.

Additio F. A. Zaccariae.

„ (1) 1511. „ Non statim tamen (a) ad suam hic sedem accessit. Nam sequenti anno Johannem Baptistam fratrem suum tanquam „ procuratorem Imolam misisse comperimus, ipso apud Tiphernum „ commorante; idque tribuendum est assiduis belli terroribus, quibus regiones istae eo tempore afflictabantur (b). Quum vero, statim ac possessionem adeptus fuit, in eam cogitationem incubuisset, ut Episcopatus praedia, agros, et oppida, quae vel potentiores, vel alii finitimi inter bellicos superiorum annorum tumultus occupaverant, recuperaret; idcirco adversus illos, qui ea injuste detinebant, vel qui episcopatui census pendere recusabant, „ edicta cum poenarum comminatione non modo publicari jussit; „ sed ut facilius id consequi posset, Romam progressus est, Leone „ X. eodem anno ad summum pontificatum evecto, ubi suae Ecclesiae jura strenue prosecutus erepta bona, quamvis gravissimis „ vexaretur incommodis, summa constantia mensae suae vindicavit, „ atque hujus rei causa aliquorum odia contraxit.... Roma deinde, ubi et Lateranensi concilio adfuerat reversus, novam construi „ Ecclesiam Sancte Mariae Vallis Viridis assensus est; atque presbiterorum communias in oppidis Lugi, et Massae editis constitutionibus approbavit, ac stabilivit anno millesimo quingentesimo decimo octavo, quo aliquot bona in villa Filetti intra commune Bastitae Codrunci in emphyteusim concessit ea mente, ut ex pecuniis „ sibi exinde obvenientibus episcopale palatium, novo adjecto aedificio, ampliaret. Romam iterum progressus Scribonius ibi pro re, ac „ jurisdictione Episcopatus vel tuenda, vel recuperanda plura sus-

(a) Manz. pag. 501.
(b) Id. p. 502.

„ tinuit incommoda. Liti diutius agitatae pro vindicanda Archi- „ presbiterali Ecclesia, bonisque S. Michaelis de Campiano, quae „ iterum indebite fuerant occupata, finem imposuit, eaque bona „ suae mensae restituenda curavit anno 1520.; noverat enim illum „ eundem Anastasium, cui Episcopus Georgius supra memoratam „ ecclesiam ad obeundum parochi munus statuto stipendio ad de- „ cennium commendaverat, eam suo resignasse nepoti, perinde ac „ in titulum obtinuisset, neque juris esset Episcopatus.

„ Ad recuperandam porro jurisdictionem temporalem in oppido „ Consilicis, quod dux Ferrariae in suam ditionem multo ante rede- „ gerat, tantam animi constantiam et alacritatem adhibuit, ut nul- „ li prorsus labori pepercerit. Restituto namque episcopatui Imo- „ lensi eo oppido per Apostolicum delegatum, jubente Urbano V. an- „ no tercentesimo sexagesimo quinto supra millesimum, Lito Eccle- „ siam administrante, paulo post, vel eo quod Consilicenses ad civiles „ simultates, et intestina odia prolapsi, inita adversus Episcopos „ perduellione, Marchionibus Estensibus sese dederint, vel alia de- „ mum fuerit causa, hoc certum est, oppidum Consilicis, ejusque „ oppidanos ad Estensium ditionem eo tempore devenisse, iodeque „ Cunii comitibus aliquot annis paruisse, quibus ab Eugenio IV. „ omni dominatu expulsis, anno fere 1430 oppida ad Estenses redie- „ re. Itaque Scribonius, cui haec comperta fuerunt, primum apud „ Julium II. valida expostulatione, deinde coram Leone X, cui ac- „ ceptissimus erat, disertissima, ac doctissima oratione, quamvis in „ Estenses principes acerbiore quam decuisset, causam dixit, cujus „ exemplar inter authographa ab eo congesta legitur; illiusque te- „ norem ad plenam in illud oppidum Episcopalium jurium notitiam „ hic apponere juvat.

Oratio Episcopi Scribonii ad Leonem X. Pont. Max.
pro Oppido Consilice.

„ Si cui visum est unquam, Beatissime Pater, nihil magis de- „ bere Summis Pontificibus esse proprium, nihil posse eos magis de- „ cere, quam justitiam, et beneficentiam, eam unam fuisse sancti- „ tatem tuam, quae id semper existimaverit, non solum opinione „ collegimus, sed jam omnes re ipsa vere didicimus. Vidimus enim „ tantam ejus liberalitatem, ut in summo mortalium culmine con- „ stituta (longe tamen animo, quam imperio major) fisci angustiis „ maluerit quandoque laborare, quam passa sit benemeritum quem- „ dam indonatum et tristem a se dimittere; jura vero, et leges

„ ita semper servari voluerit, ut infimis quoque ministris suis au-
„ thoritatem fcerit rescindendi etiam sui ipsius manu subsignata re-
„ scripta, si astu, ac importunitate supplicantium extorta a recto
„ justitiae tramite aliquo pacto declinare reperirentur: vulgatum-
„ que jam sit et tritum apud beatitudinem tuam, nihil exoratu
„ difficile, quod justum doceri possit. Quo fit, ut ego nunc de cau-
„ sa oppidi Consilicis (ad cujus vindicationem nomine Ecolesiae
„ meae Imolensis ago) si sanctitas tua me benigne, ut spero, audie-
„ rit, nihil dubitem, nihil diffidam: quum possim non solum osten-
„ dere me justissima petere, ac digna tua magnitudine, et benefi-
„ centia, sed utilia quoque, et beatitudini tuae pernecessaria
„ postulare. Quocirca causam (quam non minus esse tuam, quam
„ meam verissimis argumentis ostensurus sum) sanctitas tua atten-
„ te audiat, rogo, et quae nobis obstare a nonnullis stolide jactan-
„ tur, quam facile mihi sit diluere, advertat, obsecro: nihil in hoc
„ novo apud nos dicendi genere, nisi quae aut delectant, aut pro-
„ sint, auditura est beatitas tua: nec incongruum esse potest, quem
„ alias ab editis carminibus saepius laudavit, nunc primo causam
„ suam agentem audire. Sed antequam ad partes descendamus,
„ ut facilius intelligatur quid id sit, de qun sermonem habemus; pri-
„ mum de oppido Consilice, et quomodo ad Ecclesiam meam perti-
„ neat, mihi dicendum existimo. Consilice igitur exiguum sane op-
„ pidum (quum vix in eo centum censeantur oppidani) in agro imo-
„ lensi ad paludes padusae situm: et quod illuc usque via silicibus
„ strata olim extenderetur, caput sicilis appellatum: quum sub Im-
„ peratoribus Flaminia Provincia esset, sub Ecclesiae Imolensis di-
„ tione fuisse comperio: orta enim aliquando controversia inter
„ Episcopum tunc Corneliensem dictum, et imperii Legatum super
„ toto comitatu Imolensi, ac per Imperatorem Federicum delegata
„ causa Archiepiscopo Ravennati, anno a nativitate Domini 1186
„ lata est sententia, quod (reservata Ecclesiae super toto comita-
„ tu actione) id oppidum Consilice ad Episcopatum Imolensem ple-
„ no jure spectaret, cujus declarationis paginam, et ejus approba-
„ tiones, quas duo postea in imperio successores suis diplomatibus
„ fecere, nos mandato sanctitatis tuae coram Reverendo Patre, ac
„ integerrimo viro Petro Andrea Gamberino ad sacrum tuae Rotae
„ tribunal judice designato nuper produximus una cum privilegiis,
„ quae Honorius II ex agro Corneliensi oriundus, et Alexander, ac
„ Eugenius, et Innocentius tertii Pontifices Maximi Ecclesiae Imolen-
„ si concessere; ex quibus manifestissime patet, quod oppidum Ca-
„ put silicis cum agro pascuis, et paludibus pleno jure ad Episco-

„ patum Imolensem pertinet: produximus etiam coram eodem judi-
„ ce plures contractuum tabellas, quas Episcopi antecessores mei
„ cum Imolensibus, et Cousilicensibus per stipulationem contraxe-
„ re: quibus aperte constat, Episcopos Imolenses dictum oppidum
„ diu habuisse, et possedisse. Exhibuimus praeterea litteras Urbani
„ V. Sanctitati tuae a me ostensas, quibus asserit ille Pontifex
„ Consilice spectare ad Ecclesiam Imolensem, et quum ab Episcopa-
„ tu defecisset, ac ad ditionem sedis Apostolicae devenisset, man-
„ dat, ut castrum Episcopo sine mora restituatur: ostendimns eidem
„ duorum quoque Imperatorum privilegia, quibus cavetur, quod
„ propter hostilitatem, et invasionem adversus Ecclesiam Imolensem
„ nulla currat praescriptio: quibus juribus motus praefatus judex
„ in favorem Ecclesiae meae sententiam ferendam et verbo et
„ scriptis retulit. Reperio, ego post oppidum ab Urbano restitutum
„ Consilicenses aliquamdiu sub quieta Episcoporum ditione fuisse:
„ deinde subortis bellis, quum non possent se a depopulationibus tue-
„ ri, et, absente Episcopo, Imolenses ferre suppetias negligerent,
„ adhaesere Consilicenses Ferrariae duci, paulatimque ejus milites
„ et jugum simul accepere: servarunt tamen semper Ecclesiae Imo-
„ lensi jura, et Episcopos, non adversantibus ducibus, aeque ac ve-
„ ros dominos jugiter venerati sunt; decimas omnium fructuum to-
„ tius agri, quas Episcopatui dare soliti erant, numquam defrau-
„ darunt; census omnium rerum stabilium integre semper solve-
„ runt, vigesimo nono quoque anno oppidum, moenia, domus, vias,
„ fora, fossas, sylvas, paludes, et omnem agrum ab Episcopis in
„ emphyteusim recognovere: nullum de bonis stabilibus contractum
„ sine Episcopi consensu, et sine solutione vigesimae partis unquam
„ fecere; et quater in anuo Episcopis uti veris domiuis consueta
„ tributa impendere: solaque hominum jurisdictio penes Ferrariae
„ duces fuit, eaque absque aliquo concessionis titulo: ex quo
„ quanto mihi de minori re causa, quam sedi Apostolicae, et
„ Bononiensi Ecclesiae (quam et ipsam sua oppida repetere audi-
„ vi) tanto mihi est justior.... superestque tantum, ut ita res per-
„ agatur atque fuit in libello proposita, et Beatitas tua suo isto
„ tam excellenti bono cum fortuna, et gloria fruatur. Sunt enim
„ tibi singulae virtutes cum multis aliis Pontificibus communes;
„ nam ut veteres, quos non vidimus, omittamus, et ab Innocentio
„ VIII. affine tuo, sub cujus Pontificatu in hanc urbem venimus,
„ incipiamus: fuit ille quidem summa praeditus justitia, et qua-
„ lem decebat eum, qui ab ineunte aetate jura, et leges fuisset
„ semper professus: in ejus tamen remissiori animo et perspicax
„ judicium sanctitatis tuae, et tua desiderabatur magnitudo, et

„ liberalitas.... Fuit et justitiae maximus cultor Julius, et Eccle-
„ siasticae libertatis acerrimus vindicator: contrahendae tamen po-
„ tius, quam erogaodae pecuniae studiosus aliqua parsimoniae no-
„ ta non caruit. Praecipuae igitur tuae sunt justitia, et liberali-
„ tas (quod aliis vix unquam contigit) simul junctae. Nam ut
„ caetera quamplurima non inferiora exempla praetereamus; tu
„ eos, qui inconsutilem Christi vestem dilacerare conati erant, eo-
„ dem actu ignominioso habitu juste damnas, et in amplissimum
„ ordinem benefice restituis. Tu in vitae tuae insidiantes et juste
„ animadvertis, et eos summa beneficentia pariter prosequeris; quum
„ nulla sit major liberalitas, quam capitales injurias (quum ulci-
„ sci possis) condonare. Gratulare, Beatissime Pater, gratulare hu-
„ jusmodi naturae, et divinis moribus tuis; oec tuas tam praecla-
„ re conjunctas virtutes divelli, aut distrahi ullo unquam tempo-
„ re patiaris.... Quis tam ineptos, qui opinetur sanctitatem tuam,
„ quod in bello expensas non mediocres fecerit, propterea velle soam
„ liberalitatem aliqua pecuniae turpi exactione inficere, et comma-
„ culare, putetque mihi redimendam iniquam (o insulsissimas co-
„ gitatiooes!) a tua sanctitate justitiam? ac si illa nesciat bonos Prin-
„ cipes sociorum causa consuevisse etiam periculosa bella suscipere;
„ et Romanos olim Antiocho, et Philippo Regibus devictis, et Car-
„ tagineosibus expugnatis, Massinissae, et Attalo ditiones quoque
„ auxisse, et Graeciae civitates liberas, et immunes esse jussisse.
„ Ego quidem in hanc dementiam non incidam, qui Beatitudini
„ tuae haec, et alia historiarum exempla omnia notissima esse scio;
„ vidique eam semper tanti liberalis Principis nomen facere, quod
„ gratis Magistratus, gratis census omnes Ecclesiasticos, gratis ho-
„ nores, et dignitates, gratis suae sedis proventus (quae officia ap-
„ pellant) praeter antecessorum suorum consuetudinem passim e-
„ largiatur: illa arces, villas, oppida, castella, et urbes, iis quo-
„ que, quibus nullum jus competit, gratuito donare consuevit: et
„ ne aliorum mihi obsit magnitudo, et auctoritas, etiam privatum
„ hominem et externum, ac licet eximia virtute illustrem, et majo-
„ ra promeritum, modo tamen Christiana Religione initiatum, ce-
„ lebris oppidi Veruculi ditione oroavit. Cur velit aliquis me unum
„ (etsi noo nitar legibus) tua beneficentia immunem esse? Non
„ sum tangendis fidibus illustris, at certe idem Apollo et musicis
„ et vatibus favet. Sed io me una cum fortuna poetici furores re-
„ frixere, torpuitque jam situ meus ille vigor, quo ego in hujus
„ saoctae Sedis obsequium per dispositos equos noctes diesque vigil
„ cursitabam. Evanuitque bone Deus! nescio quo pacto vis illa po-
„ tens meae orationis, qua ego solus, solus inquam, Beatissime Pa-

„ ter, virgatum tubicinis sagulum indutus, et una tantum muni-
„ tus tuba Faventinum populum armatum, et Venetum exercitum
„ intra moenia habentem ad deditionem traxi . Utinam nunc il-
„ lae vigerent mihi elocutionis vires! nam quibus tunc ardens, et
„ imperterritus usus sum in sanctae Sedis tuae Apostolicae benefi-
„ cium, nunc in necessarium patrocinium Ecclesiae meae Imolen-
„ sis effunderem. At quoniam cum sorte, et favore etiam animi do-
„ tes elanguescunt, donec me tua excitet beneficentia, et tuus mihi
„ exacuat ingenium favor, confugiam ad id unum, quod mihi re-
„ lictum est justitiae beneficium, et jura solum implorabo, et le-
„ ges. Quamuam causam malevolus quispiam adducet, quod delictum
„ objiciet, ut dignus quoque videar, cui justitia denegetur ? Retu-
„ lit Judex oppidum non spectare ad alium, quam ad Ecclesiam Imo-
„ lensem: ego et si in aliquo errore deprehendar, si ignobilis ad
„ hanc ditionem habear, nihil tamen Imolensis Ecclesia deliquit,
„ neque indigna est, cui justa tribuantur: nec propterea meretur
„ sanctissimum Beatitudinis tuae nomen aliqua injustitiae nota pollui,
„ et labefieri. Sed ego ab omni crimine erga Sanctitatem tuam,
„ ejusque clarissimam familiam innocens, et mundus sum, agitur-
„ que jam trigesimus annus, ex quo omni affectu illam (ut recor-
„ dari potest) observo, et veneror; nec adeo sum sordidus, ut in
„ eadem provincia aliquando magnas urbes non rexerim. Quis est,
„ quaeso, qui id oppidum sine tua expensa sub ecclesiastica ditione,
„ et ad perpetua obsequia beatitudinis tuae, et hujus Sanctae Se-
„ dis melius regere, et conservare possit, quam ego? Si alii prae-
„ ficiantur, mercenarii erunt, et expilationibus fortasse intendent;
„ oppidanorumque animos facile ad defectionem, quum primum op-
„ portuna se tulerit occasio (ut sub Julio factum est), inducent.
„ Ego autem, qui verus pastor, oves meas non deglutiam, sed me il-
„ lis, illasque mihi, et Sanctitati tuae conservandas omni studio
„ curaturus sum, quod et si optimi, si integerrimi praeponantur,
„ neque tamen regionem neque homines, nec qua parte ager defendi de-
„ beat, novere; ego enim quum ibidem saepius versarer, et hoc (quod
„ modo successit) aliquando animo conciperem, contemplatus sum lo-
„ ca omnia; et quomodo inundari regio, et prohiberi paludium tran-
„ situs, ac oppidum circumquaque custodiri posset, diligenter inspe-
„ xi et consideravi: et si ad manus meas sanctitatis tuae benefi-
„ cio devenerit, non audiet illa (ut nunc fortasse audit) novas quo-
„ tidie hostium in ejus agro depopulationes . Sed haud difficulter
„ haec, inquiet aliquis, discuntur: at aliis deerunt tot proventus
„ ibidem, quot mihi sunt, quibus ad diligentiam, et vigilantiam ac-

„ cendantur; nec erit tanto desiderio oppidanis quispiam alius o„ ptatus, et expetitus. Nam ut Sanctitas tua eorum litteris perci„ pere potuit, reverti ad antiquam matrem suam Ecclesiam Imolen„ sem maxime cupiunt, et affectant. An dubitat Beatitas tua, quin „ et ipsi mecum viriliter adversus quoscumque hostes tuos pugnatu„ ri sint pro eo oppidi statu, quem tanto affectu expetunt? Ego qui„ dem usque ad fortunas omnes expositurus, et ad singulorum in„ teruecionem decertaturos non ambigo; et quingentos tuos stipen„ diarios milites non ita oppidum ad obsequia beatitudinis tuae tue„ ri posse certe scio. Sed quid ego in his diutius moror, quum op„ pidum et parvi admodum momenti sit, et sub Sede Apostolica „ immediate, ut inquiunt, retineri vix possit? Nam neque ipsi op„ pidani rempublicam facere, et se ipsos regere, nec proprium prae„ torem gravem virum habere satis sunt: nec consuevit Apostolicae „ Sedis magnitudo hujusmodi parvorum locorum hanc rationem habe„ re. Quod si alterius ditioni necessario Consilicenses subdendi sunt „ (nisi ego apud litteratissimum Principem verba facerem, cui ab „ incunabulis notum est nullum majus injustitiae genus esse, quam „ alteri auferre, quod alteri largiaris), contenderem ostendere, non „ alteri, quam Ecclesiae Imolensi (ad quam jure spectant) subdi pos„ se, aut debere, et si secus fieret, nonnisi litium, et controversia„ rum perpetuas causas praeberi. Sed advertat hic rogo sanctitas „ tua (vereor enim ne possim haec perinde verbis exprimere, at„ que ipse ego cogitans sentio), quae civitas, qui Principatus magis „ tui, et Sedis Apostolicae sunt, quam Ecclesia Imolensis? Illi cum semel „ concessionem acceperint, ad posteros transmittunt: et cupientes „ eas perpetuis temporibus custodire, quoad possunt, a Sede Aposto„ lica se semper distrahunt, et aliquando contra eam (ut saepe no„ stra tempestate vidimus, et nunc forsan experimur) cornua eri„ gunt. At Ecclesiae Imolensi, defuncto Episcopo, novus semper Pa„ stor a Sede Apostolica sufficitur; nec possunt, et si velint, Episco„ pi Imolenses ab obsequiis, summorum Pontificum subtrahi, et, ut id „ quoque obiter taugam, si respexeris ad eos redditus Sedis Apostoli„ cae (quos annatas dicunt), et ad ea, quae Imolenses pro tuis „ consequendis litteris decimo, aut ad summum duodecimo quoque „ anno erogant, invenies profecto et in hoc, quod uti proprietate, „ ita usu, et fructu magis tui sunt Episcopi Imolenses, quam qui„ libet princeps, quaelibet civitas. Tu verus es Ecclesiae Imolen„ sis sicut omnium aliarum ecclesiarum esse debes Pater, et Domi„ nus, ego solum rector, et procurator. Quid ergo? Mea solumne? „ An sanctitatis tuae? An Sedis Apostolicae Imolensis Ecclesiae

„ causa est? Ego quod ad me spectat facio; non deficiat Sanctitas „ tua: quam si universali ecclesiae praeesse potius, quam Roma- „ nae solum dici vult, Imolensem aeque ac Romanam diligat opor- „ tet; nec pati debet, quod alteri fiat injuria, ut altera augeatur. „ Illa olim ad conservanda, augeudaque jura, et proventus Eccle- „ siae Imolensis suo me obligavit sacramento: ecce paratus sum jus- „ jurandum servare: vultne dici Beatitudo tua obstare, et impe- „ dimento esse, ne servetur quod ipsa suas inter manus juramen- „ tum suscipit? An putat absolutionis beneficium velle in nolen- „ tem conferre? Plurima equidem potest, Beatissime Pater, summa „ auctoritas tua (ne dicam omnia, ut insulsi faciunt, ac etiam „ impossibilia complectar), multa tamen sunt, in quibus consensus „ requiritur; nec nisi in subjectis bene dispositis imprimi possunt. „ Nolo ego ab hoc juramenti vinculo absolvi; sed instanter peto, „ et impense flagito, ut liceat mihi id exequi, quod juravi. Sed „ importunus ille, jurant, inquit, omnes, et tui hoc idem sacra- „ mentum praestitere antecessores: suo quisque modulo suom me- „ tiatur conscientiam licet; ego optimum animi mei propositum non „ propterea deseram. Plura tamen laudabilia fecere pro Ecclesia Imo- „ lensi, qui me antecesserunt; si rem hanc non perfecere, defuit illis oc- „ casio potius, quam voluntas. Ego profecto illis ingentes habeo gratias, „ quod tam justum, tam honestum negotium cum summa laude Sanctita- „ tis tuae mihi peragendum, et tuam mihi justitiam cum beneficentia „ posteris celebrandam reliquere; quam plenam omni dignitate occa- „ sionem cur velit Beatitas tua e manibus frustra labi, non video; „ nemo obstat; nemo adversatur; nemo mecum in judicium descen- „ dit . . . . Quod, ut jam brevius me absolvam, si id oppidum ad „ Ecclesiam Imolensem pleno jure spectat, et ad alium quem- „ piam (ut tam gravis delegatus judex, visis tot paginis, tabellis, „ litteris, contractibus, et privilegiis, testatur) non pertinet; si „ nulla hostilitate, aut invasione (ut Diplomatum verbis utar) „ praescribi potuit; si ex magnitudine Sedis Apostolicae non est sub „ se locum tam exiguum retinere; nec ullo modo alteri concedi de- „ bet, aut sine litibus potest; si nemo melius oppidum ad tua, et „ Sanctae Sedis Apostolicae obsequium sine aliqua tua impensa re- „ cturus, et servaturus est; si nemo me adversatur, nemo resistit, ne- „ mo impedimento est . . . . . si tua magis est Ecclesia Imolensis, „ quam quaelibet Flaminiae Civitas, quilibet Principatus, expedit- „ que tuae Beatitudini, et Sedi Apostolicae, ut Episcopus potius, „ (qui pro tempore sufficitur) quam alter perpetuo praeficiatur; si „ nihil ego de eadem Sede, nihil de Beatitudine tua, nihil de tua

„ illustri familia male meritus, at in eorum obsequiis, et precipuo „ semper affectu consenui; utere, precor, utere et in me, Beatis- „ sime Pater, quibus in caeteros gratuito uti semper consuevisti tuis „ familiaribus et raris virtutibus justitia et beneficientia, easque „ tam praeclare junctas in re tam honesta disjungi non patiaris; „ sed altera alteri opituletur: nec te ab Urbano V. Gallo Homine, „ qui id oppidum Ecclesiae Imolae (quum dignitate quidem par, „ potentia vero, et authoritate longe inferior esset) alias ju- „ ste et benefice restituit, superari permittas. Effuge, obsecro, ne „ abs te datum tanto studio juramentum contempsisse, illique unus „ obstitisse dicaris. Et si qua flecteris pietate, exaudi humiles Con- „ silicensium preces, qui tuae beatitudini . . , ... immortales „ gratias agentes, ut hominum jurisdictionem cum rerum omnium „ dominio rejungas, ut inextricabiles lites, et controversias, quae „ ex hac divisione jurisdictionis quotidie nascerentur, perpetuo tol- „ las, ac ut suae dilectae matri Imolensi Ecclesiae se libere et in- „ tegre restituas, supplices et cum filiis, et uxoribus suis sanctissi- „ mis tuis pedibus obvoluti non cessant dies noctesque petere et „ rogare. Miserere eorum calamitatis, et miseriae, Clementissime „ Pater, et quos a dura servitute liberare coepisti, sublevare non „ desinas. Peribunt tua erga eos benefacta, si illos mercenariis in „ praedam reliqueris : at contra si illorum precibus annuis, et „ justitiae fueris obsequutus, colent mecum Consilicenses sempiterna „ veneratione tui sanctissimi nominis et tuorum ingentium benefi- „ ciorum memoriam. Quod si quid justitiae causa, si quid Sedis „ Apostolicae utilitate, si quid Consilicensium misericordia, cae- „ terisque superius enarratis moveris, Beatissime Pater (ut pro „ tua benignitate moveri non solum credo, sed etiam certo scio), „ movearis etiam tua ipsius, tua, inquam, pernecessaria et urgen- „ tissima causa; tum ne quod nunc cum summa tua dignitate et laude „ restituere potest, id successoribus tuis cum tua calumnia restitu- „ endum relinquas; tum ne . . . et apud plures extent tuarum fe- „ licium victoriarum monumenta „.

„ Re igitur summo studio perpensa ab uno ex Auditoribus Ro- „ manae Rotae, cui antea summus Pontifex negotium illud exami- „ nandum, ac judicandum commiserat, anno quingentesimo vigesimo „ primo supra millesimum jura a Scribonio allata probata fuere, „ relatumque Pontifici, oppidum Consiliciis pleno jure ad Imolensem „ Episcopatum spectare, qui idcirco illud restitui Episcopo jussit „ eodem anno: at mortem praeproperam Pontificis infectum pene ne- „ gotium reliquisse, ipse Scribonius memoriae prodidit. Relationis, „ et Pontificii decreti Synopsis hic fuit tenor.

„ Ego minimus servus sanctitatis vestrae Petrus Andreas Gam-
„ berinus ejusdem familiaris capellanus, et domesticus referenda-
„ rius, ac causarum Apostolicarum, ac rotae Auditor designatus, et
„ in hac parte commissarius, ac specialis cognitor a Sanctitate ve-
„ stra deputatus refero in his scriptis Beatitudini vestrae, dictum
„ oppidum Consilicis pleno jure spectare, et pertinere ad praefatum
„ Episcopum, et ejus Ecclesiam, et ita a Beatitudine vestra definiti-
„ vam sententiam ferendam esse autumo, et concludo. Et ita cen-
„ seo ego Petrus Andreas Gamb. in cujus testimonium me propria
„ manu subscripsi, et sigillum meum consuetum apposui.

„ Porrecta fuit supradicta relatio per praefatum Episcopum Imo-
„ lensem Sanctissimo D. N. Leoni Papae X. Malliani die vigesima
„ Novembris Anno Domini 1521. Qui Dominus Papa relatione le-
„ cta declaravit, prout in ipsa relatione, dictum oppidum Consili-
„ ce spectare ad Episcopum Imolen., et illi restituendum fore, et
„ ita restitui mandavit. Praesentibus Rmo in Christo Patre Domino
„ Hercule Rangono Diacono Cardinali S. Agathae, et Domino Co-
„ mite Ludovico Rangono suae Sanctitatis Camerario secreto, et plu-
„ ribus aliis testibus etc.

(2) Huic Codici, in quo Imperatorum, et Pontificum Romanorum pro Imolensi Ecclesia edita diplomata, aliaque jurium instrumenta continentur, epistola praemittitur Paridis de Grassis Bononiensis, qui se *Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopum Pisaurensem, ac Magistris Sacrarum Pontificiarum Caeremoniarum Praesidentem* inscribit. Testatur autem Paris, se monumenta in eo codice descripta cum autograhis contulisse, cum illisque convenientia reperisse; quod novo adscripto testimonio confirmat in extremo Voluminis folio. Data est autem Paridis Epistola Romae in aedibus nostris ad S. Celsum *A.a Nativitate D. N. J. C. MDXXII. tertio nonas Maji tempore Reverendiss. in Christo Patris DD. Adriani VI. in Romanum Pontificem electi*. Extat et alius Codex, quem Dominicus Joanni Baptistae Cerbonio fratri in Ecclesia Imolensi Vicario Generali misit Epistola scripta Romae Kal. Maji. a Nativitate Domini 1522.

„ Interea Scribonius (c) non minori cura, ac labore contra Com-
„ mune ipsum Imolae jurisdictionem pariter temporalem in oppidum
„ Bagnariae, quod penes Marchionem Mantuae depositum erat, pro sua
„ Ecclesia tutatus est, atque in illius favorem adjudicatum est anno
„ 1523, quo, dum aberat, pauperum necessitati consulturus, ut pecu-

(c) Manz. p. 320.

„ nia montis pietatis nuper erecti piorum eleemosynis augeretur, indul-
„ gentias concessit fidelibus, quicumque eas tribuerent. Defuncto post-
„ modum Adriano Pontifice atque ad Apostolicum fastigium evecto Cle-
„ mente VII praedictam controversiam de oppido Bagnariae instaura-
„ runt Imolenses, cujus definitio Bononiae legato commissa adjudicata
„ fuit Episcopo, a qua iisdem provocantibus judicationem causae hu-
„ juscemodi Cardinali Jacobaccio demandavit Pontifex A. MDXXXIII.
„ pridie Kal. Januarias. Reversus tandem ab urbe Scribonius Eccle-
„ siam tota sedulitate administrans eumdem constantiae tenorem juri-
„ um ejusdem strenuus assertor servavit. A. etiam MDXXXIII. permit-
„ tente ejusdem Vicario, Avvantius Chricca ex oppido Lugi Imolen-
„ sis Dioecesis Episcopus Leopolitanus Ecclesiam Monialium S. Domini-
„ ci consecravit XI. Kal. Aug. assignata tamen die decima Octobris
„ anniversariae dedicationis diei solemniter agendae „.

XLIV. NICOLAUS RODULPHUS.

XLVIII. *Nicolaus Cardinalis Rodulphus Florentinus* hanc ecclesiam suscepit administrandam a. 1533. die 4. Mensis Augusti (1), in eoque munere 3. annos transegit (2); ac deinceps in favorem *Dandini* eo munere se exsolvit 1546. Episcopus *Vicentinus* fuit, *Viterbiensis*, ac *Salernitanus* Archiepiscopus. Denique e *Florentina* patria Sede jus dixit (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) VI. Idus Augusti.

(2) „ Variis perturbationibus (a) agitata Hetruria interfectoque
„ Alexandro Mediceo primo Duce, ineunte anno 1537. Nicolaus in pa-
„ triam accurrit, indeque eodem anno Imolam venit, ubi toto ani-
„ mi ardore in spiritualem profectum commissi sibi gregis intendens,
„ idoneum deinceps concionatorem in cathedrali ad populi culturam
„ diebus quadragesimae accensiri, clericosque a proprio praeceptore
„ instrui voluit, cui minerval aere proprio constituit: Romam deinde re-
„ petens in ipsa urbe legationis munus obivit anno 1538, Paulo III.
„ Nicaeam Provinciae progresso, ut ibi Imperatorem, et Gallorum

23

(a) Manz. p. 322.

„ Regem acri bello decertantes conveniret, inter quos inducias ad de„ cennium firmavit; quo anno absens Nicolaus Dioecesanam Synodum „ praeside illius Vicario ob reformandum Clerum habuit . . . Inita „ anno MDXXXV. concordia inter Commune Imolae ex una parte, et „ Ducem Ferrariae pro oppidanis Massae, et Cousilicis ex alia super „ juribus cujusdam agri in vastam planitiem (Spazzatarum vocabulo „ dictam) se protendentis, sub directo hujus Episcopatus dominio, cui „ pars tunc palustris erat et inculta, agrum ipsum, qualiscumque e„ rat, Nicolaus Communi eidem in Emphyteusim concessit, annuo con„ stituto censu, cujus partem Clericorum praeceptori, partem concio„ natori ut augeretur stipendium, assignavit. Extant de hoc tabulae „ anno 1540. Eo, qui subsecutus est, anno Paulus III. Pontifex ex civi„ tate Luca discedens, ad quam alloquendi causa Carolum V. Impera„ torem progressus fuerat, Bononiam adiit, indeque Imolae substitit „ sexta die Octobris: ibidem etiam iterum commoratus est anno 1543 „ mense Martio, dum Placentiam versus iter dirigeret, cum eodem „ Imperatore collocaturus, quem aulamque poutificiam secutus Nico„ laus, praevidens sui absentiam fuisse diuturniorem, quam Ecclesiae „ suae necessitas pateretur, ampliorem ad eam administrandam vica„ rio facultatem concessit, ut ex dato Bononiae ad eumdem Vicarium „ diplomate eodem anno apparet „.

„ (3) Obiit improvisa morte correptus, (b) Apostolica Sede va„ cante, anno 1550 vigesima die Januarii sepultus Romae in aedibus „ S. Augustini nullius apposito ejus tumulo lapidis monumento, „ quem suae dotes satis posterorum memoriae commendant. Ea e„ rat Nicolaus probitate, et virtutibus ornatus, ut apud principes „ non modo summa fuerit existimatione, sed ipsa demum die, qua „ decessit, fuerit concordibus suffragiis a sacro Cardinalium Senatu „ in summum pontificem electus, eumque doctis carminibus prose„ cutus est Marcus Antonius Flaminius Imolensis Joannis Antonii „ filius.

LXV. HIERONYMUS DANDINUS.

XLIX. *Hieronymus Dandinus Caesenas filius Anselmi, Johannaeque Ma-retinae* natus est anno 1509 (1). Vir in omni genere scientiarum versatissimus (2), quumque perspicacissimi

(b) Id. p. 325.

ingenii esset, *Paulo III. Farnesio* fuit unice charus, eoque mittente, bis in Galliam ad *Franciscum I.* Legatus profectus est, (3) ut cum Carolo V. foedus pacis percutiendum curaret. Ergo ex Secretario, ac Protonotario Apostolico Episcopus Casertanus in Neapolitano regno renuntiatus est: anno vero 1546. die 15. mensis Maji (4) ad hanc Imolensem Ecclesiam translatus. Cathedralem exornavit, atque episcopale palatium (5). *Julio III.* Pontifici a Secretis fuit, a quo Senatoriam purpuram obtinuit sub titulo *S. Matthaei* in *Merulana* 1552. (6) vulgoque illi *Cardinalis Imolae* cognomentum adhaesit. Ad *Carolum* item V. ut cum *Francisco I.* diu cupitae pacis faedera jungerat, orator profectus est, visusque est in ea legatione oleum, et operam perdidisse. *Imolensem* Ecclesiam nepoti (7) resignavit (8), reservato sibi regressu, quo ante patruum defuncto (9) iterum illud subiit onus (10), Divitem *S. Bartholom.* Abbatiam extra muros *Ferrariae* habuit commendatam, quam in alterum ex fratre nêpotem Anselmum (11) sibi valde dissimilem (12) deinde transtulit. *Fratres Servitas* sua protectione promovit. Ei dicat Accademicas quaestiones in *Ciceronem Julius Castellanus Faventinus* publicus *Romanae* Sapientiae professor anno 1358. Decessit cum titulum S. Marcelli fuisset adeptus anno 1559. pridie nonas Decembris (13), sepultusque Romae apud S. Marcellum cum sequenti Epithaphio (14), quod supra memoratus Anselmus nepos ibi ponendum curavit.

D. O. M.

HIERONYMO . DANDINO . CAESENATI . S. R. E.
CARDINALI . HUJUSCAE . ECCLESIAE . TITULARI . ET . ORDINI
PROTECTORI . ANSELMUS . PROTONOTARIUS . APO-
STOLICUS . ET . UTRIUSQUE . SIGNATURAE . REFERENDARIUS
PATRUO . OPTIME . MERITO . ANNUO . REDDITU . FRATRI-
BUS . ADSIGNATO . UT . PRO . EJUS . ANIMA
PRIDIE . NONAS . DECEMBRIS . QUO . DIE
OBIIT . ANNIVERSARIUM . CELEBRENT
OBIIT . MDLXIIII . AETATIS . L.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) VIII. Kal. Aprilis. Confer Pogiani epistolam CLXXXII. (a).

(2) Nec mirum, cum ita doctrinae studio se addixerit, ut *ne valetudinis quidem incommodo retardaretur*, quemadmodum luculentissimus testis est Pogianus, quem Hieronymus in suum contobernium adsciverat, in quadam ad Johannem Antonium Fuscherium epistola. Quantos vero in latinis praesertim litteris processus fecerit, ex quaternis ejus epistolis a Cl. P. Lagomarsino vulgatis (b) intelligere possumus.

(3) Non ad Franciscum tantum, sed et ad Henricum II. missus est a Paullo III., atque ad illum quidem a. MDXLVI. ad hunc MDXLVIII. XXXI. Maji.

(4) XVI. Kalendas Junii. Testes appello Paulli ipsius ad Hieronymum litteras. (c)

„ Paullus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri „ Hieronymo Episcopo Imolen. salutem, et Apostolicam benedictionem. „ Romani Pontificis, quem Pastor ille coelestis et Episcopus anima- „ rum potestatis sibi tradita plenit. Ecclesiis praetulit universis, „ plena vigiliis sollicitudo requirit, ut circa Ecclesiarum earumdem „ statum salubriter dirigendum sic diligenter excogitet, sicque pro- „ spiciat diligenter, quod ejus provida ordinatione nunc per simpli- „ cis provisionis offitium, nunc vero per ministerium translationis „ accommode, prout personarum, locorum, et temporum qualitas exi- „ git, et Ecclesiarum utilitas suadet, Ecclesiis singolis Pastor acce- „ dat idoneus, ac Rector providus disputetur (l. deputetur) qui popu- „ lum sibi commissum per suam circumspectionem providam et „ provideotiam circumspectam salubriter dirigat, et informet, „ commissamque sibi Ecclesiam non solum gubernet utiliter, sed „ etiam multimodis offerat incrementis. San. Ecclesia Imolen. „ quae sedi Apostolicae immediate subjecta existit, et quam dile- „ ctus filius noster Nicolaus Sanctae Mariae in via lata Diaconus „ Cardinalis de Rodulphis nuncupatus, ea concessione, et dispositio- „ ne Apostolica in admioistratorem nuper obtinebat, Administratio- „ ni ejusmodi ex eo, quod dictus Nicolaus Cardinalis illi hodie in „ manibus nostris sponte et libere cessit, Nosque cessionem hujus-

(a) T. 1. p. 278.
(b) Ibidem pag. 141, 142, 143.
(c) Ex libro A. Episc. Imol.

" modi duximus admittendam cessante adhuc eo, quod dum eidem
" Nicolao Cardinali in administrationem concessa extitit, vacabat
" solatio destituta. Nos verum et ultimum dictae Ecclesiae i-
" psae vacationis modum, et id si ex illo quovis generalis reserva-
" tio, et id in corpore juris clausa resultet, praesentibus pro ex-
" pressis habentes, et ad provisionem ejusdem Ecclesiae celerem et
" felicem, ne Ecclesia ipsa longae vacationis exponatur incommodis,
" paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam
" de praeficiendo eidem Ecclesiae personam utilem, et etiam fru-
" ctuosam cum Fratribus nostris habuimus diligentem; demum ad
" te Episcopum nuper Casertanensem, consideratis grandium virtutum
" meritis, quibus personam tuam illarum largitor Altissimus insigni-
" vit, et Tu qui Ecclesiae Casertan. hactenus laudabiliter praefui-
" sti, dictam Ecclesiam Imolen. scies, et voles, et poteris auctore
" Domino salubriter regere, et feliciter gubernare, direximus ocu-
" los nostrae mentis.

" Intendentes igitur tam eidem Ecclesiae Imolen. quam ejus
" gregi dominico salubriter providere, Te a vinculo, quo eidem Ec-
" clesiae Casertan., cui tunc praeeras, tenebaris, de Fratrum eo-
" rumdem consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, te
" ad Ecclesiam Imolen. praedictam auctoritate apostolica transferi-
" mus, teque eidem Ecclesiae Imolen. Episcopum praeficimus, et
" Pastorem, curam et administrationem ipsius Ecclesiae Imolen. ti-
" bi in spiritualibus et temporalibus plenariam committendo, libe-
" ramque tibi ad ipsam Ecclesiam Imolen. transeundi licentiam tri-
" buendo, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dextera Domini ti-
" bi assistente propitia dicta Ecclesia Imolen. sub tuo felici regimi-
" ne regetur utiliter, et prospere dirigetur, grataque in iisdem spi-
" ritualibus et temporalibus suscipiat incrementa. Quocirca Fra-
" ternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad prae-
" fatam Ecclesiam Imolen. cum gratia nostrae benedictionis acce-
" dens curam et administrationem praedictam sic exercere studeas
" sollicite, fideliter, et prudenter, quod exinde sperati fructus ad-
" veniant, et tuae bonae famae odor ex tuis laudabilibus actibus
" latius diffundatur, ipsaque Ecclesia Imolen. Gubernatori provido
" et fructuoso administratori gaudeat se commissam; Teque
" praeter eternae retributionis praemium nostram et Apostolicae
" Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merea-
" ris. Nec non dilectis filiis, Capitulo, et Vassallis dictae Ecclesiae,
" et Clero, et Populo Civitatis, et Dioecesis Imolen. quatenus Ca-
" pitulum tibi tamquam Patri, et Pastori animarum suarum hu-

„ militer intendentes exhibeant tibi obedientiam, et reverentiam „ debitas ac devotas, et Clerus et pro nostra et Sedis predictae „ reverentia benigne recipientes, et honorifice pertractantes tua sa- „ lubria monita, et mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adim- „ plere procurent; Populus vero te tamquam Patrem et Pastorem „ animarum suarum devote suscipientes, et debita honorificentia „ prosequentes tuis monitis, et mandatis salubribus humiliter in- „ tendant. Itaque tu in eos devotionis filios, et ipsi per consequens „ te in Patrem benevolum invenisse gaudeatis. Vassalli, aut prae- „ fecti te debito honore prosequentes tibi fidelitatem solitam, nec- „ non consueta servitia, et jura tibi ab eis debita exhibere statueris „ integre procurent, alioquin sententiam suae poenae quam, respecti- „ ve in rebelles rite tuleris, seu statueris, ratam habebimus, et fa- „ ciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam invio- „ labiliter observari. Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnatio- „ nis Dominicae MDXLVI. XVI. Kal. Junii Pontific. nostri anno XII.

(5) Ipso adnuente (d) domus ad puellas nubiles custodiendas, quum propter paupertatem debito carerent alimento, coempta est, designantibus redditus civibus earum alimentis opportunos anno 1548.

(6) XII. Kal. Decemb. a. 1551, quo 28 Maji Bononiam missus fuerat, ut nonnulla ad Cardinalem de Medicis referret.

(7) *Sororis filio* voluit dicere.

(8) 1552. V. Idus Maji. A Gregorio XIII. nuntium Pontificium in Galliam anno 1557. missum, ibique multa praeclara gessisse, ejusdem Gregorii Annales a Petro Maffejo conscripti docent.

(9) Corrige *avunculum*.

(10) 1558. Habitus tamen tunc non ut Episcopus, sed ut administrator (e) per id tempus „ ut merum ac mixtum imperium, „ plenamque jurisdictionem in oppidum Bagnariae, quam intervertere „ conabatur Commune Imolae pro episcopatu stabiliret, atque re- „ centis decreti praesidio eam sententiam instauraret, quae pro E- „ piscopis Imoleu., Episcopo Scribonio sedente, jam lata fuerat in „ Romana Curia, causam dignoscendam, ac suo definiendam judi- „ cio Jacobo Cardinali Puteo committi eodem anno a Paullo IV. „ impetravit.

(11) Hic ille Anselmus, ad quem inter Pogiani epistolas (f) plures invenias Hieronymi avunculi epistolas.

(d) Manz. p. 327.
(e) p. 329.
(f) T. 1. a pag. 230., ad pag. 309.

(12) Anselmi reprehensorem Ughellium non injuria reprehendit idem Lagomarsinus in egregiis adnotationibus ad Pogiani epistolam CXIX. (g). Nam ut omittam, quae de Anselmi laudibus avunculo scripsit Julius Castellanus Faventinus (juvenis enim quum tunc esset, potuisset a se ipso deinde desciscere) eum scimus a Gregorio XIII. Nuntium Pontificium in Galliam anno 1557. missum, ibique multa praeclare gessisse ejusdem Gregorii annales a Petro Maffejo conscripti docent. (h)

(13) Fuerat autem Kal. Decembr. aeger ex Conclavi Vaticano ad domum S. Marcelli perductus. Vide Lagomarsinum (i).

(14) Hoc epitaphium ejus cenotaphio insculptum est. Aliud insculptum est lapidi, quod humi cineres regit: Manzonius ita hoc reddit. (k)

HIERONYMUS . DANDINVS
CARDINALIS . CESENAS . EPI-
SCOPVS . IMOLENSIS . QVI
VIXIT . ANNOS . L . OBIIT . PRI-
DIE . NONAS . DECEMBRIS . ANNO
MDLIX.

LXVI. ANASTASIUS UBERTUS DANDINUS.

L. *Anastasius Ubertus Dandini* ex Sorore nepos, Caesenas, Monachus Ordinis *S. Benedicti*, ac per id tempus *Cellerarius* S. Mariae de Monte prope *Caesenam* a *Julio* III. electus est *Imolen.* Episcopus anno 1552 die XI. mense Maji(1). Litteratura valebat, ut refert Wion *lib. 2. ligni vitae*, reliquitque aliquot ingenii monumenta. Mortuus est anno 1558.(2), non autem ut *Arnoldus* adfirmat 1500. Forsitan enim Anastasius per illud tempus nondum lucem adspexerat.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Vicarium habuit a. MDLV. D. Henricum Vitale.
(2) 25. Martii, de cujus obitu ad Anselmum fratris filium

(g) T. 1. pag. 287.
(h) lib. VIII. §. 23. seq., et lib. IX. §.3.
(i) T. 1. Epist. 183. pag. 278.
(k) pag. 330.

Hieronymi avunculi epistolam habes inter Pogiani epistolas (a). „ Tumulatus (b) (fuit) in communi sepulcro Episcoporum, quo altius effosso anno 1704, ut novum sacellum S. Cassiani venustius strueretur, inter ejusdem Praesulis ossa inventa est lamina plumbea cum hac epigraphe.

ANASTASIVS . VBERTVS . DE . DANDINIS
CESENAS . EPISCOPVS . IMOLEN. . PER . ANNOS . 6
VIXIT . ANNOS . XLI . OBIIT . VERO . XXV . MARTII . HORA . PRIMA . NOCTIS . . ET . DIMIDIA . MDLVIII.
T . B . F .

LXVII. ITERUM HIERONYMUS DANDINUS.
LXVIII. VITELLOTIUS VITELLIUS.

LI. *Vitellotius Vitellius Tiphernas Paulli* IV. Diaconus Cardinalis SS. *Sergii*, et *Bacchi*, ac S. R. E. camerarius ab eodem Pontifice jussus est Praesul *Imolensibus* imperare anno 1560 die 7 (1) mensis Februarii; quam ille Ecclesiam quum ad duos annos administrasset (2), eo deinde munere se volens abdicavit. Hic filius fuit *Alexandri* atque *Angelae Rubeae* e nobilissima gente. Perspicacissimae indolis fuit, adeoque in expediendis negociis promptus et alacer, ut Pontificatum *Paulli* IV. ad libitum videretur administrare. *Galliarum* fuit protector, *Campaniae* Legatus, Signaturaequae gratiae Praefectus. *Romae* decessit anno 1568 decimo tertio Kal. Decembris, sepultusque est apud S. Mariam in via lata ante altare SS. *Ciriaci*, et *Catharinae* sine epitaphio. Caeterum haud in postremis Vitellotii virtutibus numerandum est, quod diligens indagator, quaecumque tum Lugduni, tum Avenione aliquando gessere Pontifices, ex oblivionis faucibus eruerit, inque plura digesserit volumina, lucem utique publicam adspectura, si illum diutius vivere contigisset. In-

(a) Tit. 1. Epist. 183. pag. 278.
(b) Manz. p. 329.

tulit et plura pretiosissima manuscripta in suam illam celebrem Bibliothecam. Ejus elogium enarravit *Massarellus* doctus Episcopus *Vicentinus Tiphernas*, *Victorellusque* in additionibus ad *Ciacconium*, qui meritis *Vitellotium* laudibus adtollit in coelum. (3)

Additio F. A. Zaccariae.

(1) VII. Idus Februarii 1559.
(2) Certe in Bullario Pii IV. Vaticano *Administrator*, non Episcopus dicitur Ecclesiae Imolensis.
(3) 1561.

LXIX. FRANCISCUS GUARINUS.

LII. *Franciscus* (1) *Guarinus* (2) e *Monte Feltro Vitellotii* Cardinalis familiaris eamdem sedem adsecutus est anno 1561 die 22. mensis Octobris (3). Hic Concilio *Tridentino* interfuit (4), indeque ad Ecclesiam suam reversus ad illius sanctionum praescriptum illam totam composuit. Seminarium duodecim puerorum instituit, qui Cathedrali subservirent, pauperes dilexit, illorumque effusis opibus sublevavit inopiam, ac ubique et semper Ecclesiae sibi creditae magno usui fuit. *Romandiolae* Praesidens a *Pio* IV. declaratus est (5). Apud suam Ecclesiam e vita decessit 1569. communique sepulcro suorum antecessorum tumulatus fuit in Cathedrali.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) In quibusdam impressis Tridentinorum Patrum indicibus Guarinus *Hieronymi* nomine praenotatur, manifesto typothetarum errore, qui tamen in eorundem indicem non irrepsit Parisinae a. 1606. Concilii Tridentini editioni subjunctum, ubi *Franciscus* recte vocatur.
(2) Seu potius *Guerrinus*.
(3) Immo IX. Kal. Nov. ex Bullario Vaticano Pii IV. Nonnisi tamen XXIV. Octobris in Consistorio promulgatus fuit.
(4) Quo advenit quinto idus Maji anno 1562.

(5) A. 1568. Fuerat autem a. 1565. 10. Decembris Gubernator Burgi Urbis renunciatus.

LXX. JOHANNES ALDOBRANDINUS.

LIII. *Johannes Aldobrandinus* Florentinus, filius *Sylvestri* insignis *Jurisconsulti*, fraterque Papae *Clementis VIII.* non minus Jurisprudentia clarus quam Pater, apud Christianos Principes singularem collegit gratiam, praecipue autem apud *Pium IV.*, qui ob praeclara illius merita Sacrae Romanae Rotae Auditorem (1) declaravit, ac *Pius* deinde *V. Imolensem* Episcopum anno 1569 (2) die 26. mensis Augusti; anno vero 1570 (3) sacra purpura cohonestavit, eique transigendum negotium adtribuit sacro foedere Venetos cum *Hispaniarum* Rege jungendos contra insolescentem Turcam, qui populabundis Christianis littoribus propius infestiusque imminebat. Quod quum Johanni cecidisset ex voto, magnam inde retulit prudentiae laudem. Summus Poenitentiarius (4) fuit, (5), interque fortunae adridentis obsequia ex humanis rebus exemptus est anno VII. 1573 non. Septembris non sine moerore Pii Pontificis, sepultusque est apud *S. Mariam supra Minervam*, cujus deinde ossa quum *Petrus Aldobrandinus* Cardinalis Nepos in novum *Aldobrandinae* gentis Sacellum transtulisset, sub ejus marmorea statua hoc sequens epitaphium insculpendum curavit.

IOANNES . ALDOBRANDINVS
S. R. C. CARDINALIS
TIT. S. SIMEONIS
MAIOR . POENITENTIARIVS.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) In eumdem prolapsus est errorem Manzonius (a). Verum non Pius IV, sed Paullus IV. Johannem inter Rotae Auditores adnumeravit, ut recte Mandosius ex Carthario (b) adnotavit.

(a) pag. 335.
(b) In Syllab. Audit. p. 52.

(2) „ Quo anno (c) Ecclesiam S. Jacobi de Robusteda pluraque „ bona ad eam spectantia, quae olim Monasterio S. Petri in Sala „ erant annexa, fuisse accepimus Paroeciae S. Joannis Baptistae op- „ pidi Rioli colligata. Johannem vero Imolam statim accedere non „ tam cura multiplex ipsi a Pontifice demandata, quam gravis ae- „ gritudo prohibuit: neque tamen alia, quibus distinebatur, nego- „ tia, neque morbus ipse obstitit, quin ea adimpleret, quae illius „ Pastoralis officii erant. Itaque per litteras Kalendis Februarii an- „ no millesimo quingentesimo septuagesimo Roma datas decreta a suo „ Praedecessore edita novo edicto instauravit, aliaque salubria promul- „ gari, atque annuos per Dioecesim concionatores designari jussit, qui „ quadragesimali tempore populis verbum Dei annunciaret. Plura quo- „ que statuit tum quoad appellationes ad Archiepiscopum Ravenna- „ tem, tum quoad Clericorum spolia, inita eo authore concordia „ a Clero cum Camera Apostolica eodem anno „. Vicarium habuit Franciscum Riccium Firmanum.

(3) XVII. Kal. Maji.

(4) Id muneris abdicante S. Carlo Borromaeo.

(5) Breviumque designatus Praefectus.

LXXI Fr. VINCENTIUS HERCULANUS.

LIIII. Fr. *Vincentius Herculanus Perusinus* ex ordine *Praedicatorum* (1), *Sarnii* antea Episcopus (2) ad *Imolensem* Ecclesiam translatus est 1573. (3). Vir sanctimonia vitae praecipuus, qui postea ad patriam *Perusinam* Sedem (4) translatus est 1579. (5).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Quem Faesulis ingressus est.

(2) Ex Pii V. authoritate electus; quo tempore in sui ord. Provinciam Visitator inquirebat.

(3) IX. Februarii „ Suscepto hic sui (a) ministerii onere, nil prius, potiusve habuit, quam ut Dei cultus impensius augeretur, atque ea,

(c) Manz. ibid.
(a) p. 337.

„ quae ad Ecclesiae disciplinam pertinent, exacte custodirentur a „ subditis; ideo plura extant illius ad Cleri reformationem moni- „ nita, praecipue vero ad rectam chori directionem, ubi cum Ca- „ nonicis quotidie aderat, et adhuc ibidem perstat ipsius nobile le- „ ctorium, in quo gentilitia ejus stemmata artificiose inserta visun- „ tur . . . . Sequenti vero (anno) Ascanius Marchesinus Episcopus „ Majoricensis ejusdem Imolensis Civitatis, et Dioecesis Ecclesias „ Apostolica authoritate visitavit . . . . . Jubilaeo Imolae concesso „ post annum quingentesimum septuagesimum quintum supra mille- „ simum, opportuna in id, ac praeclara edidit, ipseque nudo pede „ visitavit Ecclesias. Parochialem Ecclesiam S. Gregorii loci de Ce- „ reto alteri Sanctae Mariae de Serra, consentiente Capitulo, eo- „ dem anno nexuit; quo mulieribus e vitiorum coeno resipiscenti- „ bus, quae apud aedes S. Mariae Vallis Viridis adhuc considebant, „ publico Magistratus decreto eleemosyna annua statuta est .. Apud „ oppidum Bagnariae ecclesiam parochialem Sancti Andreae vetustate „ fatiscentem alteri item parochiali Sancti Johannis Baptistae in- „ tra idem castrum extanti univit, tituloque Archipresbyteri il- „ lius Rectores ornavit. Pervigili interea sollicitudine societatem „ orationis, ut vocant, communis in Cathedrali instituit, indulgen- „ tiis perpetuis a Gregorio XIII. exoratis . . . . In pauperes effu- „ sus, quam sibi cara paupertas esset, diu celare non potuit; nam „ et quod subeundi necessarias expensas aliquando impotens redde- „ batur, et quod religiosae vitae flagrantissimus erat, constituit „ noctu Imola secreto discedere, ac deinde episcopatu se abdicare, „ nihil habens molestius, quam quod aliis dignitate praeesset, soli- „ tus dicere, tunc sibi quiescendum tandem fore, cum ad cellulam „ redeundi facultas sibi daretur. Hujus consilii participem tantum „ fecerat virum sibi fidissimum ejusdem religionis fratrem Franci- „ scum de Cardona; rem tamen suspicati Canonici et Magistratus „ Civitatis omnes una cum Clero obstitere, collatisque unanimiter „ pecuniis, expensas, in quas ille valide propendebat, ipsi subiere.

(4) Infestae valetudinis caussa.

(5) „ Mense Decembri (b), ubi cum summa pietate, et laude vi- „ xit usque ad annum millesimum quingentesimum octogesimum sex- „ tum, fato functus die vigesima nona Octobris, atque in Ecclesia „ S. Dominici tumulatus, ubi hanc inscriptionem sibi vivens appo- „ suerat.

(b) Manz. p. 340.

„ Frater Vincentius Herculanus primum Sarnensis, deinde Imo-
„ lensis, nunc Perusinus Episcopus beatae spei memor, vivens ad-
„ huc locum hunc, ubi mortale suum post mortem humaretur, ele-
„ git anno aetatis suae LXV.

„ Salutis vero 1581.

„ Plura reliquit sui ingenii, ac doctrinae monumenta, scripsit-
„ que Commentaria in Aristotilem. De eo meminit Cardinalis Ba-
„ ronius in notationibus ad Martyrologium, et ad diem septimum No-
„ vembris, ubi illum appellat = *omni virtutum, et litterarum genere*
„ *ornatissimum* =. Confer Bibliothecam Patrum Praedicatorum.

LXXII. ALEXANDER MUSOTTUS.

LV. *Alexander Musottus Bononiensis* filius *Ludovici Romae Conservator*, ac sub *Pio IV.* utriusque Signaturae Referendarius, judexque appellationum, a *Gregorio XIII.* factus Canonicus est Basilicae *Vaticanae* (1) Cubiculariusque ex numero Participantium, atque deinceps *Imolensis* Episcopus 1579. 9. mensis Decembris. Ad eam dignitatem inauguratus est die 30. mensis Junii (2) insequuti anni, atque apud *Venetos* nuncius renunciatus (3). Inde ad Ecclesiam suam reversus illam sacerdotalibus vestibus, pretiosaque supellectili locupletavit adhuc vivens, moriensque in ejusdem magna ex parte favorem condidit testamentum. Seminarii protulit fines, illudque transtulit in commodiorem locum. Patres ex Societate Jesu *Imolam* introduxit, primoque lapidi in fundamentis templi jactato est bene precatus. Curavit Patres Cappucinos propius Civitatem transferendos, illorumque, quos unice dicitur dilexisse, extruendum coenobium pecunia juvit, ibique nobilem bibliothecam constituit, quam selectissimis voluminibus implevit, quum ad 4. millia scutatorum expendisset de suo. Moniales Cappucinas clausura conclusit; Convertitasque, ut vocant, decentiori loco collocavit. Mendicantium Xenodochium erexit, eidemque ampliorem censum legavit. Nobilem Ecclesiam ad *Pontem Sanctum* substruxit, curavitque, in ea construendum Sacellum (4), eidem annuo censu adtributo, annoque 1602. plures ibidem Sanctorum reliquias honorifice collocavit (5). Crucifixi Sacellum exordientem mors oppressit.

(6) Duas Synodus celebravit, pluresque saluberrimas leges tulit. Populum *Imolensem* re frumentaria juvit (7). Pauperum egestatem sublevavit. Senex decessit, plenusque meritis *Imolensi* populo perpetuus moeror futurus die 23. mensis Januarii anno 1607, sepultusque est in Cathedrali cum hoc epitaphio.

AD . LAVDEM
D. O. M.
ALEXANDER . MVSOTTVS . BONONIENSIS
EPISCOPVS . IMOLENSIS . ET . COMES
CVPIENS . OB . CERTAM . RESVRRECTIONIS . SPEM
DEIPARAE . VIRGINIS . S. CASSIANI . ET . ALIORVM
SANCTORVM
PIISQVE . VIVENTIVM . ADIVVARI . SVFFRAGIIS
HOC . SIBI . SEPVLCRVM . ELEGIT
DVM . VERO . ILLVD PARANDVM CVRARET
DIEM . CLAVSIT . EXTREMVM
X . KAL. FEBRVARII . MDCVII
ANNVM . AGENS . LXXII. DIESQ. XXIII
HAEREDES . MOESTISSIMI
EODEM . ANNO . EXEQVENDVM . CVRARVNT (8)

Additio F. A. Zaccariae.

(1) XXI. Decembris anno MDLXXII.

(2) XXV. Februarii, ex Regesto Vaticano. „ Alexander sui re-
„ giminis initio (a), quamvis apud Pontificem cujus aerarii praefecturam
„ gerebat, permanere cogeretur, commissi tamen sibi gregis curae
„ intentum, ac mirum Ecclesiasticae disciplinae cultorem se ostendit.
„ Ab Episcopo Pisaurensi sibi amicissimo obtinuit, ut Sacramento
„ Confirmationis in Ecclesia Imolensi administrando suas absentis vi-
„ ces impleret. Publicam Eucharistiae expositionem per 40. horas qua-
„ ter singulis annis habendam in Cathedrali indixit, ad quam de-
„ vote confluentibus perpetuas Gregorius XIII. indulgentias conces-
„ sit anno 1582., alias, easque pariter perpetuas sacra sanctorum
„ protectorum corpora in eadem Ecclesia visitantibus ipse Alexan-
„ der impetravit: quo pariter anno Ravennae habitum est Conci-

(a) Manz. p. 342.

„ lium Provinciale ab Archiepiscopo Christophoro Boncompagno, cui „ tamquam Alexandri procurator Fabius Tempestivus (de Monte „ Falcho) ipsius Vicarius Generalis interfuit, ac subscripsit; atque „ per eumdem Vicarium suum tanquam Praesidem ipse quoque adhuc „ absens suam primam Synodum celebrari jussit anno 1584, in qua „ Conciliorum Provincialium Decreta observari praecepit. Postero „ anno defuncto Gregorio XIII. ad suam Ecclesiam accessit, sum- „ ma Cleri, totiusque populi Imolensis gratulatione receptus, ubi „ illustria pietatis, ingentisque animi toto suo regiminis tempore ar- „ gumenta praebuit. Visitationem itaque civitatis, et dioecesis pri- „ mitus indictam omni sedulitate, ac pastorali zelo fructuose exple- „ vit. Contendentibus saecularis fori ministris, bonorum adjudicatio- „ nes, seu ut vocant, confiscationes, quibus oppidanos Bagnariae „ graviter delinquentes plecti contigisset, ad Cameram Baronalem „ Episcopornm Imolensium, qui in illud oppidum merum et mix- „ tum imperium habent, non spectare, jura suae Ecclesiae prosecutus, „ plenam suam jurisdictionem propugnavit, et sententiam Episcopo „ adjudicatam obtinuit, quam Judex a Cardinali Pinello subdelega- „ tus tulit anno 1587. cui summus Pontifex Sixtus V. causam de- „ legarat superiori anno, eamqne sententiam triennio post innovan- „ dam instituit. „

(3) Multo serius id factnm, qnam Ughellianae narrationis ordo indicare videatur, nempe sub finem anni MDXCI. A. MDXCV. ejus jussu editum est rituale Sacramentorum ad usum Imolensis Ecclesiae Bononiae apud Johannem Rossinm in 4° . Erat eo tempore Generalis ejus Vicarins Fridericus surdus Bononiensis Cl. Juris Consultus, qui plura edidit, atque in his de *Praeminentia, et dignitate Archidiaconorum, Praepositorum, et Archipresbyterorum Ecclesiae Imolensis consilia, seu responsa*.

(4) Eo loco, ubi B. Deiparae Virginis Imago miracnlis spectatissima fuerat primum constituta, illamque ibi posuit „ 3. Kal. „ Octobris (*b*) festivo die S. Michaelis Archangeli a. MDC.: utque me- „ moria illius diei, qua tam insignis facta fuit translatio, perennis „ in aevum fieret, tabula egregii artificis (Pomerancii) manu de- „ picta est cum ejusdem S. Michaelis imagine, atque in principe „ ara collocata „ .

(5) Quae de censu, ac reliquiis heic ab Ughellio addnntur, non ad sacellum spectant S. Mariae de Ponte Sancto in templo constructnm, sed ad aliud, qnod in Cathedrali Ecclesia S. Mariae

(*b*) Manz. p. 347.

de Populo Alexander aedificandum, ac auro, et picturis ornandum curavit, tum etiam sacris reliquiis a. MDCIV. (non MDCII) locupletavit, ut diss. IV. adnotasse me memini.

(6) Mille aureis ad picturarum ornamenta erogatis.

(7) Uberiore haec stylo Mauzonius persequitur. „ Inter caeteras „ (c) ejus virtutes, inquit, maxime eluxit charitas, cum non modo ci„ vitatis, sed et circumstantium locorum pauperibus re frumentaria, „ ac pecunia liberaliter opem tulit, recrudescentibus annis ob an„ nonae caritatem, ita ut merito innumeros ab inedia pene ex„ animes eripuisse, atque adeo conservasse diceretur; cumque ingens „ miserorum sive puerorum in viis sive puellarum numerus crevisset, „ qui ostiatim mendicando pariter, et in Ecclesiis molesti essent, „ ipsique fame pene conficerentur, id consilii initum est, ut o„ mnes simul collecti in una domo alerentur: quare opitulante cum „ civibus Magistratu, Alexander domum Mendicantium eodem anno „ erexit, quibus singulis mensibus 10. aureos ipse pro eleemosina, „ quoad vixit praestitit atque pingue legatum reliquit. Ab anno„ nae copia spirituale pabulum in utilitatem animarum non sejunxit, „ tum instituta oratione per dimidium horae quolibet die festo post „ completorium in Cathedrali, atque impertita tunc benedictione „ Venerabilis; tum ejusdem expositione per septem horas diebus do„ minicis in Ecclesiis Civitatis singulatim, et alternis distributa, at„ que indicta supplicatione cum eodem Venerabili primo die Domi„ nico cujuscumque mensis „.

(8) Quo die D. Albertus Vulpius Praepositus Capitularis Vicarius fuit renunciatus. In Kalendario tamen Imolensis Ecclesiae a. 1613. Alexandri obitus XI. Kal. Februarii notatur, anniversarii, qui tum in Cathedrali agebatur, diei caussa.

LXXIII. JOHANNES GARSIA MILLINVS.

LVI. *Johannes Garsia Millinus Romanus* Musotto successit die nona mensis Decembris anni 1607. Parentes habuit *Millinus Marium*, *Tarquiniamque Jacobatiam* (1). *Florentiae* 1562. natus ex sua nobilitate sub disciplina *Johannis Baptistae Castagnae* Cardinalis educatus est, quem postea Ponti-

---

(c) id. p. 348.

ficatum adeptum Urbanum VII. appellarunt. Sub Sixto V. advocatus fuit Consistorialis, atque a Gregorio XIV. Sacrae Romanae Rotae Auditor est declaratus. In adsumptione Cardinalis Castagnae ad purpuram visa est adrisisse Garsiae fortuna; tametsi ejusdem postea morte illius omnes praeciderit spes. *Clemens* VIII. Millini cognita sagacitate, Henrici Cardinalis Cajetani in Poloniam legati collegam illum esse voluit, ut inter regem illum gentemque Austriacam pacem firmaret. Clementem VIII. Ferrariam proficiscentem sequutus est, itemque Petrum Adobrandinum ejus nepotem, dum Florentiae novas nuptias Henrici IV. Gallorum Regis, et Mariae Principis Medicae benedicturus legatus adiret. *Paulus* V. ubi primum Apostolicam Sedem adscendit, *Archiepiscopum Rodiensem Millinum* creavit, atque ad Hispaniarum regem oratorem; in quo munere vix integrum annum impleverat, quum ab eodem Pontifice purpura nobilitatus est anno 1606. die 11. mensis Septembris (2). Romam reversus est post duos annos, inque Consistorio honorifice exceptus tit. SS. Quatuor Coronatorum fuit insignitus: die vero 5. Maji ejusdem anni legatum illum a latere dixit, direxitque in Germaniam, ut inter Rodulphum Imperatorem, fratresque Austriacos componeret pacem. Rem omnem feliciter perfecit, plurimaque conlecta gratia apud Imperatorem, ac Paullum V. Romam reversus est, exceptus publice in Consistorio, atque a Pontifice ipso prudentiae, diligentiaeque publice laudatus, deinceps a Pontifice jussus in omni Congregationum Senatu gravissime sententiam dixit. Pontificis Vicarius fuit, atque Archipresbyter S. Mariae Majoris: neque tantis muneribus iisque gravissimis praepeditus sibi creditae Imolensis Ecclesiae potuit oblivisci. Siquidem illam mirifice ornavit Statuis *S. Cassiani*, ac *Petri Crhysologi*, pluraque Sacerdotalia instrumenta illi dono dedit. Ecclesiam mulierum Convertitarum prope labentem a fundamentis instauravit, cumque praesens Ecclesiam illam adminstrare non posset, eam resignavit anno 1611. Templum SS. 4. Coronatorum sui tituli instaurare aggressus est, cui vetustas adtulerat vitium, quumque illud picturis, domibusque parergis, quae ad illius decorem viderentur spectare, mirifice exornasset, inque illud

repertas sub confessione Sanctorum reliquias a Leone IV. Pontice ibi reconditas intulisset anno 1624. die 17. mensis Julii, adeo popularem curam contempsit, ut nullo expensarum habita ratione, nullum suorum gentilium stemmatum vel leve voluerit extare vestigium. De hujusmodi translatione scripsit *Decius Mammolus*, ubi inscriptiones marmoreas ad posteritatis memoriam poteris intueri. Eo titulo per annos viginti insignitus est, atque ad octo illud S. Laurentii in Lucina obtinuit. Comitiis interfuit, in quibus *Gregorius XV.* Pontifex creatus est, atque deinceps *Urbanus VIII.*, in quibus ad Pontificatum si non plena, tulit tamen propria suffragia. Sagacis indolis fuit, ingeniique magni, ac pernobilis, pleno dignitatis, ac gravitatis adspectu, inque explicandis negociis dexteritate mirabili. Romae decessit Episcopus Cardinalis Tusculanus anno 1629. prima die ineuntis Octobris, secunda noctis hora, sepultusque est apud S. Mariam in suae gentis sacello sub sepulcro *Johannis Baptistae Millini* Cardinalis Sixti V. In plumbea vero capsa, ubi illius cadaver reconditum est, hanc sequentem inscriptionem perlegi.

IOHANNES . GARSIAS . MILLINVS . ROMANVS S. R. E.
EPISCOPVS . CARDINALIS . TVSCVLANVS . PAPAE
VICARIVS . BASILICAE . S. MARIAE . MAIORIS
ARCHIPRESBYTER . AC . SVPREMVS . INQVISITOR
OBIIT . KAL. OCTOB. ANNO . DOMINI . MDCXXIX

In eodem sacello sub nobili marmoreo tumulo hoc legitur cenotaphium.

„ *Joanni Garsiae Millini* S. R. E. Cardinali naturae, virtutisque bonis eminentissimo. Quem adolescentem ingenii, cognitionisque praerogativa clarissimum, nondum *Romae Urbanus VII.* Praeceptor instituit; *Sixtus V.* Sacri Consistorii advocatum, *Gregorius XIV. Romanae Rotae* Judicem legit, *Clemens VIII.* auctum censu, dignumque purpura proclamatum Ferrariam proficiscens comitem, et Cardinali *Cajetano* adversus Turcas ad *Poloniae* Regem legato adjutorem adjunxit. *Paullus V.* ad *Philippum III.* Regem Hispaniarum

„ misit nuncium, et re bene gesta primum Purpuratorum „ Patrum in Senatum adscivit. Idem *Paullus* ejusdem opera ad *Mathiam Pannoniae* Regem, et ad *Rodulphum Caesarem* „ legati magno cum Reipublicae Christianae bono bellum inter „ duos fratres plusquam civile composuit; redeuntem e Germania secum in urbem duxit eumdemque vere Principem „ sacri principatus administrum ad majora quoque semper „ adhibuit, in electionis Pontificiae conclavi non minima pars „ sacri Senatus oneri summo parem existimavit. Reliqui „ Summi Pontifices pluribus unum praefecere Congregationibus, magnisque de rebus etiam aegrotantem in lecto censuere consulendum. Denique Vicarium in urbe Custodem „ pro omnium salute vigilantem quadriennium ante provisa „ prudenter, et de scripto etiam sapienter disposita mors „ hilarem, atque tranquillum aeternitatis candidatum mortalitate *sic* donavit. Vixit anno LXVI. menses VII. *Urbanus*, „ et *Marius Millini* haeredes patruo, immo parenti amantissimo P. P. Vale Lector, et gratulare alterum ex Millina „ familia non similem humano generi datum (f. dandum). „ Obiit Kal. Octobris MDCXXIX.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Hortensiam Johannis Matrem appellat Cartharius in Sillabo (a).

(2) Sequenti vero 1607. VII. Februarii Imolensi Ecclesiae Praefectus.

LXXIV. RODULPHUS PALAEOTTUS.

LVII. *Rodulphus Palaeottus Bononiensis*, *Aeneae* filius Cardinalis, *Palaeotti* consanguineus, *Alphonsi* Archiepiscopi Nepos, Archidiaconus *Bononiensis*, *Clementisque VII.* cubicularius, electus Episcopus a *Paulo V.* a. 1611. die 27. mensis Junii. A Cardinali *Millino* ad eam dignitatem inauguratus fuit in Ecclesia nova, ut vocant (1) solemnique pompa Imolam ingressus est die xv. mensis Octobris ejusdem an_

(a) p. 197.

ni (2). *Sanctae Mariae* de *Turiano* curavit Ecclesiam aedificandam, primumque jecit lapidem in rudimentum fundamentorum. Ecclesiam *S. Crucis* (3) exornavit, eidem adtributo Parochiano. Templo *Sanctae Mariae de Consolatione* construendo primum lapidem jecit. In defunctorum Suffragium 100. hominum confraternitatem instituit (4). *S. Ursulae* Moniales ad pristinam disciplinam revocavit. Ad lucrandos mortales in Cathedrali sermonibus habendis salubrem indixit legem, iisdemque ipse utebatur frequentius ad tepentia fidelium corda inflammanda (5). Transtulit *S. Projecti* corpus in altari ad *S. Cassiani* sinistram. Ecclesiam, et Confraternitatem *S. Caroli* erexit. Mortuus est gratissimus, deploratusque populo an. 1619. (6) sepultusque est in Cathedrali (7). Memini me legisse sequentem inscriptionem *Rodulpho* erectam in Ecclesia *S. Juliani Bononiae*.

D. O. M.

„ Rodulphus Paleottus Prot. Apost. Bonon. Archid., et
„ S. D. N. Clementis fel. rec. PP. VIII. Cubicularius, ho-
„ noris Ecc. hujus, et jurium, ac adnexorum Abbas, et Prior
„ injuriis temporis in Dei, ac S. Juliani honorem mederi cupiens
„ aedem simul et Canonicam aere proprio curavit instau-
„ randam, fornice insuper antemurale in Eccl. porticum con-
„ tingentem, et raedificato, et munificentius exornato, indeque
„ a Paullo V. ad Eccles. Imolen. Episcopatum adsumptus jam
„ septimo ejus administrationis anno, magna cum sui gregis
„ moestitia naturae satisfecit. R. D. Joannes Jacobus Bero-
„ aldus ejus familiaris, et resignatione successor erecto reli-
„ quiario, stratoque lateribus aere proprio adhuc rudi porticu,
„ hoc perpetuum gratae suae in bonum Dominum volun-
„ tatis posuit argumentum anno a Redemptione Mundi M.
„ DC. XX. de mense Aprilis.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) IV. Nonas Julias.

(2) „ In sui regiminis (*b*) exordio se vigilantissimum praesulem

(*b*) Manz. p. 554.

„ futurum esse ostendit, quod rerum exitus probavit; in hujus enim „ Ecclesiae administratione quaecumque Episcopalem sollicitudinem „ respiciunt adimplevit, inter quae primitus visitationem totius Dioe„ cesis praemittendam duxit, quam mense Majo sequenti coeptam „ exactissime peregit; atque ad rectam Clericorum Seminarii insti„ tutionem constitutiones secundum Tridentinam Synodum edidit.

(3) Quam coopertam dicunt in suburbiis.

(4) A. 1613. „ Sequenti autem anno (c) coacta Synodo Ec„ clesiasticam disciplinam instaurare, ac divinum cultum augere sa„ tegit. Sancto Carolo Borromaeo suo in coelis tutelari (hunc san„ ctum virum, dum in humanis esset, Paleotta domus, maxime ve„ ro Cardinalis Gabriel, ipseque Rodulphus singulari veneratione co„ luerat, atque Roma redeuntem Bononiae hospitio exceperat) Ec„ clesiam construendam curavit, addito sub ejus titulo, et patroci„ nio Laicorum sodalitio. Apud Turanum tertio ab urbe lapide (lo„ cus est jurisdictionis nedum spiritualis, sed et temporalis Episco„ patus) aedicula visebatur cum imagine B. Virginis, ad quam non „ infrequens erat populi concursus, miraculis clara. Ibi ea aedi„ cula eversa, Ecclesiam jacto solemniter primo lapide a fundamentis „ excitavit. Imaginem aliam perantiquam B. Virginis Gratiarum, „ quae apud Patres Observantiae reformatae S. Francisci secus ur„ bem, extra portam montanam, religiose asservatur, solemni ritu „ in medio fori publici pretioso diademate coronavit sexto idus Julii „ a. 1615.: ad eam imaginem Imolensis populus in quarumcumque ne„ cessitatum, caritatis praesertim, sive contagionis discrimine supplex „ recurrens, atque opem implorans, ad serenitatem praecipue obti„ nendam, voti compos a Deo factus, uberes quovis tempore gratias re„ portavit. Testantur id monumenta apposita ad utrumque latus „ arae, cui superstat eadem imago, quae subjicimus, videlicet.

(c) id. p. 355.

A latere dextro

SACRATISSIMAE . VIRGINI . GRATIARVM . NUNCVPATAE
OB . INNVMERAS . A . FOROCORNELIENSI . POPVLO
GRATIAS . OBTENTAS . MONVMENTVM . HOC . D.
CVM . ENIM . POPVLVS . HIC . ANNO . DOMINI . MCDLXVIII.
VICTVS . PENVRIA. . PESTILENTIA . GRAVI. . DIVTVRNIS . BELLIS
PENE . CONFICERETUR
SOLEMNI . AD . EAM . FACTA . SVPPLICATIONE
EJVS . OPE . LIBER . EVASIT
ANNO . ITEM . MDXXIX.
DVM . EPIDEMIAE . MORBVS . SAEVIRET
ATQVE . PROCESSIONALITER . SACRA . HAEC . ICON
SEXTO . NONAS. MAJI
PER . OMNES . CIVITATIS . VICOS . CIRCVMFERRETVR
QVOTQVOT . MORBO . AFFLICTABANTVR
EJVS . PIO . CONTVITV . CONVALVERVNT.

A latere sinistro

DVM . INSVPER . A . MDXCII . PRIDIE . IDVS . APRILIS
AB . IMPROBIS . ET . FLAGITIOSIS . PROFVGIS . SICARIIS
EADEM . VRBS . GRAVITER . VEXARETVR
FAME . AC . EODEM . EPIDEMICO . MORBO . GRASSANTIBVS
CVNCTIS . EAMDEM . PRECANTIBVS
VOTI . COMPOTES
EJVSDEM . B . VIRGINIS . MERITIS . REDDITI . SVNT
ANNIS . PARITER . MDXCIX . ET . MDC.
MAXIMIS, . ET . ASSIDVIS . QVIDEM . IMBRIBVS
AERIS . INFESTA . CONSTITVTIONE
MESSEM . PROPE . MATVRAM . DEVASTANTIBVS
BEATAE . VIRGINIS . SVFFRAGIIS
COELI . TRANQVILLITAS . SVPPLICANTIBVS . CONFESTIM
CONDONATA . EST:
ITA . VT . PERFIDOS . QVOQVE . RELIGIONIS . NOSTRAE . HOSTES
SPECTATORES
MIRACVLI . EVIDENTIA
IN . MAGNAM . ADMIRATIONEM . TRADVCERET
VNDE . PRO . TANTIS . ACCEPTIS . BENEFICIIS
GRATI . ANIMI, . AC . DEVOTI . QUALECVMQVE . TESTIMONIVM
CIVES . IMOLENSES
PROPALAM . EFFINGI . CVRARVNT . ANNO MDCI.

(5) „ Peculiarem sollicitudinem (d), in quam juxta Concilii Tri-
„ dentini decreta incubuit, ut pia loca omnia suae dioecesis fideli-
„ ter administrarentur, adhibuit, maxime ut juxta mentem quoque
„ sacrae Congregationis sibi per litteras explicatam a Locis Piis in
„ oppido Lugi erectis, quae non exiguos redditus obtinent, irrepen-
„ tes abusus ministrorum incuria tollerentur, opportunis in id edi-
„ tis statutis: iisdem quoque Lugi incolis solemnem, quam a sum-
„ mo Pontifice benedictionem, ac a censuris absolutionem exquisie-
„ rant, apostolica authoritate impertitus est. Utque erga beatam
„ Virginem pietas populi sibi commissi magis augeretur, atque sup-
„ plicationes annuae ab Ecclesia in triduo Rogationum indictae ma-
„ jori pietate, ac concursu peragerentur, ipse author fuit anno
„ 1617., ut in civitatem quotannis Dominica quinta post Pascha ce-
„ lebris, ac miraculis in dies coruscans imago beatae ejusdem Virginis
„ Mariae de *Piratello* nuncupata deportaretur, ac per eandem urbem
„ sequentibus tribus diebus circumferretur. Tantus in eo viguit pa-
„ storalis zelus, ut bacchanalium tempore omnem rationem ex-
„ quireret, qua posset gregem suum a lucris spectaculis, et intem-
„ perantiis avertere. Quapropter exercitia spiritualia in confesso-
„ rio, videlicet in parte inferiore templi, vespertinis horis pera-
„ genda instituit, et ut omnes, praeter foeminas, viri quotidie a
„ Dominica sexagesimae usque ad feriam quartam cinerum illuc
„ advocaretur mandavit: quae quidem exercitia, ut erant exquisita
„ musica, sacrisque pariter sermonibus suavissime interrupta, et
„ coram Eucharistia fiebant, fidelium animos ibi leniter detentos ad
„ spiritualem profectum alliciebant. Plura decrevit, quae in unum
„ collecta typis ejus jussu excussa fuere.

(6) XXIII. Maji.

(7) De eo Alidosius *de Episcopis Bononiensibus* (e) et Bumaldus *in Bibliot. Bon.*

LXXV. FERDINANDUS MILLINUS.

LVIII. *Ferdinandus Millinus Romanus Paulli et Portiae Mantacorum* stirpe nobilissima filius, nepos Cardinalis *Garsiae*, Va-

(d) id. p. 358.
(e) pag. 151.

ticanae Basilicae Canonicus (1), electus est Episcopus *Imolensis* 1619. die 17. mensis Maji (2). Extat oratio panegyrica *Ludovici Stagnii Imolensis* in laudem Millinae familiae, et in eumdem *Ferdinandum* Episcopum post primum suum in ea urbe solemnem ingressum habita, et ejusdem *Stagnii* ad eumdem *Ferdinandum* Episcopum vaticinium ex Millinorum stemmate sumptum legimus in hunc, qui sequitur, modum.

An meliora sibi tandem ventura studebat
Imola pressa malis, noscere fata Deum;
Anxia tum properans consultum oracula Phoebi
Est supplex tali voce precata Deum:
Phoebe graves nostros semper miserate labores
Aurea pollicitus secla futura mihi;
Et tamen adsiduis vexamur casibus aegri,
Ergo tua haud nobis numina certa manent.
Da, Pater, augurium, et moestis edissere laeta:
Imola pro votis immolat ecce tibi.
Vix haec ediderat, tremere omnia visa repente,
Talia quum proprio reddidit ore Deus:
Syllani fortes, quae vos a stirpe parentum
Prima tulit, veniet gens celebrata cito.
Moxque diu rebus dabitur gaudere secundis,
Quum dulci tellus undique melle fluet.
Stemmate tergeminis splendente coloribus irim
Gestabit, coelum percipit unde decus.
Aurea quam grandis superextat littera triplex,
Haec tria nam Sophiae munera certa notat.
Illinc regna jugi advenerint uberrima pace,
Hinc aderit vobis quidquid in orbe boni.
Haec Phoebus. Tum mixto ingens exorta tumultu
Laetitia, et quae sit gens ea, quisque rogat.
Est ignota diu cunctis, oracula Phoebi,
Principe te nobis nunc veniente, patent.

Rexit hanc Sedem *Ferdinandus* juxta *Stagnii* vaticinium annos 26. (3), ultimumque spiritum Creatori reddidit mense Augusti (4) 1644. Sede Romana Pastore vacante, sepultus in Cathedrali (5).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) a XXXI. Decembris an. 1613.
(2) Corrige ex regestis Vaticanis: mensis Junii.
(3) „ Non multo post suum Imolam adventum (a) pastoralem „ visitationem indixit, qua peracta celebrandae suae primae Synodo „ sedulam operam navavit anno 1622. (b). Episcopium in formam „ venustiorem redegit, ornamentis, et picturis adjectis, praeter con„ tignationem tecto majoris aulae suppositum valde spectabilem. „ Apud Turanum ad Episcoporum commodum nobile palatium aere „ suo erexit, ecclesiamque ei annexam exornavit. In oppido Bagna„ riae arcem pene collabentem restauravit. Novam Ecclesiam Mo„ nialium S. Clarae, quas Cappucinas vocant, cujus ipse primum „ jecerat lapidem, in honorem beatae Virginis Annunciatae solemni „ ritu consecravit. Mulieres poenitentes (convertitae dicebantur) „ ad religiosa, solemniaque vota traductas in clausuram redegit, ea„ rumque Ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae, et coenobium „ (quod nunc sacrarum Virginum Monasterium est sub regula „ sancti Augustini militantium, virtutum odore fragrans) ampli„ andum curavit. Erecto nedum in honorem B. Virginis de Ponte „ Sancto extra muros Civitatis celebri templo, ut superius narra„ vimus, sed pluribus quoque eidem adtributis tum praediis, tum „ redditibus, qui ex piis confluentium ad sacram ejusdem imaginem „ fidelium oblationibus congesti fuerant, summus Pontifex Urbanus „ VII. unum Sacerdotium, quod Abbatiae titulo decoravit, sub in„ vocatione S. Michaelis in ea erexit, eique antedicta praedia, cae„ terosque proventus ad eam spectantes addixit anno 1628. Intra „ eundem annum ejusdem Ferdinandi jussu secunda pariter Synodus „ celebrata est, in qua spirituali hujus Dioecesis profectui oppor„ tunae sancitae sunt leges: ea enim erat tanti Pastoris vigilantia, „ ut impensius id semper eniteretur, quod ad exactissimam sui gre„ gis culturam conveuire magis judicabat. Imolam saeva post haec, „ ejus agrum et dioecesim pestilentia invasit, foedamque ibidem „ cladem fecit, qua per triennium grassante, Ferdinandus plura

(a) Manz. p. 360.
(b) Ejus prima Synodus, in qua Catalogus Episcoporum Ecclesiae Imolensium describitur, quem periti viri ex tabulis antiquioribus excerpsere, quemque ejusdem Episcopi jussu in compendium redegit Visitationis ejus, et Dioecesanae Synodi communister celebris Barthol. Gavantus Barnabita.

„ edidit pietatis argumenta, ac anno 1630. die 13. Augusti (qua
„ S. Cassiani solemnia peraguntur) ad divinam iram placandam,
„ luemque arceudam, civitatis Magistratus, proceresque una cum
„ utroque Clero totius populi concordi nomine in Cathedrali, atque
„ in ipsius Episcopi manibus votum emiserunt, quo festum scilicet
„ S. Mariae ad Nives solemnem deinceps, ac sanctum habituros
„ se obligabant, publicam pariter solemnemque annuam supplica-
„ tionem eadem die habendam cum imagine B. Mariae Gratiarum
„ nuncupatae, ac SS. Patronorum reliquiis, dotemque quotannis
„ daturos mulieri poenitenti ad religiosum habitum assumendae;
„ quae deinde dos ut honestae virgini in Monasterio dicandae ab
„ Episcopo eligendae erogaretur, apostolica permissum est auctori-
„ tate: cujus emissi voti memoria ut apud posteros perenneretur,
„ lapis cum sequenti epigraphe in Cathedrali appositus est.

D. O. M.

AD . PESTIS . GRASSATIONEM
EX . VOTO . DEIPARAE . VIRGINI . CONCEPTO
IDIBVS . SEXTIL . MDCXXX
AB . IMOLENSIVM . LARIBVS . PROPVLSANDAM
CIVES . SINGVLIS . IN . PERPETVVM . ANNIS
DEDICATIONEM . S . MARIAE . AD . NIVES
SOLEMNI . CVLTV . CELEBRANTO
S . ILLIVS . GRATIARVM . IMAGINEM
CVM . SS . TVTELARIVM . RELIQVIIS
IN . PVBLICA . SVPPLICATIONE . DEFERVNTO
OCTINGENTASQVE . BONON . LIB . EADEM . DIE
IN . POENITENTIS . DOTEM
MONIALIBVS . CONVERSIS . EROGANTO .

„ Cum autem anno 1632. adhuc grassaretur, in diesque recru-
„ desceret morbus, ac in tanto discrimine ad divinam opem implo-
„ randam plurimus fieret ad Ecclesiam Patrum Servorum populi
„ concursus, ubi sacra perantiqua, ac miraculorum laude celebris
„ imago Deiparae Virginis *Salus Infirmorum* dicta asservatur, et pie
„ colitur, solemnem supplicationem cum eadem imagine die 27. Ju-

vocabat per triduum mane vicarios foraneos, et in aula majori alias mensas sterni jubebat clericis egentioribus.

(4) die XIII.

(5) „ Intra sacellum (d) S. Mariae de Populo, ubi ipse sibi vi„ vens sepulcrum paraverat hoc adscripto epitaphio.

D. O. M.

FERDINANDVS . EPISCOPVS
IOANNIS . GARSIAE . CARDINALIS . MELLINI . EX . FRATRE . NEPOS
EX . MELLINA . FAMILIA . ROMAE
APVD . IMPERATORES . ANTE . CHRISTVM . NATVM
ET . POST . APVD . ROMANOS . PONTIFICES . CONSPICVA
EX . CANONICATV . S . PETRI
A . PAVLO . V . PONTIFICE . AD . EPISC . IMOLAE . EVECTVS
IN . QVO . HOSPITALITATI . GREGIQVE . NON . SIBI . ADDICTVS
LVSTRA . V . VIGILANTISS . TRANSEGIT
PLERAQVE . A . SVMMO . PONTIFICE . COMMISSA . NEGOTIA
FELICISSIME . PEREGIT
ANNOS . LV . NATVS . MAIORI . SPE . EREPTA
HIC . TVMVLATVS
A . D . MDCXLIV . IDIBVS . SEXTILIS

LXXVI. MARIUS THEODOLUS.

LIX. *Marius Theodolus Romanus* ex Apostolicae Camerae generali Auditore ab *Urbano VIII.* S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus 1643. Interfuit comitiis, quibus *Innocentius X.* evectus est ad Petri sedem, a quo *Imolensis* Episcopus delectus est die 17. Octobris 1645. (1): post annum deinceps eidem Ecclesiae remisit nuncium die 23. Octobris (2).

(g) Manz. p. 365.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) A. 1644. consecratus autem eodem anno 27. Decembris. Vicarius ejus fuit Paullus ab Hastis. ,, Parochialem Ecclesiam (a) S. ,, Jo. Baptistae oppidi Rioli consecratam, sed sanguinis effusione ,, pollutam reconciliandam per Episcopum Foroliviensem Marius a- ,, bsens curavit.

(2) Mensem Februarium Manzonius notat (b).

LXXVII. M. ANTONIUS CUCCINIUS.

LX. *Marcus Antonius Romanus* ex vetusta, et nobili *Cuccinorum* familia ortus majorum suorum Episcopali infula auxit ornamenta. *Romanam Ecclesiam* ab ipsis fere incunabulis non minori pietate coluit, quam priscis illis temporibus egerit *Marianellus Cuccinus* strenuus *Baro*, qui primus e Germania in urbem ante annum sexagesimum supra millesimum salutis nostrae *Cuccinae* familiae fundamenta jecisse narratur. Ille enim Ecclesiasticarum copiarum dux a *Leone IX.* adversum *Gisulphum Normandum* institutus, Pontificem ipsum in *Beneventana* pugna captum ex inimicorum manibus propria virtute vindicavit. Hic vero tum summa fide, longaeva rerum experientia in omnibus fere urbanis negociis expertus, tum vero in regendis Ecclesiastici imperii urbibus eidem Sanctae Sedi operam suam strenue navavit. Hic postquam *Fanum Fortunae*, *Anconam*, *Beneventum*, *Augustamque*, *Perusiam* perbelle administrasset, ex Decano utriusque *Signaturae* *Urbano VIII.* *Anglonensi* Episcopatu donatus est die 15. Januarii 1638.; quam Ecclesiam ad Dei honorem, proximique salutem quum annos octo bene rexisset, ab *Innocentio X.* Pont. Max. ad hanc *Imolensem* Ecclesiam translatus est anno 1646. (1) Vir utique in omni eruditionis genere nobilis, dignus sane, ut in multos annos hac vita fruatur mortali, diuque Ecclesiae sibi commissae praeesse, ac prodesse possit. Obiit *Imolae* (2) die 15. Aug. ibidem quievit in Cathedrali.

(a) Manz. p. 366.
(b) ibidem.

Additio F. A. Zaccariae.

(1) XIX. Februarii.
(2) 1649.

LXXVIII. FABIUS GHISIUS.

LXI. F*abium Cardinalem Ghisium* a *Neritonensi* Ecclesia ad hanc *Imolensem* transtulit *Innocentius X.* Pont. Max. an. 1652. (1). Ejus innumeras virtutes, animique candorem, eximiamque eruditionem opera ejus edita satis edocent. Hunc Deus pro Christianae Reipublicae bono ad Petri Cathedram extulit sub nomine Alexandri VII. (anno 1655).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) III. Idus Maji. „ Ut autem licet absens (*a*) commisso sibi „ gregi prodesset, sequenti anno visitationem civitatis ac dioecesis „ indixit, quae per suum vicarium generalem summa diligentia ex„ pleta est „ Plurima enim vero, eaque saluberrima ad instaurandam, confirmandámque disciplinam decreta emisit; quae legere est in calce Synodi, ab ejus successore Cardinale Donghio editae apud Hiacynthum Massensem 1659.

LXXVIIII. JO. STEPHANUS DONGHIUS.

LXII. J*oh. Stephanus Cardinalis Donghius* Episcopus *Adjacensis* ad Imolensem Ecclesiam translatus est die 2. Augusti 1655. (1).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Quae Manzonius de eo scripsit, huc sunt transferenda (*a*). „ Johannes Stephanus Donghius Patricius Januensis emenso studio„ rum curriculo in universitate Salmaticensi, primo in aula Roma-

(*a*) Manz. p. 369.
(*a*) Manz. p. 369.

„ na Camerae Apostolicae Clericus, deinde ab Urbano VIII. S. R. E.
„ Diaconus Cardinalis Sanctae Agathae creatus est anno millesimo sex-
„ centesimo quadragesimo tertio. Is tum maxime eximiae pruden-
„ tiae argumenta dedit, dum sub eodem Pontifice plenipoteotiarii
„ munus io componeoda pace feliciter implevit. Sub Innocentio X.
„ postmodum Ferrariae, et Romandiolae legationibus prefunctus, utro-
„ bique tum quae justitiam attineot, summa aequitate administra-
„ vit, extorribus ac facinorosis ubique hominibus animo imperterrito
„ profligatis, dignis quoque suppliciis affectis, tum extructis ad publi-
„ cam utilitatem aedificiis, traductisque ad navigii commodum aquis,
„ perenoia reliquit muuificentiae simul, et magnificentiae monumenta.
„ Ab Alexandro VII. demum urbi Imolensi datus est Episcopus tertio
„ nonas Augusti anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto,
„ ubi eodem anno tertio Kalendas Decembris Christioam Svecorum
„ Reginam Gustavi filiam splendidissimo, ac pene regio excepit ho-
„ spitio, quae regno pariter, atque haeresi superiori anno abdica-
„ ta, traoslato io Carolum Gustavum ipsius amitioum fratrem re-
„ gno, catholicam fidem amplexa Romam ibidem commoratura pe-
„ tebat. Caeterum administrationis suae ioitio optimi simul et piis-
„ simi praesulis se partes impleturum, studiosorumque amaotissi-
„ mum futurum ostendit.

Sequenti anoo cum pestilentia Romam locaque ei cootermi-
„ na invasisset, ad impetrandum divinae Misericordiae opem pro si-
„ bi crediti gregis incolumitate laicorum sodalitia quibuscumque
„ singulatim diebus toto tempore, quo illic contagiosa lues gras-
„ sata est, Ecclesiam beatae Virginis Servorum adire jussit, i-
„ pseque in Cathedrali quotidie post vesperas Psalterii ipsius Beatae
„ Virginis, aliarumque precum recitationi singulari pietate et exem-
„ plo affuit. Mulieribus poenitentibus, atque a peccatorum coeno
„ ad meliorem frugem conversis novae aedes ab ipso constitutae sunt
„ ad Ecclesiam Nativitatis Beatae Virginis, quae sodalium quorum-
„ dam curae suberat, eisque opportunae constitutiones datae. Civita-
„ tem, et Dioecesim pastorali zelo ac diligentissime visitavit anno
„ millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono. Ecclesiae Cathedra-
„ li, exteriori templi facie affabre excitata, plurimum addidit orna-
„ meoti, quam etiam argentea supellectili decoravit. Quamdam quo-
„ que imaginem beatae Virginis re lateritia confectam, quae in
„ aedicula prope urbem extra portam Appiam minus honorifice ser-
„ vabatur, in eamdem cathedralem transtulit anno millesimo sexcen-
„ tesimo sexagesimo secundo. Novis aedificiis Episcopium ampliavit,
„ quae tamen infecta reliquit, cum sequenti anno ad Ferrariensem

„ Ecclesiam ab eodem Alexandro VII. translatus fuit (26. Februa-„ rii an. 1663). Obiit vero Romae anno sexcentesimo sexagesimo no-„ no supra millesimum mense Novembri, sepultus apud Ecclesiam „ Domus professae Patrum Societatis Jesu, quos eximia, dum vixe-„ rat, animi benevolentia prosequutus est; et cum vivens iis usus „ fuerit perquam familiariter, mortuus quoque eorum noluit pri-„ vari consortio „. Consule de eo Oldoinum.

LXXX. FRANCISCUS MARIA GHISILIERIUS.

LXIII. **F***ranciscus Maria Ghisilierius Bononiensis*, quum esset *Terracinensis* Episcopus, hanc Ecclesiam suscepit regendam ab *Alexandro VII.* anno 1664. (1), qua dignitate postea se abdicavit anno 1672 (2).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) 1. Septembris. „ Sequenti anno (a) pastoralem visitationem „ aetate provectus peregit: utque spirituali animarum saluti con-„ suleret eorum, qui in territorio Castri Rivii apud Montem Alfini „ in locis asperis, praeruptisque degunt, Ecclesiam ibi erectam, cui „ parvum coenobium Patrum Carmelitarum ab Innocentio X. sup-„ pressum annectebatur, in Parochialem erexit anno millesimo sex-„ centesimo sexagesimo nono; quo itidem anno sodalitium presbyte-„ rorum sub auspiciis et patrocinio Sancti Philippi Nerii, eodem „ Episcopo approbante, institutum est, quorum est piissimis ac re-„ ligiosis operibus vacare, ac sanctioris vitae exemplo aliis prae-„ lucere. Bononiam postmodum progressus ibidem aliquantisper com-„ moratus est, ab Apostolica Sede electus ad processum super vitae „ sanctitate Beatae Catharinae de Bononia in eadem urbe conficien-„ dum „.

(2) Laboribus ac senio confectus, adnuente 17. Maji Romano Pontifice.

LXXXI. CONSTANTIUS ZANIUS.

LXIV. **C***onstantius Zanius Bononiensis* Monachus Abbasque *Olivetanus* a *Clemente X. Ghisilierio* cedenti (1) subrogatur

(a) Manz. p. 372.

eodem anno 1672. (2): decessit die 6. Iunii 1694 sepultusque est in Cathedrali (3).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) „ Cui arcta sanguinis necessitudine conjunctus erat (*a*).
(2) „ Die XII. Septembris (*b*); inauguratus autem decimo quarto „ Kalendas Octobris. Porro Constantius, ineunte mense Novembri, „ Imolam adventans, a civibus obviam effusis ingenti gratulatione „ exceptus est: ipseque inito praesulis gubernaculo mentem animumque statim ad ea restauranda intendit, quae cultum divinum re- „ spiciunt, ad jura quoque Episcopatus, et Ecclesiarum vel amissa „ recuperanda, vel omissa acquirenda, maxime autem libertatem, „ immunitatemque Ecclesiasticorum propugnandam; quare sequenti „ anno visitationem pastoralem exortus est, atque apud oppidum „ Massae Lombardorum, cum ad novam Sancto Antonio de Padua „ erigendam Ecclesiam et ad novum pariter extruendum Minoribus „ Sancti Francisci reformatis coenobium fundum attribuisset nobilis „ vidua Clara Tedeschi, ibi primarium lapidem jecit anno mil- „ lesimo sexcentesimo septuagesimo quarto. Interea visitationem pro- „ sequutus, pravos, quos reperit inolevisse, mores correxit, obae- „ ratos coegit solvere quidquid ipsi locis piis debebant; hinc ut saepe „ contingit, in ipsum querimoniae, hinc lites obortae. Itaque Ro- „ mam progressus anno Jubilaei millesimo sexcentesimo septuagesi- „ mo quinto sacra limina visitaturus, plura, quae in eum fuerant „ apud summum Pontificem delata, diluit: atque una cum Palutio „ Cardinali Alterio Archiepiscopo Ravennae, et Stephano Brancaccio „ Archiepiscopo Andrianopolitano fratrem Vincentium Mariam Car- „ dinalem Ursinum Ordinis Praedicatorum (*fuit is postea Benedicti* „ *XIII. nomine Romanus Pontifex*) in Ecclesia Sanctorum Sixti, et „ Dominici in Archiepiscopum Sipontinum consecravit. Paucis inde „ post mensibus ad suam residentiam reversus ad amplificandam ma- „ gnificis muneribus Cathedralem se convertit; eamque multiplici „ apparatu, quo vel sacerdotes privatim, vel solemniter cum mini- „ stris celebrando utuntur, vel arae, aut Ecclesia in solemnioribus „ festivitatibus exornantur, copiose cumulavit; indumenta pariter „ auro texta magno pretio comparavit, quibus uterentur Canonici

(*a*) Manz. p. 374.
(*b*) ibid.

„ Episcopo Pontificalia exercenti assidentes. Ioterea dum invectos „ contra caeremooiarum ecclesiasticarum ritus abosus tollere, uo „ jura episcopatus persequi nititur, novis coepit controversiis exagi„ tari: ut autem melius Ecclesiae suae prodesset, iterum Romam pro„ gredi statuit, ineunte anno millesimo sexcentesimo septuagesimo „ septimo; ubi ultra bieonium commoratus jurisdictionem, quae vide„ licet io quaestiooem cadebat, defendit episcopalem meusam ab in„ debitis exactionibus immunem reddidit. Cumque hoc prae ceteris „ ei cordi esset, ut quisque Ecclesiasticorum pro muneris sui ratio„ ne officii sui partes obiret, praecipue vero ne frequentiori cultu cathe„ dralis Ecclesia careret, certos dies a sacra Concilii Congregatione desi„ goandos curavit, quibus singuli in eadem Ecclesia dignitate praeful„ gentes seo dignitarii ad divina officia convenirent, certumque servitium „ ab eis praestandum lato decreto praescriberetor„. Roma redux, quum de suis juribus nihil uspiam minui pateretur, moltis se obnoxium molestiis seosit. Itaque (c) Romam regredi coactus est anuo millesi„ mo sexcentesimo octogesimo primo, ubi per aliquot annos commo„ ratus, ac plura incommoda perpessus jura Ecclesiae strenue tuta„ tus Episcopali fortitudine subortas quascumque imperterritus mo„ lestias superavit. Causam super latissima planitie terrarum, quas „ vocant Spazzatas, contra Communune Imolae io sacrae Romaoae „ Rotae auditorio defendit, et benignis illi seotentiis adjudicatum „ fuit, quibus eadem bona subesse directo Episcopatus dominio in „ territorio Coosilicis, oneribusque consuetis praecipue decimarom „ obnoxia esse sancitum est . . . . Tandem Innocentio XI. jubente „ reversus (d) Constaotius Imolam eodem anno sexcentesimo octoge„ simo octavo supra millesimum eadem constantia jurisdictiooem „ Episcopalem a ministerio curiae laicalis turbatam, quibus pro„ pterea sacra interdixit, acriter propugnavit sequenti anno; .... tum „ indicta anno MDCXC. altera pastorali visitatiooe, civitatis Ec„ clesias, totamque Dioecesim iterum perlustravit. Dumque apud „ oppidum Lugi anno millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo vi„ sitationem eamdem prosequendo, sui muneris partes impleret, ite„ ratis in eum molestiis, ne episcopalem jurisdictiooem in montem „ pietatis ceteraque loca pia illius oppidi exerceret, obsistere teota„ ruot, qui admioistrationi tum ejusdem montis, tum eorumdem lo„ corum praeerant; ipse vero jus suum, ac successorum imperterri-

(c) Manz. p. 378.
(d) p. 380.

„ to studio usque fere ad ultimum vitae spiritum tutatus est. Ita„ que totius visitatione Dioecesis intra bieunium expleta, Synodum „ deinde habuit singulari plausu celebratam, atque typis editam, qua „ praedecessorum suorum statuta lapsu temporis labefactata firma„ vit, aliaque ad morum correctionem consentanea sancivit anno sex„ centesimo nonagesimo tertio supra millesimum, Martio jam in fi„ nem vergente „.

(2) „ Religiosae tranquillitatis (e) cupidus episcopatu se abdi„ care, ac in celebre suae religionis monasterium montis Oliveti in „ Hetruria se recipere meditabatur, ut vitam agens monasticam so„ li Deo solitarius vacaret; dolores intra ilia acutissimi, quibus per „ plures annos fuerat oppressus hiemali tempore ingravescere coe„ perunt: quare ineunte vere solemnis paschalibus, infirma licet va„ letudine, in sua Cathedrali celebratis, Bononiam ad morbum com„ modius curaudum mense Aprili anno millesimo sexcentesimo „ nonagesimo quarto se contulit, ubi gravissimis cruciatibus admi„ rabili patientia ad duos menses toleratis, annos natus duos et se„ ptuaginta, cum ex iis fere duobus et viginti praefuisset, ad prae„ mium, et coronam (ut credimus) evolavit in coelum sextadecima „ die Junii; praesul animo pollens infracto, erga pauperes pius; „ suae Ecclesiae amantissimus, quam etiam in morte aulaeis sericis, „ argentea, eaque copiosa supellectili locupletavit, atque pinguibus „ relictis legatis sacellum Sancti Cassiani exornari, in eoque semel „ in dies singulos pro se celebrari jussit. Imolam cadaver delatum „ (ut ipse praeceperat) in communi Episcoporum sepulcro tumu„ latum est, insigni deinde lapide cum sequenti elogio in eadem „ Cathedrali jussu Capituli apposito.

(e) Manz. p. 381.

D. O. M.

CONSTANTII . DE . ZANIS . EPISCOPI . IMOLENSIS
MVNIFICENTIAE . AC . PIETATI
QVI
ET . SACRA . SVPELLECTILI . CATHEDRALEM
LOCVPLETAVIT . VIVENS
ET . SANCTCI . CASSIANI . SEPVLCRVM
ILLVSTRAVIT . MORIENS
NAM
AD . ILLVD . SPECIOSIVS . EXORNANDVM
GRANDEM . PECVNIAE . VIM
TESTAMENTO . LIGAVIT
IN . QVO . NE . QVID . PIETATI . DEESSET
SCVTA . BIS . MILLE
HVIC . ECCLESIAE . EA . MENTE . RELIQVIT
VT . PERPETVO
AD . EIVSDEM . S. CASSIANI . ARAM
SEMEL . QVOTIDIE . SACRVM . FIERET
ANNIVERSARIVM . VERO . SVI . OBITVS
RECVRRENTE . DIE
PRAETER . MISSAM . CVM . CANTV
QVINQVAGINTA . ALIAE . CELEBRARENTVR
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM
CANONICI . ET . CAPITVLVM P. P.
OBIIT
DIE . XVI . IVNII . MDCXCIV.

LXXXII THADDAEUS ALOYSIUS DE VERME.

LXV. *Thaddaeus Aloysius* Cardinalis *de Verme Placentinus*, *Fanensis* antea Episcopus, atque ab *Innocentio XII.* roseo pileo non diu antea donatus anno 1696. (1) *Imolensi* Ecclesiae praefectus est: ad *Ferrariensem* deinde a *Clemente X.* anno 1701. translatus (2).

Additio F. A. Zaccariae.

(1) IV. Nonas Januarii, ad eamque VI. Kal. Martii adcessit. „ Vix possessione inita (a) partem aedificii in Episcopio a praedecessore Cardinali Donghio *inchoatam ad hospites nobiles* excipiendos perfectissime absolvit; dum interea sequenti mense Junio, ad evitandas molestias, quae frequenter circa ecclesiasticorum bonorum spolia excitabantur, summo Pontifice Innocentio XII. annuente, a Capitulo Cathedralis, et Clero nova concordia cum Camera Apostolica inita est. Postero anno generali civitatis et dioecesis visitatione indicta, eam ipsemet biennio, ac saepe pedestri itinere cujusvis laboris patiens explevit..... Defensionem quoque (b) jurisdictionis, ac jurium suae Ecclesiae, quae sub praedecessore in controversiam fuerant adducta, proficue est persecutus, inter quae episcopale jus in montem pietatis Lugi, quod acriter antecessor propugnaverat, peculiari decreto S. Congregationis Concilii firmandum curavit. Toto praeterea suae administrationis tempore nil potius habuit, quam ea, quae ad divinum cultum, ecclesiarum nitorem ac venerationem spectabant, curare, atque ansam quamcumque peccandi praecidere, qua quis cujusvis gradus, conditionisve esset, labefactari posset; quapropter tota sollicitudine, ut exacta legum, et constitutionum observantia non minus exemplo, quam paternis admonitionibus a subditis custodiretur, effecit. Sacerdotum consortium (Communiam vocant) cujus videlicet ob erectionem jamdudum bona ligaverat Canonicus Pamphilus Sergiorgius, ut iste praescripserat, in ecclesia sancti Caroli erexit: illorum est quotidie in chorum ad psalmodiam statis horis convenire, atque unum in dies singulos sacrum cum cantu celebrare.

(a) Manz. p. 384.
(b) Id. p. 388.

„ Porro inter ceteras virtutes, quibus mirifice fulgebat, in eo „ enituit quotidiana pietas in pauperes; quorum refectio fiebat e- „ jusdem jejunantis frequens abstinentia, maxime vero anno Jubi- „ laei septingentesimo supra millesimum, quo in pauperes Romam „ petentes ita se praestitit liberalem, ut iis omnibus hac quotidie „ transeuntibus alimoniam suppeditaverit, eisque sterni suo aere le- „ ctos in separato hospitalis conclavi jusserit: Sacerdotes autem ino- „ pes peregre tunc temporis Romam proficiscentes intra Episcopium „ excepit, quibus mensam apponi, ac omnia charitatis officia prae- „ stari praescripsit, ipseque admirabili humilitatis exemplo iisdem „ pedes abluere omnium saepe admiratione visus fuit.

„ Inter haec dum pro celebranda Synodo iteratis saepe Congre- „ gationibus plura statuenda parasset, vita functo Innocentio XII. „ summo Pontifice, Romam eodem anno sub finem Septembris profe- „ ctus est, ut Vaticanis comitiis adesset, in quibus Cardinalis Jo- „ hannes Franciscus Albanus renunciatus est Pont. Maximus Cle- „ mentis XI. assumpto nomine septimo Kalendas Decembris festo „ die sancti Clementis. Romae dum esset, apostolico accedente as- „ sensu, inita concordia, controversiae tamdiu per praedecessorem „ suum Constantium agitatae super praediis, agroque Spazzatarum „ finem imposuit.

(2) „ Anno postmodum (c) septingentesimo quarto supra mil- „ lesimum, successore Episcopo Philippo Antonio Gualterio in Gal- „ lia Nuncii Apostolici munus obeunte, et Capitulo hujus Ecclesiae „ invitantibus, Imolam venit festivae gratulationi translationis cor- „ poris sancti Cassiani affuturus, ubi sacro pontificaliter in Cathe- „ drali facto, solemnemque supplicationem prosecutus in publico fo- „ ro eisdem sacris reliquiis populo benedixit: eaque fuit ipsius in „ eumdem sanctum Protectorem pietas, ut ex pecuniis ea occasione „ ab eo munifice oblatis ara ejusdem Sancti postmodum fuerit decen- „ ti supellectili instructa. Demum post administratam Ferrariensem „ Ecclesiam sexdecim annis fere, piissime obiit Ferrariae die unde- „ cima Januarii anno millesimo septingentesimo decimoseptimo san- „ ctitatis fama conspicuus, atque ad extremum usque suae vitae „ spiritum in pauperes effusus, nec unquam Imolensis Cathedralis „ immemor, in quam suum ipsius amorem moriens quoque testatus „ est, dum eumdem pretioso apparatu, quo in Pontificalibus haben- „ dis utebatur, nobilitari testamento jussit; atque in ea deinde

(c) id. p. 390

„ (nuncio de ejus morte accepto) Canonici et Capitulum eidem
„ justa persolverunt, quod idem in sacra aede suffragii praestitum
„ est, ejusque heroicas virtutes funebribus laudationibus praeclari
„ viri prosecuti sunt, cujus deinde vitam docto calamo descripsit
„ vir undequaque clarissimus Hieronymus Baruffaldi. Ferrariae vero
„ in Cathedrali ejus sepulcro lapis cum sequenti epigraphe, quam i-
„ pse vivens sibi designaverat, appositus est.

VERMIS
A . COELO . DE . LIMO
ERECTVS . VT . SEDERET
CVM . S . R . E . PRESBITERIS
CC . ET . PRAEESSET
ECCLESIIS . FANEN.
IMOLEN . ET . FERRARIEN.
SVCCESSIVE . AB . ANNO
MDCLXXXIX
VSQVE . AD . ANNVM
MDCCXVII.

LXXXIII. PHILIPPUS ANTONIUS GUALTERIUS.

LXVI. **P***hilippus Antonius Gualterius Urbevetanus*, tum Archiepiscopus *Athenarum*, et apud Regem *Christianissimum* Nuncius Apostolicus, translatus cum retentione tituli Archiepiscopi ad Ecclesiam *Imolensem* est die 21. Novembr. an. 1701. Deinde Cardinalis creatus die 17 Maji 1706, ad titulum S. Chrysogoni (1). Denuo translatus fuit ad Ecclesiam *Tudertinam* 14. Octobris 1709. (2)

Additio F. A. Zaccariae.

(1) Eoque anno Parisiis redux „ Imolam advenit mense Decem-
„ bri (a), atque hujus Provinciae, exarchatusque Ravennae legatus

(a) Manz. p. 593.

„ a latere ab eodem summo Pontifice declaratus est; quod sane mu-
„ nus summa cum laude integritatis, et aequitatis sequenti triennio
„ obivit.

„ Cum vero ab anno septingentesimo supra millesimum ob mor-
„ tem Caroli II. Hispaniarum Regis catholici atrox inter Iimpera-
„ torem atque Galliarum Regem bellum esset ortum, coepissetque
„ Italia atque Ecclesiastica ditio perturbationibus armorumque fra-
„ goribus exagitari, idem Cardinalis, quamvis hac de causa pluri-
„ mis negotiis districtus esset, maxime ob curam sibi demandatam
„ supremi in milites Pontificios gubernaculi, nil tamen quod sui pa-
„ storalis officii erat remisit; cui videlicet satius explendo, variis
„ institutis congregationibus, viros aliquot tum ex capitulari coetu,
„ et ex reliquo clero, tum ex regularibus delegit, sibique consul-
„ tores adscivit, et Ecclesiarum visitationem, cui jam fecerat initium,
„ persecutus est, atque altare sancto Cassiano recens erectum sole-
„ mniter consecravit; eoque prorsus tempore Episcopale palatium, ad-
„ dito eleganti aedificio, amplificavit, ac superiorem ejus partem
„ reddidit ampliorem.

„ Recrudescente postmodum bello inter Austriacos et Gallos, Ger-
„ manorum copiae ecclesiasticam ditionem prevadentes bellicis tu-
„ multibus regiones has afflictarunt, pluresque ex iis Imolae ad
„ hyberna consederunt non sine ingenti aerarii publici, privatorum-
„ que civium incommodo anno millesimo septingentesimo octavo:
„ atque eo tempore, quo intra urbem hanc reliquasque provinciae
„ istius civitates militares turmae constiterunt, innumeris fuit idem
„ Cardinalis curis ac negotiis implicitus. Verum tot inter adversa
„ ejus prudentia atque dexteritas emicuit magis: neque minus elu-
„ xit maxima ipsius erga sanctum Cassianum pietas et religio, cu-
„ jus patrocinio in tanto rerum discrimine se sua que commendarat;
„ postero enim anno rebus ex animi sententia compositis, in peren-
„ nem beneficii memoriam festiva die ejusdem Sancti, Sacro Ponti-
„ ficaliter celebrato, praedivitem ex argento calicem ad ejus altare
„ obtulit. Utque pauperum necessitatibus futuris temporibus occur-
„ ri posset, plura scutatorum centena ad erigendum montem, ut
„ vocant, frumentarium, civitati largitus est „.

(2) Obiit tandem Romae XX. Aprilis MDCCXXVIII. annum agens LXVIII., atque in Templo sanctae Praxedis (ejus tunc titulus is erat) tumulatus est. Vide Guarnaccium in suis ad Ciacconium Oldoini additamentis.

LXXXIV. ULYSSES JOSEPHUS GAZZADINIUS.

LXVII. *Ulysses Josephus Gozzadinius*, e praenobili vetustaque familia *Bononiensi M. Antonii* praestantissimi Patriae senatoris filius, quum nobiliorum disciplinarum orbitam strenue, feliciterque esset emensus, laurea doctorali insignitus, Canonicus primum patriae Metropolitanae, mox Basilicae *Vaticanae* effectus est. Hinc ab *Innocentio* XII. memorialium, ut ajunt, Secretarius, atque *Theodosiae* Archiepiscopus declaratus, demum a *Clemente* XI. Brevium Secretarius electus, atque purpureo postmodum galero donatus die 15. Aprilis an. 1709. ad tit. *S. Crucis in Hierusalem*, *Imolensi* praeterea tiara decoratus est die 19. Februarii an. 1710. (1). *Romandiolae* legatione summa cum aequitatis laude perfunctus est (2), regiaque propemodum magnificentia Legatus a Latere (3) die 17. Septembris an. 1714. *Elisabetham* Farnesiam *Philippo V. Hispaniarum* Regi solemniter desponsavit. (4)

Additio F. A. Zaccariae.

(1) „ Detentus interim Romae (a), ibique in gravissima eorum tem-
„ porum perturbatione consiliis adhibitus non prius quam posteriori
„ anno ex urbe discedere ei liberum fuit: quare Imolam advenit
„ festivo die Sancti Cassiani, ubi magna civium gratulatione so-
„ lemnia in Cathedrali eadem die peregit.

„ Mense vero Septembris Dioecesis administrationem exorsus est,
„ universali indicta intra urbem, et extra visitatione, in qua videlicet
„ obeunda nulli parcens labori, neque itinerum difficultate perterritus,
„ invia quaeque, salebrosa, atque aspera loca adivit, suarum nimirum
„ ovium quarumcumque vultum et mores agnoscendi cupidus: hic
„ vero plura in animarum salutem peropportune sancivit; pravos ab-
„ busus eradicavit; monitisque ubique suavissimis lenitate simul,
„ et gravitate temperatis omnium in se animos mirifice devinxit,
„ atque liberalitati etiam erga pauperes ecclesias non defuit. Eo-
„ dem tempore cum innotuisset, magnam undique populorum fre-
„ quentiam confluere ad quamdam Deiparae imaginem pilae e sa-
„ xo quadratae superincumbentem intra limites sancti Martini
„ paroeciae loci de Gypso montani, multosque illic ope Virginis,

(a) Manz. p. 419.

„ atque patrocinio plura in dies atque praestantia consecutos fuis-
„ se beneficia, Cardinalis idem Episcopus, dum anoo millesimo,
„ septingentesimo decimo tertio dioecesanam visitationem impense
„ persequeretur, praedictam ibi imaginem veneratus est, atque,
„ debito ritu servato recognovit, ac ibidem Ecclesiam Deiparae con-
„ struendam curavit.

„ Ioterim episcopium, quod nimis labefactatum repererat, sui
„ quoque regiminis initio reparare aggressus est, atque adeo ampli-
„ ficare, ac congrue ornare: cui ex sua supellectile partem non
„ comtemnendam successorum commodo comparata, liberali dona-
„ tione ibi perpetuo conservandam addixit, conscriptis idcirco pu-
„ blicis tabulis, quarum exemplum in Cathedralis archivo custodi-
„ ri jussit.

„ Nec minori plane studio atque solertia ecclesiae suae ju-
„ ra, quae sibi ad haec usque tempora competere dignovit, quae-
„ ve super bonis in emphiteusim concessis jus fovent episcopatus di-
„ rectum, quamvis publicis antea tabulis conscripta, saepe tamen
„ exoticis literis informia, ne labefactata pleraque temporum ve-
„ tustate, atque injuria posterorum memoriam fugerent, perpo-
„ lito atque eleganti charactere, eaque compendiosa epitome
„ transcribi, atque in octo distributa volumioa, successorum utili-
„ tati in episcopali cartophylacio custodiri mandavit; cujus pariter
„ jussu Imolensium Episcoporum historia a Manzonio suscepta est,
„ ac typis vulgata. Diuturnas controversias inter clerum et laicos
„ tum pro sacrorum rituum observatione, tum pro Ecclesiastica li-
„ bertate, ad exitum deduxit, atque composuit „.

(2) Ad id munus delectos fuit a. MDCCXII.

(3) „ Cum honorifico plurimorum equitum, ac praesulum co-
„ mitatu, inter quos Johannes Fontana Caesenae, Joh. Baptista Mis-
„ siroli Brittinorii, e Joh. Camillus Spreti Cerviae episcopi connu-
„ merabantur.

(4) „ Eodem quoque anno aureo, ac pretioso diademate, quo
„ imagines Beatae Virginis Mariae miraculorum claras sacrosan-
„ ctae Basilicae Vaticaoae Capitulum insignire consuevit, sacra
„ ejusdem Virginis Icon (de Piratello ut vocant) publico in foro,
„ qua majori licuit pompa, eodem Cardinali Episcopo procurante,
„ coronata est festivo Assumptionis die . . . . . Post haec ecclesiam
„ sancti Juliani Canonicorum regularium congregatioois lateranen-
„ sis, quam ipsi jamdiu Canonici instauraverant, ac in praenobi-
„ lem formam eleganti aedificio redegerant, instaote Abbate D. Caje-
„ tano Gozzadino ejus germano fratre, sequenti mense Octobri

„ consecravit, cujus rei memoriam posteris sequens in eadem Ec-
„ clesia lapidi incisa epigraphe commendat.

REVERENDISSIMO . PATRE
DOMINO . CAIETANO . GOZZADINO
CONGREG . CANON. . REGVL. . LATERAN
OLIM . GENERALI . PROCVRATORE
NVNC . VERO . HVIVSCE . MONASTERII
MODERATORE . VIGILANTISSIMO . ET . ABB. . PRIVILEG
TEMPLVM . HOC
IN . HONOREM . D . IVLIANI . M . DEO . DICATVM
EMINENTISSIMVS . ET . REVERENDISSIMVS . DOMINVS
VLYSSES . IOSEPH. . TIT. . S. . CRVCIS . IN . IERVSALEM
S . R . E . PRESB . CARD . GOZZADINVS
EPISC . IMOLEN . ET . AEMILIAE . LEGATVS
VT . EIVSDEM . ABBATIS
ET . FRATRIS . DE . SE . OPTIME . MERITI
PIA . VOTA . EXPLERET
SOLEMNI . RITV . CONSECRAVIT
PRIDIE . IDVS . OCTOBRIS
MDCCXIV.

„ Anno autem (a) MDCCXVII. Jacobum III. magnum Britanniae
„ Regem, qui ob Catholicam Fidem ab haereticis diu vexatus coe-
„ leste regnum terreno anteponere a suo jampridem genitore praecla-
„ rissimo Jacobo II. edoctus fuerat, hospitem in episcopio splendide
„ Pontificis nomine exceptum habuit.

„ Illi quoque (b) maxima omnium civitatum comprovincialium
„ existimatio adjuncta est, quam praecipue testatam posteris voluere
„ Senatus Populusque Ravennatis urbis, a qua inter cetera ut flu-
„ minum, quae ipsi contermina sunt, ex redundantia aquarum sae-
„ pe intumescentium irruptiones arcerentur, edita ad magistratum,
„ et consules luculentissima paraenesi, tota institit sollicitudine:

(a) Manz. p. 424.
(b) Id. p. 425.

„ quare marmoream pectore tenus statuam una cum gentilitiis insi-
„ gnibus, in majori aula publici Palatij eidem erigendam postmo-
„ dum decreverunt cum sequenti elogio.

VLYSSIS . IOSEPH . S . R . E . CARDINALIS . GOZZADINI
AEMILIAE . LEGATI . IMAGINEM . MARMOR
VERI . PRINCIPIS . SPECIEM . GESTA . DEMONSTRANT
QVI . PRVDENS . PROVIDVS . IMPIGER
QVIETI . COMMODITATI . IVSTITIAE . CONSVLIT
CETERIS . ANNONAE . DIFFICVLTATE . LABORANTIBVS
TAM . ABVNDE . SVAM . ALVIT . PROVINCIAM
VT . ALIIS . ESSET . SVBSIDIO
PROCERES . CONIVNCTISSIME . SEMPER . HABVIT
OMNES . AMANTISSIME
VRBANAS . AGRESTESQVE . VIAS . LAPIDIBVS . OBRVIT
PONTIBVS . IVNXIT
ALIBI . REI . FRVMENTARIAE . ALIBI . OBSONIIS . OMNIBVS
AEDES . FORA . VEL . EXTRVXIT . VEL . AMPLIAVIT
LITTORA . A . PIRATIS . NOVIS . MVNIVIT . PROPVGNACVLIS
PRAETERITA . RESTAVRANS . PRAESENTIA . DISPONENS
FVTVRA . PRAEVIDENS
AVERTENDORVM . FLVMINVM . AVTHOR . ORATIONE . LVCVLENTISSIMA
LEGATIS . AD . PONT . O . M . MISSIS
VT . NOS . VNDIQVE . SECVROS . RELINQVERET
DE . SE . VNO . TAMEN . SOLLICITOS
LEGATIONE . FVNCTVS . SEDIS . APOSTOLICAE . ORACVLO
AMPLISSIMO . LAVDATAS
OMNI . SIQVIDEM . LAVDE . DIGNVS
SED . OMNI . MAIOR
PRAEFVIT . ANNIS . TRIBVS . MENSIBVS . QVATVOR
CERTE . AD . DESIDERIVM . POPVLI . PARVM
AD . RES . MAGNAS . GERENDAS . SATIS
AD . MEMORIAM . HOMINVM . SEMPER
S . P Q . R . ANN. . SAL . MDCCXVII.

Lustrata Dioecesi Synodum celebravit, in qua multa pie, ac sapienter constituit. Comitiis Vaticanis adfuit Innocentii XIII., et Benedicti XIII. Aetate demum et laboribus confectus vivere Imolae desiit XX. Martii anno MDCCXXVIII. Sepulcrum habet in Imolensi principe templo ad Aram S. Johannis Baptistae hac insculpta inscriptione.

D. O. M.

VLYSSI . IOSEPH . GOZZADINO . PATRICIO . BONON

TIT . S . CRVCIS . IN . HIERVSALEM

S . R . E . PRESB . CARDINALI

FORI . CORNELII . EPISCOPO . ET . COMITI

SS . PP . INNOC . XII . ET . CLEM . XI . A . CONSILIIS . ACCEPTO

CVM . IN . AEMILIA . ET . EXARCHATV . RAVENNATEN

TVM . AD . ELISABETH . FARNESIAM . HISPAN . REGINAM

LEGATIONIB . FVNCTO

ALEXANDER . SENATOR . GOZZADINVS . FRATER . ET . HAERES

M . P

A . CIϽIϽCCXXIX

VIX . AN . LXXVII . MENS . V . D . X . OBIIT . XIII . KAL . APR

MDCCXXVIII.

Agit de hoc praeclarissimo Gozzadiniae gentis ornamento praeter Illustriss. Guarnaccium in Historia Cardinalium (a) et cl. Bonamicum in Libro de *claris Pontificiarum Epistolarum Scriptoribus* (b) Abbas Rondonius apud eum annis XIX. *Secretarii*, ut ajunt, munere perfunctus, tum Assisiensium Episcopus, in *Ulyssis Jos. S. R. E. Card. Gozzadini Bonon. vitae compendio*, quod anno 1738. Bononiae vulgavit in 4.

(a T. II. p. 148.
(b) p. 284.

LXXXV. JOSEPH. CARDINALIS ACCORAMBONIUS A. MDCCXXVIII.

Joseph Accorambonius in Dioecesis Spoletinae oppido, quod vulgo *le Preci* vocatur, natus est XXIV. Septembris MDCLXXII. Ut autem acris erat ingenii, et ad optimas quasque facultates a natura comparatus, ubi per aetatem licuit, Perusiam a Patre primum studiorum causa missus est; deinde Lucam ad Jurisprudentiam sub egregii advocati Palmae Junioris disciplina diligentius excolendam; hinc demum Romam. Heic enim vero quantus ille futurus esset, statim patuit. Ansaldus enim Praesul legum longe peritissimus suum ille adsessorem delegit. Quo in officio Accorambonius adeo se Romanae Curiae brevi probavit, ut Michael Cardinalis Angelus de Comitibus (ille ipse, qui postea Innocentii XIII. adsumpto nomine Romanus Pontifex est renunciatus eum sibi in eodem munere adesse jusserit.) Quidnon erat Accorambonio ab amicissimo sibi Pontifice sperandum? Lectus profecto ab eo fuit statim inter Praesules domesticos, subdatarius constitutus, atque inter Vaticanae Basilicae Canonicos connumeratus. Majora tamen a Benedicto XIII. beneficia accepit. Ab eo enim a. MDCCXXVIII. et Imolensi Episcopatu donatus est, cujus etiam possessionem coepit XIX. Aprilis, et inter Romanae Ecclesiae Cardinales relatus XX. Septembris. Faustissimum ejus in Imolensem Ecclesiam adventum praeclara oratione (*a*) prosequutus est Cl. Canonicus *Franciscus Mancurtius*. Cardinalis autem non inanes fuisse *Mancurtii* gratulationes statim ostendit. Nam (quod Corneliensibus cum perhonorificum, tum gratissimum fuit) illo praesertim adnitente effectum est, ut a. 1729. 10. Februarii S. Rituum Congregationis decreto *S. Petri Chrysologi* officium universae Ecclesiae praescriberetur. Eodem vero anno XVI. Augusti perlustrandam Pastorali cura Dioecesim suscepit. Interea quum optimam Clericorum institutionem sibi cum primis curandam esse intelligeret, intimam Seminarii partem

(a) Prodiit illa Romae an. 1729. hoc titulo: *In adventu Emin. ac Reverendiss. Principis Josephi Accoramboni ad Forum Cornelii, sedemque suam Episcopalem gratulatio.*

(extima enim a Gozzadinio decessore suo excitata jam fuerat) amplificavit; alumnorum quoque numerum auxit, utque Philosophicis ac Theologicis disciplinis imbui ipsis illis in aedibus commode possent, a. 1734. utriusque illius facultatis Professores constituit. Spiritali populi profectui consulturus sequenti anno *Carmelitas*, quos *Discalceatos* dicimus, mysticarum rerum probe gnaros adcersivit, eisque Ecclesiam B. Virgini Sacram ad Pontem Sanctum, ut alibi diximus, sitam suppresso paroeciae titulo, tradidit. Nec minus Dioecesis splendor cordi illi fuit. Quamobrem ut duae in Lugiensi oppido Ecclesiae a totidem sacris Presbyterorum societatibus, (*Consortia*, et *Communas* appellant) antea excultae, S. Mariae, et S. Hilarii altera, S. Jacobi Collegio Canonicorum, Pontificio ad id expetito diplomate, insignerentur, studio omni elaboravit. Tum anno MDCCXXXVIII. Dioecesanam Synodum habuit, Romae deinde typis vulgatam. Hinc vero occasionem de urbanis Parochis benemerendi adripuit: tunc enim illis, ut deinceps conspicuum, ad quoddam muneris insigne nigrum palliolum (quod Mozzettam vocant) cum cucullo impositum superpelliceo in Ecclesiasticis functionibus deferrent perpetuo, indulsit. De Cathedralis quoque Ecclesiae ornatu sese sollicitum praebuit, eaque de caussa peripetasmata magna ex parte elegantissime elaborata perfici jussit. Verum Romam quum a. MDCCXXXIX. adcessisset, ut Christianae Reipublicae in sacris Urbis Congregationibus praesto adesse posset, de abdicando Episcopatu cogitare coepit, eumque demum Thomae Mariae Marellio tradendum curavit. Vitam ad annum MDCCXLVII. perduxit, quo tandem XXI. Martii longa infirmitate confectus decessit. Tumulatus autem est ad S. Ignatii prope Aram S. Aloysii Gonzagae, quem singulari cultu prosequutus semper fuerat, hoc inscripto epitaphio.

D . O . M.

IOSEPHO . S . R . E . CARDINALI . ACCORAMBONIO
EPISCOPO . TVSCVLANO
S . ALOISII . GONZAGAE
EXIMIO . CVLTORI
IGNATIVS . COMES . ACCORAMBONI
REGIS . POLONIAE . CONSILIARIVS
PATRVO . BENEMERENTI . POSVIT
VIXIT . AN . LXXV
DECESSIT . XXI . MARTII . AN . DOM . MDCCXLVII.

De eo Guarnaccius in historia Pontif. Rom. et S. R. E. Cardinalium (a)

LXXXVI. THOMAS MARIA MARELLI.

Natus est *Marellius* Augustae Taurinorum VI. nonas Julias a. MDCLXXIII., ex spectatissima Comitum *del Verde* familia. Quum vero emenso studiorum curriculo presbyter inauguratus fuisset, inclytae S. Philippi Nerii Congregationi se se Romae adscripsit; hinc vero Urbinum profectus, nihil in curanda animarum salute eorum omisit, quae tanti Patris filium maxime decent; ut mirum non sit, eum a Clemente XI. fuisse mense Novembri a. MDCCXVI. Urbinati Ecclesiae Archiepiscopum datum. Atque eam quidem Ecclesiam duobus circiter ac viginti annis *Marellius* sapientissime rexerat, edita etiam an. MDCCXXXIV. luculentissima Synodo; quum XXIII. Februarii a. MDCCXXXIX. ad Imolensem sedem, qua *Accorambonius* Cardinalis se, ut diximus, abdicavit, a Clemente XII. translatus fuit. Porro ut Imolam advenit (advenit

(a) T. II. col. 543.

autem V. Idus Martias ejusdem anni) magnas sibi fore cum eodem *Accorambonio* controversias statim intellexit, si suae jura dignitatis persequi vellet. Cardinalis enim, quum sibi a Pontifice concessum fuisset, ut quae octo mensibus Apostolicae Sedis reservatis Ecclesiastica beneficia in Imolensi Dioecesi deinceps vacarent, ea ab ipso conferrentur, omnia turbare velle, Episcopi auctoritate neglecta, videbatur. Caussam omnem *Marellius* ad *Benedictum* XIV. tandem detulit; hic vero peculiarem quamdam Congregationem, a qua dijudicanda esset, pro sua aequitate constituit. Accertatum quidem diu fuit; sed sententia demum lata est ipsis Kalendis Maji a. MDCCXLII. ac victoria super plerisque iisque gravioribus tantae controversiae capitibus, quae octo omnino erant, Episcopo adtributa. His enim vero forensibus curis liberatus ad diligentiorem Ecclesiae suae administrationem animum, consiliaque omnia adjecit. Sequente igitur anno quum in principe urbis templo quater quidem Eucharistia quotannis quadraginta horarum spatio publice coleretur, nulla tamen post vesperas octavae, a festo Corporis Domini diei ad ejusdem Sacramenti commendandam dignitatem constituta esset supplicatio, ternas, quas dicimus *expositiones* abrogavit *Marellius*, una tantum servata, cui primos hebdomadae sanctae dies sacros voluit, sed eam, quae ab Episcoporum ceremoniali praescribitur, supplicationem deinceps habendam esse decrevit. Curavit etiam, ut singulis illius octavae diebus solemni ritu Christi Corpus per urbem circumferretur, binis ad id, quae Lunae, et Mercurii diebus deerant, supplicationibus adjectis. Majus quiddam et longe utilissimum a. MDCCXLIV. (laudante consilium atque adeo urgente Episcopo *) molitus est, qui tunc Chatedralis Ecclesiae Prior erat, *Stephanus Morarius*, constitutionem, inquam, quinque Confessariorum, atque unius in principe templo Chatechistae. Praedium, quod sanctissimo operi veluti dos esset, coemptum fuit scutatis Romanis omnino 6160. mille Episcopus contulit, caetera *Morarius*, qui postea, vacante ob *Marellii* obitum sede, Vicarius Capitularis constitutus, ab illius vero successore generalis Provicarius dictus doctrina, divinae gloriae studio, ac morum sanctitate omnibus ita se probavit, ut ei, quum a. MDCCLXXI. quincto Idus

Martias mortem oppeteret, communi omnium bonorum luctu parentaretur.

Ad *Marellium* redeo. Multa memoratu digna sub eo contigerunt. Anno scilicet MDCCXL. 27. Junii Bagnariae ex *Matthaei Marescotti* Archipresbyteri testamento in sacris hospitalis aedibus sex sacerdotum erecta est consociatio (*Communiam* vocant, ut alibi diximus) ea lege, ut in choro divinum officium quotidie constitutis horis recitarent. Ad insequentem annum pertinet *Benedicti XIV.* constitutio. Quas alio loco indicavimus in Lugiensi oppido Canonicorum Collegio donatas paroeciales Ecclesias, alteram S. Mariae, et Hilari, alteram S. Jacobi, eas sapientissimus Pontifex, ut discordiarum, quae inter utriusque Canonicos exortae fuerant, finis esset aliquando, Apostolica sustulit auctoritate, unamque tantummodo deinceps ex utriusque Collegii Canonicis conflatam esse jussit in antiquis S. Jacobi aedibus, sed novo SS. *Petronii* et *Prosperi* titulo insignitam. Praeterea Antistite *Marellio* plurimum adnitente, a fundamentis restituta fuit aedes S. Caroli, atque a. MDCCXLVIII. perfecta. Quare XVIII. Augusti idem Episcopus illam praescriptis caeremoniis benedixit: tum eodem anno principem S. Mariae Novae aram X. Novembris consecravit. Sed haec mittamus, ut et bina Oratoria a Sodalitatibus S. Crucis, ac S. Petri a. MDCCL. iterum elegantiorem in modum constructa, itemque aliud Oratorium a Sodalitate Virginis ab Angelo salutatae mense Novembri an. insequentis fornice, aliisque ornamentis decoratum. Illud multo praestantius, ac posteritatis memoria dignius, eam *Marellium* ad perlustrandam Dioecesim contulisse sedulitatem, qua nihil excogitari sanctius atque accuratius potest. Nam praeterquamquod sacra ipse cathechesi pueros instituere, deque Christiani hominis officiis ad populum luculenter disserere consueverat, nulli unquam labori pepercit, ut beneficiorum Ecclesiasticorum origines, redditus, onera, res testamento legatas, piorumque locorum fundos, atque administrationem penitius agnosceret. Extat ingens hac de re praeclarissimi Praesulis volumen, quod maximo sane erit successoribus adjumento. De Synodo quoque celebranda cogitarat, atque adeo nonnullas, quae in illa vi-

debantur edendae, sanctiones paraverat, praeter non pauca, quae ad Cleri populique institutionem vulgavit identidem pastoralia documenta. Verum annis ac laboribus fractus tandem in morbum gravem et mortiferum incidit, quo etiam (insignis cujusdam patientiae editis argumentis, quum Evangelicam Dominicae Passionis historiam sibi perlegendam curaret) extinctus est IX. Januarii MDCCLII. nono autem ac septuagesimo aetatis suae anno labente. Haeredem Bibliothecae suae scripsit Seminarium, quod singulari semper amore prosequutus fuerat. Funus tanti Praesulis in principe urbis templo, ubi etiam tumulatus est, latina eaque copiosa oratione Canonicus Franciscus Maria Mancurtius cohonestavit.

Fuit *Marellius* integerrimis moribus, singulari orationis studio, summa animi demissione, ac mansuetudine, incredibili in pauperes largitate, firma in Ecclesiasticae immunitatis, suaeque dignitatis juribus vindicandis constantia. Ubi ejus sententia gravibus de rebus exquireretur, non antea respondere solitus fuerat, quam clausis oculis paullisper subsisteret, velut divini numinis opem tacite imploraturus. Latinas litteras adamabat; in rebus vero Theologicis S. Thomam, cujus Summam semper habebat prae manibus, ducem sibi ac Magistrum delegerat.

LXXXVII. JOHANNES CAROLUS BANDIUS.

Defuncto *Marellio* successor datus est XX. Martii an. MDCCLII. *Iohannes Carolus* ex illustri apud Caesenates *Bandiorum* familia. Fuerat is primum Romae Antonii Cardinalis Ruffi, ut dicimus Auditor, ac Sancti Laurentii in Damaso Canonicus; deinde Botrensis dictus Episcopus Ostiensem, et Velitrensem Ecclesiam Thomae Cardinalis et Episcopi Ruffi auctoritate suffraganeus septem circiter annos rexerat; in iisque muniis egregia sapientiae, atque antiquae cujusdam pietatis specimina ediderat: sub medium Junium eodem anno novus Antistes Imolam venit; sed nonnisi sacra Petro Apostolorum Principi die solemni pompa Cathedralem ingressus est, qua

etiam die homiliam ad populum habuit disertam sane ac luculentam. Ad Seminarium vero cogitationes, operamque statim convertit; quod propterea et exquisitis omnium disciplinarum Magistris, et alumnorum numero auxit. Sacrarum porro aedium splendorem curavit maxime, non cohortationibus modo usus, sed etiam non exigua argenti vi ad eas sive instaurandas, sive etiam ornandas saepius suppeditata, saepe. Nulli quoque pepercit labori, quo illarum sanctitati consuleretur. Nam a. MDCCLVII. 25. Septembris Ecclesiae, quam S. Mariae a Caritate appellatae Sodalitium extruendam susceperat, et a. MDCCLXXII. 19. Martii Ecclesiae a S. Stephani Monialibus restituendae primos ipse lapides ad statas Religionis nostrae caeremonias posuit. Benedixit vero, ut absolutas novit, XXII. Maji a. MDCCLX. Aedes S. Philippo Nerio nuncupatas, quas D. *Josephus Sarasellius*, ipso adnuente erexerat, ut piis ab eodem Sancto praestitutis exercitationibus populus per annum excoleretur; itemque anno MDCCLXXI. Ecclesiam in Bagnariae agro recens se auctore excitatam, in qua Deiparae imago multis clara miraculis fuerat honoris caussa decentissime collocata. Quid porro de consecratis ab eo Ecclesiis dicam? Ejusmodi Ecclesiae sunt Cappucinorum Imolensium a. MDCCLII. 15. Octobris; S. Johannis Baptistae apud Castrum novum a. MDCCLXX. 26. Augusti sex fere a primo, quem idem Antistes jecerat, lapide annis; S. Eustachii in oppido Mordani a. MDCCLXXI.. S. Prosperi in castro Saxileonis, et S. Michaelis Tausinianensium anno insequenti ab eo solemni ritu inauguratae. De Cathedrali Imolensi Ecclesia plura heic dicenda essent, nisi dissertatione IV. aliquid adtigissem. Equidem in hocce aedificium Romana amplitudine dignissimum Canonici atque adeo Beneficiati symbolam contulerunt; Praepositus vero *Joh. Baptista Hectorrius* eidem sub vitae exitum suas omnes facultates testamento legavit. Verum quis tanti operis primas Episcopo *Bandio* non deferat, qui illius suscipiendi consilium magna animi alacritate iniit, perficiendi exemplum maxima praebuit pecuniae largitione? Neque id satis *Bandio* fuit. Nam et Olivetanorum Monachorum templum suis sumptibus a fundamentis restituit.

Atqui tamen idem hic Praesul, qui tantam argenti vim in Ecclesias exaedificandas erogavit, Episcopalium aedium partem interiorem refecit, amplificavit, ornavit; publicum quoque actorum tabularium in ampliorem locum transtulit; arcem Bagnariae restituit; ad rusticas domos Episcopalis juris aut resarciendas, aut plane extruendas animum curasque adjecit; agros vero diligentia culturaque meliores effecit. Praeterea suae mensae seu bona seu jura liti atque judicio nec sine magna impensa repetiit identidem ac persequutus est. Extremis vero vitae suae annis de insigni quodam amplissimoque xenodochio condendo cogitavit, illudque magno sane animo inchoavit. Neque tamen tot illi pecunias ad res tam varias perficiendas suppetiisse Christianus homo mirabitur, qui quanta ad ipsas opes augendas sit eleemosinae vis, perspectum ex sacris libris habeat, atque exploratum. Nihil enim Episcopo nostro antiquius fuit, quam ut cum privatis tum publicis largitionibus pauperum inopiam levaret; neque ullum decessorum suorum facile invenias, quem ille singulari in egenos liberalitate non vicerit, aut certe non exaequarit.

Quamquam quid haec, si cum ceteris Pastoralis regiminis curis conferantur? Devincire primum sibi quadam Imolensium animos facilitate studuit; quo spectat lata a. 1755. 10. Augusti in patrium Magistratum propensior sententia ad amovenda quaedam Canonicorum illiusque dissidia, ne a sacris Cathedralis Ecclesiae functionibus dignitatis suae tuendae caussa veluti abalienaretur. Deinde ceteris omnibus exemplo praeire in animum induxit. Nemo certe illo aut in Ecclesiasticis functionibus obeundis, aut in sacris peragendis ordinationibus, aut in lustranda Dioecesi diligentior atque constantior, ut ne ipsi quidem podagrae dolores, quibus cum a multis annis fere conflictabatur assidue, obstiterint, quin hosce alacer labores susciperet; nonnumquam vero vel in ipsis solemnibus supplicationibus animi vires infirmitate corporis superante defecerint. Laetior nunquam visus est, quam cum Judaeos Christiano abluere lavacro sibi contigeret, quod non raro adcidit, uti a. 1759. quo in principe Imolensi templo Judaeorum Germanorum familiam ab eo sacris solemnis Baptismi ritibus Christo initiatam vidimus. Porro incensus

studio animarum nihil eorum praetermisit unquam, quibus Clerus Populusque suae curae concreditus ad optimos mores, virtutesque Christiano nomine dignas maxime incitaretur. Nam homilias saepe ad Populum habuit ea styli elegantia perscriptas, ea vocis contentione prolatas, ut lacyrmas ab audientibus non semel excitaverit. Leges praeterea edixit plane saluberrimas non in synodo solum, quam a. MDCCLXV. mense Majo celebravit, duobus vero post annis ex Imolensi typhographia prodire jussit non ineleganter excussam, sed saepe alias vulgatis ad id Pastoralibus documentis sapientia ac sanctitate plenissimis. Apostolicos quoque viros ad Dioecesim Missionibus excolendam certis temporibus evocavit, quorum tamen exemplo suo labores quammaxime fovit, ac sustentavit; aderat enim sacris eorum functionibus; interdum vero Populum adloquebatur, antequam indicto generalis Synaxis die illum Eucharistico ipse pane reficeret. Huc spectat, quod ad Lugiensis juventutis institutionem a Benedicto XIV. impetravit. Clericos enim Regulares Scholarum Piarum ad Lugiense oppidum accersivit, tradita illis S. Mariae et S. Hilari Ecclesia, quae Paroecialis dicta est, S. Francisci Paullani titulo deinceps designanda, in eosque bonis omnibus Sodalitatum quarumdam, quae apud eamdem Ecclesiam constitutae erant, a. 1758. XXI. Januarii Pontificio diplomate translatis.

De praeclaris tanti Praesulis virtutibus, quarum sane exempla maxima ad continendum in officio populum vis inest, dicendum mihi nunc foret. Cum primis vero celebranda esset singularis in sacram Eucharistiam religio, qua factum, est, ut non modo jam ab anno 1753. in dies Lunae, Martis, ac Mercurii sexagesimae post vesperas transferri jusserit ejusdem expositionem, quae tribus extremis Bacchanalium diebus sub noctis initium nulla fere populi celebritate peragi consueverat; supplicationi vero, qua primis Dominicis singulorum mensium diebus circumgestari solet praeter Decessorum suorum morem numquam non interfuerit; sed etiam Cathedralis Paroeciae infirmis non exigua locorum distantia disjunctos administraturus, quum tamen vix pedibus insistere videretur, saepius processerit. Quid illud, quantaque dignum commendatione,

molestissimos, quos antea indicabam, podagrae cruciatus, ea patientiane dicam, an constantia pertulisse, ut nullam aliam querimoniae vocem emittere auditus sit, quam qua ad Pastoralis muneris labores minus aptum se in dies effici doleret? Adde miram illius in judicando aequitatem, facilitatem in audiendo, lenitatem in decernendo, prudentiam in deliberando, in agendo dexteritatem. Itaque nemo mirabitur, tot, tantarumque virtutum Antistiti Clementem XIII. ejusque successorem Clementem XIV. magni momenti negocia non pauca detulisse. Illud potius admiratione dignum videbatur, optimum hunc Praesulem nondum inter S. R. E. Cardinales relatum fuisse. Retulit enim vero plaudente Urbe Pius VI. non tam sanguinis conjunctione, quam virtutum ejus fama permotus IV. Kal. Junias a. MDCCLXXV., licet nonnisi III. Idus Septembris ejusdem anni promulgarit. Sed tandem a. MDCCLXXXIV. X. Kal. Aprilis incredibili Imolensium luctu praestantissimus Cardinalis decessit, atque in principe templo, quod magnis impensis erexerat, depositus fuit.

LXXXVIII. GREGORIUS BARNABAS CLARAMONTIUS.

Gregorius Barnabas Claramontius, et ipse *Caesenas*, nobilique genere ortus, in Joannis Caroli Cardinalis Bandii locum fuit suffectus. A prima aetate magni Benedicti instituta professus, non minus doctrinae commendatione, quam vitae integritate, ac religiosa disciplina emicuit, ut tum Parmae, tum Romae Philosophicas primum, Theologicas deinde disciplinas, et jus etiam Pontificium magna cum laude docuerit. Hasce ob animi, ingeniique dotes Tiburtinus a Pio VI. Pont. Max. Episcopus renuntiatus, duobus post annis, ex quo Dioecesim illam tam recte, sancteque administraverat, ab eodem Pontifice ad Forocorneliensem Cathedram fuit evectus, ac simul inter Patres Cardinales Calixti titulo cooptatus XVI. Kal. Martias an. MDCCLXXXV., laetantibus quidem omnibus, praeter Tiburtes, qui non tam Pastorem egregium, quam parentem amantissimum amisisse moerebant.

Itaque cogitationes omnes in novum sibi commissum gre-

gem intendens, Pastoralem statim Epistolam ad eum dedit, in qua non tam facile dispiceres, utrum rerum gravitatem et doctrinae supellectilem, an potius eam modestiam animique lenitudinem magis admirandam diceres, quae vel ab ipsa hausta natura tantopere semper in eo refulsit. Forum deinde Cornelii contendens, magna cum ordinis cujusque gratulatione, et plausu ibidem fuit exceptus pridie idus Sextiles anni ejusdem, et recta statim majus adiit Templum, ubi, salutato Deo, ad Clerum, frequentemque populum, homiliam habuit, qua ejus adventus, admiratioque expectationem, et jam conceptam virtutis opinionem longe superavit.

Dioecesim universam ex Tridentinae Synodi praescripto obire cum statuisset, a Cathedrali Templo auspicatus est XIII. Kal. Majas insequentis anni MDCCLXXXVI. Cujus quidem Templi decori, ac dignitati quo magis consuleret, praeter tot alia opportune statuta, ducentos etiam nummos argenteos ab Archipresbyterali Sancti Patritii Ecclesia quotannis ei pendendos attribuit. Ut vero XIX. Kal. Februarias proximi anni MDCCLXXXVII. in eodem Cathedrali Templo Alexandrum Alexandretium Zamensem inauguravit Episcopum, quem Pius VI. Apostolicum simul Comaclensis Ecclesiae Vicarium constituerat, ad cetera suae Dioecesis loca obeunda aggressus, nihil omnino neque incommodis, neque laboribus, neque periculis pepercit, nullus ut fuerit locus, quamvis asper, et palustris, quo ipse non pervaserit. Neque jam persequi hic singula volumus, quae ubique statuit, perfecit ex Ecclesiae disciplina, ex sacrorum Canonum praescripto, ex more institutoque majorum, ut cuncta recte, et ex ordine procederent, ea praesertim consilii maturitate, ea providentia, ea imperii facilitate, eaque humanitate, qua omnium animos sibi devinxerit. Praeterire tamen nullo modo possumus, quod sacram Castri Bononiensis aedem jam inchoatam maturius perficiendam, illamque Barbiani magnifice exaedificandam curaverit. Nec minus Lugi civibus consuluit, cum omnem dedit operam, ut quo magis egenis provisum esset, publicum ibi valetudinarium ampliaretur, simul extruerentur aedes ad puellarum in iis degentium institutionem quam opportunissimae.

In ipsam vero Fori Cornelii Urbem quae, et quot ejus merita, quam illustria, ac preclara! Aedem scilicet sanctae Mariae, cui a *Regula* nomen, ad exitum suo aere perduxit, eamque, uti et illam Carmelitarum Lugi sitam solemniter sacravit. Paroeciam sanctae Luciae ex non satis opportuno, nec decoro loco in commodiorem, et decentiorem ad sancti Bernardi transtulit, eique etiam sancti Aegidii Paroeciam adjunxit. Nihil porro praetermisit, quod ad optimam adolescentium institutionem pertineat. Nam eos, qui in Seminario ad Ecclesiasticam erudiendi militiam aluntur, typographia etiam munivit; peramplas vero e fundamentis excitavit aedes, ubi nobiles alumni cum ad pietatem, atque ad omnem honestatem, tum etiam ad bonas artes, severioresque disciplinas possent informari. Officinam denique medicamentariam rebus omnibus affluentem voluit comparari, quae non aegrotantibus modo in valetudinario decumbentibus, verum etiam egentibus omnibus usui esset.

Haec tamen omnia, quamvis magna, parva fortasse videbuntur, si cum aedificio comparentur, quod ab Decessore excogitatum, inchoatum perficiendum ipse impense curavit. Vocatur quidem publicum valetudinarium, satius tamem accessionem, neque exiguam urbis esse dixeris. Est enim cum artis elegantia, et magnificentia vere mirum, tum vero laxitate omnino idoneum ad hominum multitudinem. Capiunt nimirum hae aedes et aegrotos, et e morbo convalescentes, et peregrinos, et amentes, et nothos, et vero etiam singulos quoque, qui opportuna his omnibus ministeria praebeant: habent praeterea conclavia ad textrinam artem, atque ad alia opificia ab nothis, aliisque puellis exercenda, tum etiam horrea, cellas vinarias, et quidquid ad horum omnium victum, vitaeque usus possit pertinere. Accedit et sacra aedes, cui amplum sepulcretum proxime adhaeret.

Cetera, quae Episcopale munus propius etiam attingunt, cum his congruere omnino visa sunt. Magna enim in eo constantia, animique firmitas in suae Ecclesiae juribus vindicandis; impensa in orphanos, viduasque voluntas; prolixa in egenos liberalitas; summa in accisis familiarum rationibus restituendis cura; mira in congressu, alloquioque be-

nignitas; perpetua in imperando, ac decernendo prudentia, et lenitas; singularis in sacris obeundis muneribus assiduitas, et diligentia; incredibilis in admonendo, et cohortando sedulitas; maximum in Ecclesiastica retinenda disciplina studium; uno verbo, insigne virtutum omnium exemplar, quo facilius, ac tutius christianum gregem suae fidei traditum a venenatis arcere pascuis, atque ad salutaria posset propellere.

Quamquam Cardinalis Claramontii amor, ejusque studium in commissum sibi gregem tunc vel maxime enituit, cum primum anno MDCCXCVI. Gallorum copiae in Italiam penetrarunt, et occupata Insubria, aliisque finitimis locis, ac Pontificiae etiam ditionis provinciis Bononiensi, et Ferrariense, in Aemiliam tandem invaserunt. In ea enim temporum asperitate, in eo armorum strepitu, animorumque aestu tantum abfuit, ut ipse a Dioecesi discesserit, gregemque reliquerit, ut potius non alacri solum animo, et forti ibidem perstiterit, verum etiam qua voce, qua scriptis religionem, fidemque tueri, ac defendere haud dubitarit. Accessit etiam quod Lugi cives cum arma in Gallos cepissent, ut Apostolicae Sedis jura tuerentur, si minus a direptione, ab urbis certe incendio, Cardinali Claramontio rogante, et deprecante, fuerunt liberati, Monialium vero Monasterium intactum omnino permansit. Perfecit etiam, ut Fori Cornelii Mons pietatis nequaquam diriperetur, uti nonnullorum hominum perfidia, ac militum cupiditate certe quidem obvenisset.

Initae deinde induciae sanctam Sedem inter, et Gallos, ita tamen ut duas hi retinerent provincias, Bononiensem, et Ferrariensem. At quoniam prospiciebatur, Gallos, cum induciae exiissent, occupaturos non solum Aemiliam, sed et reliquam Pontificiam ditionem, Pius VI. iterato jussit Cardinali Claramontio caveret, ne Gallorum fieret captivus. Itaque post praelium commissum prope Faventiam Cardinalis idem, qui jam antea Caesenam se receperat, maturrime Romam contendit. Cum autem Spoletum pervenisset, Bonapartiades Gallorum exercitus imperator, et qui etiam Fori Cornelii rerum publicarum regimen tunc susceperant, illum orarunt, ut eo reverteretur, quippe quod ad Dioecesis tranquillita-

tem ejus praesentia, et auctoritate opus omnino erat; nam pauperes eorum patrem efflagitabant, et Dioecesis universa Pastoris sui desiderio vehementer tenebatur. Cardinalis tamen Claramontius nihil sibi hanc super rem statuendum censuit, nisi prius Pontificem Max. consuluisset, qui quidem rescripsit, ne iis ullo pacto pareret, qui nullam ei imperandi potestatem habebant. Romam igitur venit: sed de afflicta Dioecesi maximopere sollicitus, simul timens, ne quis ejus absentiae obtentu ad Forocorneliensem Cathedram obreperet, enixe petit ab eodem Pontifice, ut Dioecesim sibi repetere liceret. Qua impetrata venia, illuc statim reversus est.

Hic jam facile quisque assequi conjectura potest, quibus postea pressus fuerit angustiis, et quot acerbitates perferre, quot devorare debuerit molestias. Paratus tamen animo ad omnia, nec quidquam omnino pertimescens, dum suo munere fungeretur, plures in vulgus edidit homilias, ut christiana plebs stabilis permaneret in fide, neque umquam a mandatis Domini deflecteret. Ipse enim vero neque minis, neque terroribus, neque rei cujusquam jactura adduci umquam potuit, ut *civicum* diceret jusjurandum, quo quis Monarchici regiminis odium, itemque nonnullis obtemperare legibus profitebatur, quae a Catholica religione dissentire videbantur. Qua de re tum Episcopalis mensae redditibus fuit omnino spoliatus, tum etiam ejus nomen per publicas traductum ephemeridas, in quibus illusus ipse, sugillatus, minis appetitus, utpote qui Romanis adhaerere opinionibus dicebatur. Maximo tamen exemplo, ac documeto fuit ipse non Clero solum, sed cujusque etiam conditionis hominibus, quorum plerique jusjurandum illud constanter rejecerunt, tametsi munera, bona, immo etiam ad victum necessaria amisissent.

Ubi vero Germani milites in Italiam descenderunt, et Forocorneliensi Dioecesi appropinquarunt, tum Cardinalis Claramontius non semel in vitae discrimen venit. Ab Gallorum enim exercitus duce, qui Lugi stativa habebat, tamquam concitatae seditionis reus arcessitus nihil timuit eum adire coram, tametsi crudelem ejus animum probe nosset. Jam porro tam leniter, fidenterque loquutus fuit, ut idem

ipse dux ejus virtutem, atque innocentiam agnoverit, et odium quod ex malevolorum dicteriis, et calumniis adversus eum conceperat, in honoris significationes converterit.

At paucis post diebus dux idem, qui Bononiam venerat, cum cognovisset, Germanorum copias Forum Cornelii occupasse ibique etiam satis benigne fuisse exceptas, statim valida cum manu illac contendit eo consilio, ut Urbem diriperet. Quin etiam cum ab nonnullis maledicis hominibus falso accepisset, Cardinalem Claramontium edictum typis evulgasse, in quo Gallos laederet, professus omnino fuit, se, ubi Forum Cornelii venisset, id in primis acturum, ut in Cardinalem ipsum Claramontium graviter, severeque animadverteret. Quo quidem nuntio ad Cardinalem statim perlato, non tam ut se ipsum ab impacta calumnia purgaret, quam ut urbem illam ab direptione, aliisque malis liberaret, media nocte iter arripuit, ut Gallorum duci occurreret, qui cum exercitu Forum Cornelii versus veniebat. Quem cum in via offendisset, haud dubitavit facinoris, quod moliebatur, iniquitatem ei exprobrare, siquidem Fori Cornelii cives nihil contra Gallos admisisse constabat, quo poenam ullam subirent; ejusque animum adeo leniit, ut illi neque direptionem, neque mali quidquam fuerint perpessi.

Haec Cardinalis Claramontii agendi ratio, haec animi constantia non Forum modo Cornelii, sed provinciam etiam Aemiliae pene totam tunc temporis ab tot calamitatibus exemit, quoniam ejus exemplum alios excitavit, et confirmavit Episcopos, ut in pastorali ministerio firmiter permanerent. Visus est utique Deus hisce tot angustiis, acerbitatibus, malis experiri eum voluisse, idoneumque reddere, qui postea animo tam magno, atque excelso tot incommoda, tot detrimenta, tot pericula multo plura, et graviora pro totius christianae reipublicae bono perferret.

Vita igitur functo Valentiae in Segalaunis Pio VI., cujus quidem pergrata, perque jucunda semper erit recordatio, habitisque sacris Comitiis Venetiis in Monasterio sancti Georgii, Pontifex Maximus renuntiatus fuit pridie idus Martias an. MDCCCC. Cardinalis Claramontius, qui grati animi caussa PII VII. nomen sibi adscivit. Itaque Romam ut venit statim de Forocorneliensi Episcopatu abdicando ma-

ximopere cogitavit, atque Antonium Cardinalem Dugnanium virum omni virtutum laude commendatum jam designaverat, plane idoneum, cujus curae Dioecesim illam committeret. Hic tamen oblatum munus in se recipere cum renuisset, cumque interea christianae reipublicae res turbari, ac misceri coepissent, atque in deterius etiam prolapsurae viderentur, satius omnino duxit, ex prudentum etiam, sapientissimorumque virorum consilio, pro Dioecesis ejusdem bono Forocorneliensem Episcopatum nequaquam abdicare, donec pacatis turbis opportunior sese offerret occasio. Ne quid tamen ad optimum Ecclesiae illius regimen deesset, Thaddaeum a Vulpe, qui Praepositus, et prima Cathedralis Templi Dignitas, idemque et Praesul domesticus, et Vicarius jam generalis, quique praeterea cum nobili loco natus, tum etiam doctrina, morumque sanctitate probatissimus, hunc, inquam, ipsum Apostolica auctoritate Provicarii generalis munere honestavit.

Instituti ratio non patitur, ut singula quaeque gravissima, atque acerbissima hic referamus, quae postmodum PIUS VII. tum in Urbe, tum praesertim Pontificia ditione spoliatus, et hac, illac captivus traductus perferre debuit: nos enim non quid Pontifex Max., sed tantummodo quid Forocorneliensis Episcopus egerit, commemoremus oportet. Dicimus tamen, tot inter angustias, molestiasque Dioecesis curam semper suscepisse. Nam et frequentes dedit litteras, et nihil, gravioris praesertim momenti, nisi eo prius consulto, et approbante, statuebatur. Cum vero vita decessisset commemoratus Thaddaeus a Vulpe, statim ei suffecit Lucam a Carretto Mancurtium Cathedralis Templi Canonicum, virum et ipsum pietate sane commendabilem, quo etiam denato, Provicarii generalis munus demandavit Carolo Montio Parocho, et dein ejusdem Templi Canonico, quem postea ad Sarsinatem, inde vero ad Calliensem Cathedram evexit, quam nunc multa cum laude obtinet.

At christianae reipublice pace tandem aliquando restituta, PIUS VII. parta libertate, cum Urbem repeteret anno MDCCCXIV., Forum Cornelii divertit IV. Non. Apriles, quamvis invitis, ac repugnantibus potentioribus nonnullis,

ibique per duodecim continentes dies fuit commoratus. Hoc temporis intervallo Paschalia ibidem festa egit, et ipso Paschatis die una cum tribus Episcopis, praeter tot alios amplissimos Praesules, sacris adfuit solemnibus, quibus in Cathedrali Templo operatus fuit Franciscus Bertazzolius Archiepiscopus Edessae, et a piis Sacratissimi Principis largitionibus, idemque Liberianae Basilicae Canonicus, et assiduus totius itineris comes, dum Pontifex ipse Maximus a captivitate in Urbem remigravit. Hinc porro PIUS idem Pontificali habitu ornatus pedibus confecit iter ad publicas urbis aedes, e quibus salutari precatione frequentissimum lustravit populum, qui illuc undique confluxerat. Cujus quidem rei ne debita umquam excideret recordatio, Forocorneliensis Magistratus in aula maxima earumdem aedium marmoreum lapidem poni jusserunt, ubi inscriptum:

MEMORIAE . AETERNAE
QVOD
PIVS . VII . PONT . MAX.
IDEMQVE . CORNELIENSIS . EPISCOPVS
FIRMITVDINE . ANIMI . IN . RELIGIONIS . TVITIONE
NEMINI . SECVNDVS
E . GALLIA . REDVX
FORVM . CORNELII . INCOLVMIS . ADVENERIT
IV . NONAS . APRILES . ANNO . MDCCCXIV
HICQVE . PLVRES . CONSEDERIT . DIES
QVODQVE
VI . IDVS . FESTO . PASCHAE
AD . VNICI . ERGA . CORNELIENSES . SVOS
AMORIS . SIGNIFICATIONEM
HANC . CVRIAM . LIBEROS . INGRESSVS
DE . PODIO . INCOLAS . ADVENASQVE . CONFERTISSIMOS
OPE . NVMINIS . IMPLORATA
SOLEMNIBVS . CAEREMONIIS . EXPIAVERIT
ET . MVNICIPII . DECVRIONES
CAETEROSQVE . TAM . CIVILES . QVAM . FORENSES
MAGISTRATVS
AD . BEATORVM . PEDVM . OSCVLVM
INDVLGENTISSIME . ADMISERIT.

PIUS vero VII. Foro Cornelii discessurus XVII. Kal. Majas ut aliquid sui amoris ac perpetuae benevolentiae argumentum Forocorneliensibus relinqueret, non levem pecuniae vim Parochis omnibus tradidit pauperibus dispertiendam, ac postea argenteum numisma cudi voluit, quod Pontificis praeferebat effigiem, et alia ex parte Pontificalem Cathedram cum Spiritu Sancto, et duobus excubitoribus cujus inscriptio: PIVS VII. P. M. AN. XV. URBI ET ORBI RESTITVTVS subscriptio autem: FIDES ET CVSTODIA MILITVM CAESEN. ET FOROCORNEL. (1); atque hoc numismate singulos quisque muneratus fuit Forocornelienses, et Caesenates, qui honoris caussa tamquam corporis custodes excubias ei egerant, dum in eorum urbibus substitit, quique etiam in itinere eum comitati fuerunt. Carolus porro Montius, quem supra jam commemoravimus, ut tot rerum eventus posteritati mandaret, monumentum e marmore in nobili Episcopalium aedium procaetone Pontifici Maximo statuendum curavit hisce verbis:

ANNO . MDCCCXIIII.
PIVS . VII . PONTIFEX . MAXIMVS
SOLATOR . POPVLI . CHRISTIANI
PROPVGNATOR . LEGVM . SANCTISSIMARVM
POST . INGENTES . AERVMNAS . ANIMO . INVICTO . EXANTLATAS
E . CAPTIVITATE . GALLICA . AD . REGNVM DIVINITVS . DEDVCTVS
ECCLESIAM . FOROCORNELIENSEM . SEDEM . VETEREM . HONORIS . SVI
QVAM . AD . PONTIFICATVM . MAXIMVM . EVECTVS . SIBI . ADSERVIT
A . IIII . N . APRIL . AD . XVII . KAL . MAIAS . HISCE . IN . AEDIBVS . COMMORATVS
DIVTVRNO . DESIDERIO . TABESCENTEM . PRAESENTIA . AVSPICATISS . EREXIT
CVIVS . REI . FAVSTITATEM
CAROLVS . MONTIVS . CANONICVS
VICEM . SACRAM . EX . AVCTORITATE . EIVS . EXPLENS
AVCTVS . OMNI . INDVLGENTIA . ET . BENIGNITATE . PATRIS . BEATISSIMI
MARMORI . INSCRIPTAM . POSTERIS . COMMENDANDAM . CVRAVIT.

(1) Numismatis typum reperies in calce operis.

Romam igitur redux, simul atque intellexit, sibi per tempus licere, quod jam ab initio mente cogitaverat, Antonium Rusconium tot publicis muneribus optime, integreque defunctum, in Patrum Cardinalium Collegium cooptavit, et Forocorneliensem constituit Episcopum, quem deinde idem ipse inauguravit, virum omnino dignum, qui ei succederet. Ut autem amoris, ac benevolentiae significationes, quas posset, maximas vel in ipsa Episcopatus abdicatione Forocorneliensibus omnibus praeberet, litteras jam antea ad eumdem Rusconium dederat, in quibus eum docebat, quid de pecunia fieri vellet, quae vel praesens, vel exigenda, quaeque summam complebat nummorum argenteorum amplius triginta sex mille. Haec pecuniae vis ea profecto erat, quam elargiri omnibus non potuerat, uti antea semper consueverat, eo temporis spatio, quo in captivitatem fuerat abductus. Jussit igitur eidem Rusconio, ut partim aliquibus remitteret, qui nondum solverant; partim occuparet in bonis, ex quibus pro redituum ratione numero plures, vel pauciores egentes Clerici in Seminario alerentur; partim impenderet ad Forum, et circumjectas vias, quae lapidibus constructae multo commodiorem, saeva praesertim hieme, ad Cathedrale Templum praeberet accessum; partim erogaret in pauperes, tum etiam in egentium puellarum dotem, et in Cathedralis Templi ornatum, atque ad alios pios, honestosque usus, nihil ut omnino superesset.

Jam porro Episcopatum abdicaturus, diploma dedit VI. Non. Martias anno MDCCCXVI. ad Canonicorum Collegium Templi Cathedralis, in quo certiores eos fecit de Episcopatus abdicatione, simul pollicitus, eorum memoriam se numquam, quoad vixerit, amissurum, eosque monuit, ut eorum muniis rite semper fungerentur. Neque eo contentus, singulari altero diplomate Canonicis eisdem facultatem dedit, ut diebus festis solemnioribus sacra trabea, et mithra uti possent, duae vero primae Dignitates Praesulum etiam insignia gestare. Postremo ut beneficia beneficiis cumularet, dono dedit eidem Cathedrali Templo, primo quidem quatuor calices argenteos tres, et unum aureum, gemmisque distinctum, omnes affabre elaboratos; deinde vero Lipsano-

thecam sacris ornatam reliquiis, urnaeque speciem referentem, quae duobus suffulta puerulis satis amplae adhaeret basi, in cujus fronte prostypa eminet Christi Jesu e Cruce refixi effigies duobus cum Angelis, quae omnia non solido solum ex argento, eoque etiam ex parte deaurato, verùm etiam tam eleganti artificio efficta, ut nihil magis. Haud igitur dubitandum, quin Forocornelienses universi, et maxime Canonicorum Ordo preces fundant, vota suscipiant pro Sacratissimi Principis incolumitate, cujus certe memoria eorum animis infixa perpetuo manebit.

DE PIO VII.

PONTIFICE MAXIMO

IN URBEM REDUCE

IX. KALENDAS JUNIAS AN. MDCCCXIV.

ORATIO

HABITA IN COLLEGIO ROMANO

A DOMINICO ANTONIO MARSELLA.

ORATIO.

Quod quinque jam prope per annos tam vehementer optabamus, et quod unum votis omnibus, ac precibus ab Deo petebamus, ut Pontifex Maximus PIUS VII. ab hac sua Sede divulsus, atque in exteras traductus terras, pristina recuperata libertate, in Urbem remigraret; id non humano certe consilio, sed insigni quodam, et singulari Dei ipsius beneficio oblatum, atque datum nobis esse tamdem aliquando perspicimus (1). Quo quidem quid nobis omnibus jucundius? quid huic urbi opportunius? quid porro universae christianae reipublicae praestabilius poterat evenire? Neque enim tot, tantisque hujusce urbis mali, neque tam miseris, et afflictis christianae reipublicae rebus remedium vel praesentius, vel salutarius afferri posse videbatur, quam ut, quem Pontificem vere Maximum, pietatis adsertorem, religionis vindicem, et sacrorum omnium custodem vigilantissimum, patrem simul amantissimum jam ante suspeximus; hunc eumdem modo tot pro re christiana laboribus, curisque pene confectum, tot defunctum periculis, tot perpessum incommoda, longe maxima cum gloria, et virtutum omnium opinione reducem, et sospitem susciperemus. Voti igitur facti compotes, praeter etiam exspectationem, et modum, quas gratias Deo omnes et agere, et habere debemus? qua laetitia exsultare? quibus laudibus efferre, quibus studiis prosequi Pontificem amplissimum, Principem optimum, ut tam felicem, tam faustum, tamque salutarem ejus in Urbem reditum, quanta maxima possumus, observantiae, et grati animi significatione celebremus?

Jam porro in eo gaudio, quod ex hoc PII VII. reditu ad o-

(1) PIUS VII. equitum turma stipatus, ingenti cum omnium dolore, et luctu, ex Urbe abductus fuit ad horam septimam antemeridianam pridie nonas Quinctil. an. MDCCCIX: incolumis vero Urbem ipsam revisit, et diuturnum civium omnium desiderium explevit adventu jucundissimo hora ferme quarta pomeridiana IX. kal. Jun. an. MDCCCXIV.

mnes jam pervenit, in communi ordinum omnium gratulatione, atque in tam magna, multiplicique laudationum aemulatione, num nostra quoque vox non prodiret testis voluntatis, et officii, neque aliqua saltem minime obscura significatio exstaret, intelligi ut facile posset, quanta nos etiam animi voluptate perfundimur, quam alacres in tanto Pontifice colendo inveniamur, et de Principis sanctissimi incolumitate, et reditu quam ex animo laetemur? Minime quidem: quin immo multo ante, si licuisset, testatum relinquere exoptabamus, quid sentiremus, et in ejus laudes effundi, in quo vulgare nihil, nihil commune, sed praeclara omnia, et summa reperiuntur. At erumpat tamdem hodierno die ex hoc loco gaudium, quo jam dudum cumulamur: erumpant animorum nostrorum sensus, et motus; atque haec mea vox index sit, et nuntia verissima devotionis, et observantiae nostrae erga Principem praestantissimum et sacratissimum, erga Pontificem de christiana aeque, ac de civili republica meritum quam maxime.

Utinam vero selectus ego ex tot sapientissimis, iisdemque eloquentissimis Gregoriani hujusce Lycei Doctoribus, ut omnium nomine ad dicendum assurgerem, is profecto essem, qui pro rei dignitate, pro vestrum omnium exspectatione, PII VII. meritis tanto muneri sustinendo ex parte saltem par invenirer (1)! Quî tamen id possim in hac mea tenuitate ingenii, dicendi mediocritate, temporis quoque angu-

---

(1) Collegium Romanum dicitur etiam Lyceum Gregorianum ex GREGORIO XIII. Pont. Max., cujus praestantissimi, et munificentissimi Principis liberalitate, et cura e fundamentis fuit excitatum, ingenti sane substructionis mole, atque eleganti, concinnaque partium omnium compositione in frequentissimo, et peropportuno Urbis loco, ut in eo adolescentes nullo delectu, nulla neque ordinis, neque locorum, neque fortunae ratione habita, cum ad bonas artes, severioresque disciplinas, tum in primis ad omnem virtutem, et religionem optime informarentur. Hinc porro, tamquam ex amplissimo ludo, tertio jam vertente saeculo, tot cum doctrina, tum pietate insignes exstitere viri, et quidem plurimi summis honoribus aucti, et vero etiam novem in altissimo Pontificatus gradu collocati, qui omnes non christianae modo, sed civili etiam reipublicae maximo et ornamento, et usui fuerunt. Neque vero minore nunc laude florescit cum diligentia, et industria lectissimorum facultatis cujusque Doctorum, tum maxime cura, et vigilantia trium Eñorum Patrum, JULII MARIAE Episcopi Tusculani Cardinalis DE SOMALIA, LAURENTII Episcopi Sabini Cardinalis LITTAE, et Cardinalis BARTHOLOMAEI PACCAE, quorum primus rei christianae, alter litterariae, postremus vero pecuniariae, et domesticae, pro sua quisque parte, optime praesunt.

stiis? praesertim cum res ab PIO VII. gestae, eae maxime, quae ad christianam, civilemque rempublicam pertinent, tot, tam magnae, tam longe, lateque pervulgatae, atque omnium sint usurpatae sermonibus, ut cum magnitudine, et copia oratorem plane obruunt, tum vero nihil admodum ei relinquunt, quod vel novum, vel cuiquam inauditum possit afferre. Quamquam, ut vere fatear, dum haec omnia mentem, animumque sollicitant, et vehementer angunt, ea me interea cogitatio recreat, et aliquantulum reficit, quod hae ipsae PII VII. res gestae oratoris voce parum, aut nihil etiam indigeant, ut quamvis ineleganter, leviterque perstrictae, nemini umquam uni non pergratae, perque jucundae modo sint, neque aeternum futurae. Ita si eas vel breviter dicendo persequar, et numerando commemorem, sperare utique mihi posse videor fore, ut haec mea, qualiscumque tamdem, oratio neque clarissimi Pontificis laudibus indigna, neque amplissimo hoc loco, conventuque aliena, neque vestris auribus ingrata omnino videatur.

Itaque dicturus de PII. VII. gestis, tacitus, quamvis invite, praeteream, qua morum innocentia, qua sui ipsius despicatione, qua doctrinarum omnium, sacrarum praesertim laude, qua religiosa vivendi disciplina, qua denique virtutis cujusque maturitate jam emicuerit PIUS, cum sacra magni BENEDICTI instituta professus, per plures annos intra Monasterii claustra privatam, asbconditamque in Christo vitam traduxit (1). Nihil porro dicam, ab PIO VI., justo rerum

(1) PIUS VII. natus est Caesenae XIX. kal. Sept. an. MDCCXLII., et sacro fonte ablutus BARNABAS NICOLAUS MARIA ALOISIUS appellatus est. Parentes habuit *Comitem* SCIPIONEM CLARAMONTIUM, et JOANNAM CORONATAM *ex Marchionibus* GHINIIS, qui ambo et nobilitate generis, et virtutum laude spectatissimi. Et Familia quidem CLARAMONTIA multiplex proavis, inter antiquiores, et nobiliores non Caesenates modo, sed et aliarum plurium urbium Familias recensetur. Ex quam plurimis, quos facile possem, clarissimis, probatissimisque majoribus, duos hic tantum satis erit commemorasse, qui de patria, deque re litteraria praeclare admodum meriti. SCIPIO enim CLARAMONTIUS Philosophicis, Mathematicisque disciplinis egregie eruditus, summis patriae honoribus perfunctus fuit, et saepius etiam ab suis civibus Romam missus, qui publicas res procuraret. Uxore demortua, sacris Ordinibus fuit initiatus, obiitque diem suum v. non. Octobr. an. MDCLII. aet. octogesimo septimo. Non pauca in patriam amoris, et munificentiae monumenta reliquit, et complura etiam edidit opera, quae singula recenset P. Nieeronus in opere: *Memoires pour servir á l'histoire des hommes illustres dans la Republique*

aestimatore, et virtutis judice aequissimo, cum in adspectum, lucemque fuisset vocatus, et Tiburtinus primum, Fori deinde Cornelii Pontifex renuntiatus, omni studio, omnique labore in id unum potissimum incubuisse, ut vigilantia Pastor, amore autem Parens, oves suae fidei creditas ad salutaria pascua deduceret; ut excubaret solerter, ne quis lupus in ovile subreperet, ovesque mactaret, et perderet; ut rationum suarum omnino oblitus, aliorum vero quam maxime memor, qua re, qua verbis, qua exemplo omnes *Christo lucrifaceret*, atque adeo *factus forma gregis ex animo*, respondere aliquando Pastorum Principi confidenter posset: *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam* (1). Mittam denique, quod ab eodem PIO VI., cujus grata semper, et jucunda recordatio, in amplissimum Purpuratorum Patrum

---

des Lettres. Tom. XXX. Alter vero SIMEON CLARAMONTIUS hujus filius, qui Caesenatem historiam a patre editam, et a quibusdam improbatam, suscepit defendendam opere *Caesena triumphans*. Sed morte praereptus, (nam anno septimo ab patris interitu jam vita defunctus,) rem perficere non potuit: opus tamen vulgandum curavit Archangelus Gentillus. Videbis Joannem Georgium Graevium in *Thesauro antiquitatum, et historiarum Italiae, Tom. VII. part. 2.*

Comitissa vero JOANNA CORONATA GHINIA, cum vir ejus obiisset, commutato sibi nomine, et *Soror* MARIA THERESIA JESU in posterum nuncupata, religiosam vitae disciplinam Carmelitarum excalceatarum amplexa est Fani in Monasterio sanctae THERESIAE; ibique a vita excessit x. kal. Decembr. an. MDCCLXXIII. aet. sexagesimo, nec sine magna opinione virtutis. BARNABAS autem sexdecim vix annos natus, GREGORII nomine sibi adsumpto, ad sacram magni BENEDICTI Familiam se aggregavit, Caesenae in Monasterio sanctae MARIAE. cui nomen a *monte*. Cum vero, tirocinio exacto, in Theologicas disciplinas, atque in Pontificii juris scientiam tres annos in Monasterio sancti PAULLI hic extra Urbem vehementer incubuisset, praeclarissimum ingenii, et doctrinae specimen dedit in aede sancti CALLISTI, ubi in frequentissima amplissimorum virorum corona spatiosas, atque uberes ad exercitationem sacrarum disciplinarum theses summa cum laude plane propugnavit. Post quae primum Parmae in Monasterio sancti JOANNIS EVANGELISTAE, deinde Romae in eodem ipso Monasterio sancti PAULLI Philosophiam, atque hic ibidem postea novem per continentes annos Theologiam ac Pontificium jus ejusdem suae religiosae Familiae alumnos egregie docuit. Postremo *Prioris*, tum quoque *Abbatis* munere fuit honestatus.

Hyacinthus porro *Ignatius* Cathedralis Templi Caesenatis Archidiaconus, vir non modo probitate morum, verum etiam doctrinae laude perinsignis, Carmen *de majorum suorum laudibus* cum necessariis enarrationibus ad calcem rejectis Caesenae evulgavit anno MDCCLXXXVI., illudque germano fratri Cardinali tunc Claramontio Forocorneliensi Episcopo, nunc vero Pontifici Max. PIO VII. inscripsit, in quo quidem cum latinae linguae leporem, et venustatem, tum etiam quidquid ad Claramontiae Familiae cognitionem, et decus pertinet omnino reperies. Carmen idem italico, eodemque nitidissimo versu reddidit Joseph Antonius Aldinius humaniorum litterarum in Caesenati Academia doctor egregius.

(1) Scilicet XVII. kal Jan. an MDCCLXXXII. Tiburtinus; Fori vero Cornelii Pontifex fuit renuntiatus XVI. kal. Mart. an. MDCCLXXXV., atque hoc ipso die ex suis virtutibus inter Patres Cardinales adlectus.

Collegium adscitus, de inito vitae instituto nihil admodum remiserit, nihilque spectarit aliud, nisi ut tamquam *lucerna ardens, et lucens* magis, magisque in templo Dei undique refulgeret; et cum doctrinae, et virtutis laude omnibus esset probatissimus, tum vero etiam cuique semper carissimus ea animi lenitate, morum suavitate, quae ab ipsa hausta natura ejus propria, ac perpetua visa est. Praeter quam quod enim longius multo, quam per tempus licet, oratio excurreret, si haec, aliaque sane multa, non dicam exornare, sed singula quaeque vel dicendo commemorare vellem, tum etiam quamvis eximia, et praeclara, longe tamen pulcherrima, et maxima, neque ullo modo cum his comparanda ea sunt, quae in summum hoc dignitatis, atque auctoritatis fastigium evectus pro rei christianae bono tam providenter, tam recte, tamque constanter agenda, sustinenda curavit PIUS. Hinc enim, tamquam ex proprio, perennique fonte, ingens illa gloriae amplitudo, et nominis celebritas sua veluti sponte profluit, quam PIUS ex tot, tantisque suis in christianam, et in civilem quoque rempublicam meritis cum antea, tum praesertim exsul, et custodiis circumclusus omni jure sibi comparavit; redux vero ita auxit, cumulavit, ut immensum quiddam, ac prope infinitum esse videatur.

Et certe ubi arcano divinae Providentiae consilio, summo Patrum Cardinalium consensu, probantibus, et plaudentibus omnibus, uno tamen invito, et reluctante PIO, in Pontificia amplitudine, et specula fuit collocatus; statim universum, qua late patet, christianum orbem animo, et cogitatione complexus, id unum sibi proposuit, idque unum fixum semper, statutumque sibi esse voluit, ut quantum et curis, et laboribus, et vigiliis, et sumptibus, et quoquo alio demum modo eniti, atque efficere posset, nihil omnino praetermitteret, quod non ad christianae modo, sed ad civilis etiam reipublicae rationes maxime pertineret (1). Vi-

(1) Id maximo rei christianae bono divinitus datum pridie id. Mart. an. MCCC, quo die, mirantibus, et laetantibus omnibus, in PII VI. locum fuit suffectus Venetiis in Monasterio Monachorum sancti BENEDICTI, cui nomen sanctus GEORGIUS *maximus*, quo Patres Cardinales post tot miserrimas, et luctuosissimas rerum vices ad sacra Comitia undique convenerant.

debat porro alta, ac sane provida PII VII. mens, iis se asperrimis, ac difficillimis temporibus ad christianae totius reipublicae gubernacula accessisse, cum Ecclesiae navis, etsi ex maximis emersa fluctibus, quibus adhuc fuerat jactata, haud ita tamen in tuto erat collocata, ut ingruentes alias, multoque etiam graviores non prospiceret procellas, neque pertimesceret tempestates. Quamquam enim proscripta jam, atque exterminata videbantur tot opinionum portenta, tot omnigenûm scelerum monstra, quae ex latebris, ac tenebris, maxime vero ex voluptuaria, et molli Diagorae, atque Epicuri disciplina erupta, superiore praecipitante saeculo, caput altius extollere, latius in dies serpere, et licentius debacchari non dubitaverant, ut jura omnia et divina et humana, perverterent, ac religionem, si fieri posset, usquequaque tollerent (1); num tamen omnia usque eo mutata, composita, atque ad pristinum sta-

---

(1) Quae superiore labente saeculo homines quidam, pro rei christianae bono nimium multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci, per vim, et dolum in Galliis perficere aggressi sunt, notiora quidem, quam ut ea commemorare oporteat, sunt autem acerbiora, quam ut non refugiat animus, eaque vel meminisse non reformidet. Nempe legitimi cujusque imperii intolerantia, maxime vero acerrimum in catholicam religionem odium horum hominum mentes adeo invaserat, dici ut rectissime posset, quod *Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis*, et *errarunt in omni opere suo, sicut ebrius, et vomens*. Neque enim *transgressi* modo *sunt leges*, *mutaverunt jus*, *dissipaverunt foedus sempiternum*, *libertatem promittentes*, *cum ipsi servi essent corruptionis*, verum etiam *interfecerunt virum innoxium in domo sua*, *Regem patrem suum*, et tot praeterea alios integerrimos viros vel generis nobilitate, vel virtutis, et pietatis laude, vel dignitatis amplitudine spectatissimos. Sed *excidat illa dies aevo, nec postera credant saecula!* Gallia tamen si maxime doluit, laetari etiam jure debet, quippe *felix prole virûm*, qui passi tam acerba *propter justitiam*, *omnes caelicolae*, *omnes supera alta tenentes*. Si quis autem haec omnia recognoscere, vel potius nosse penitus velit, adeat, qui hac de re fuse agunt, et ex ceteris Barruelium, cujus historiam Cleri in Gallicano tumultu in etruscum sermonem vertit, et pluribus peropportunis annotationibus inspersit, additamentis auxit JULIUS ALVISINIUS Fori nunc Sempronii Episcopus, quem non honoris solum, sed et veteris amicitiae caussa nominatum hic volo.

Animadvertisse tamen licest, tam exitialis, et tam longe, lateque manantis incendii semina non aliunde excitata, nisi ex iis opinionum portentis, novorumque dogmatum monstris, quae recens quaedam Philosophorum natio, tam captiosa, et audax, quam infestissima non catholicae modo, sed cuiquam etiam religioni, diu jam commentata, et meditata, in vulgus aliquando prodere, ac disseminare haud dubitavit. Nimirum isti, architectis, ac ducibus cum Lemani lacus Diogene, tum praesertim Hercule illo litterario, vel potius Ferneyensi Encelado, coelum ipsum stultitia petere, ac Deum inde detrudere aggressi sunt, ut jura quaeque divina, et humana ex eorum voluntate dissolverent. *Hoc fonte derivata clades in patriam, populumque fluxit*. Nam qui Thebani fratres in ceteris, in hoc tamen uno scelerum foedere inter se, et nefaria societate conjuncti, quae vel Diagoras, vel Epicurus, vel quisquis alius ex hoc eodem grege olim vigilans somniaverat, ea omnia in suos isti usus, Aesopeae instar corniculae, derivarunt;

tum, veteremque rationem revocata, nihil ut neque timoris, neque sollicitudinis, neque periculi in posterum facesserent? Novus scilicet rerum ordo, nova quaedam regiminis species, et forma, ut discussa ex parte caligine, lux quaedam oborta videretur praenuntia tranquillitatis, et pacis. At eadem tamen ipsa tum opinandi, tum typis excudendi libertas; ea-

---

quin immo commenta commentis, deliramenta deliramentis cumulantes, magis, magisque comprobarunt, quam vere dixerit jam Tullius, *nihil tam absurde dici posse, quod non dicatur ab aliquo Philosophorum*. Hinc porro rapsodiae, epitomae, centones, catinnculae, fabulares historiae, aliaque ejusdem rationis quam plurima, in primis vero monstrum illud horrendum, informe, ingens, quod tamquam doctrinarum omnium armamentarium commenti sunt. Jam vero quae nativis expressa coloribus, suisque visa formis, cum tamquam Cyclopea monstra primo adspectu fuissent rejecta, idcirco subdoli isti, ac peritissimi scelerum artifices, quo facilius allicerent, et improvidos, atque imperitos deciperent, et in fraudem inducerent, singula quaeque omnibus eloquentiae pigmentis, et calamistris fucarunt, ut sub virentibus herbis letifer lateret anguis, et luteas inter violas *miseros fallerent aconita legentes*. Atque hac arte non ita paucos nacti satellites, et ministros, (utinam nec plures etiam Aspasias!) quae jam pridem in tenebris inierant consilia, memoria nostra perficere conati sunt, neque jam ut Platonico ritu, sed ut Ἀθέων omnino rempublicam constituerent. Videlicet ignorabant, qui tamen omnium omnino doctrinarum cyclum se complexos esse profitebantur, ignorabant, inquam, vel ipsos ethnicos homines, eos in primis, qui aliqua sapientiae, et doctrinae laude floruerunt, apertissimis verbis docuisse, *religionem esse fundamentum reipublicae, et omnis humanae societatis fundamentum convellere, qui religionem convellit*; siquidem *religione sublata, omnis humani generis societas dissolvatur, necesse sit*: at vero *sanctam esse civium inter ipsos societatem, Deo immortali interposito, tum judice, tum teste*. Quod enim opportunius quodve praesentius, vel plane potius quodnam aliud satis validum hominum licentiae frenum injicies, ne belluarum more inter se diladientur, atque alii alios jugulent, discerpant, sed ut conjuncti, et consociati sese mutuo adjuvent, publicisque rationibus, pro sua quisque parte, provideant, nisi id praestet religio, quae et Deum existere doceat, eumque si minus in hac, at in altera vita tum recte factis praemia largiturum, tum vero sceleribus debitas poenas omnino irrogaturum? Quid sine hac inania Philosophorum commenta? quid *leges* ipsae *sine moribus vanae proficiunt*? At vero quam cito, et recte homines in officio continet, qui *miserrimus omnes admonet, et magna testatur voce per umbras:*

Discite justitiam moniti, et non temnere Divos!

Et sane Athenienses Protagoram, quod nondum constare dixisset, essent, nec ne Dii, non modo e civitate, sed etiam ab omni eorum ditione expulerunt, ejusque libros publice cremari jusserunt. Cum vero Diagoras ulterius progressus, Deos esse omnino negaret, et iccirco ἄθεος dictus, ubi in judicium vocatus judicum severitatem fuga declinavit, ejus vitam praemiis addixerunt. Neque Theodorus Cyreneosis, qui eadem sentiebat, meritas poenas effugisset, nisi Demetrii Phalerei summa auctoritas, et gratia intervenisset. Romae porro L. Petilius Praetor Urbanus, ex auctoritate Senatus, per victimarios, igne facto, in conspectu populi cremavit graecos quosdam libros, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabantur. Adeo sapientes illi viri, et in publicis rebus administrandis providentissimi, ex ordine, et e republica esse putabant, quod ait Plato: „In republica bene morata nequaquam tolerandae vel disputationes ipsae contra Deum, et ejus providentiam: mala enim est consuetudo contra Deum disputandi, sive id ex animo fiat, siva simulate.„ (*Lib. I. de Leg.*) Verum Samii senis scitis, quibus sapientiare consilio aqua, et igni fuerat antea interdictum, veluti postliminio revocatis, benignoque vultu exceptis, et vero etiam civitate

dem libellorum peccare docentium colluvies; eadem in Cecropium senem, aliosque ejusdem farinae homines voluntas; eadem scelerum impunitas, quidlibet audendi licentia, virtutis insectatio; tum quoque et multiplices abnormium legum tabulae fixae, atque refixae, et vaga, atque incerta connubia, et, ut alia complura praeteream, sacra quaeque ver-

---

donatis, mores deteriores increbuerunt, quo tum Atheniensis, tum Romana ipsa respublica a pristina famae celebritate, atque auctoritate dejectae tandem prostratae omnino conciderunt. *Dî multa neglecti dederunt Hesperiae mala luctuosae.*

Quid vero ethnici illi iidem homines, si modo, dispulsis inscitiae tenebris, atque in tanta enim humanarum, tum etiam divinarum rerum luce, unum aliquem ex recentium nostrorum Philosophorum grege viderent, eo audaciae, dementiaeque devenire, ut Aristippeo pallio, *Stoica* gravitate, Cynica vero impudentia, Deum vel omnino ejuret, vel feriatum confingat cessatione torpere, animam vero hominis neque quid corporis expers, neque quidquam omnino post mortem sentire opinetur? Nonne hunc ipsum hominem, qui ita sentiret, omnis humanae societatis pestem esse, ac perniciem statim edicerent, atque adeo eliminandum? Quid enim hoc dementius? quid magis impium? quid contra ipsam rationem magis repugnans? Horatius scilicet ipse, qui se *Epicuri de grege porcum* palam profitebatur, nonne *prope funeratus arboris ictu*, simul scelerum conscientia non leviter tum perterritus, haud potuit, quin exclamaret: *Quam pene furvae regna Proserpinae, et judicantem vidimus Aeacum, sedesque discretas piorum?* Utique suprema cum venerit hora, tum quia *Deus*, tum *hominem esse se meminit. Nam verae voces tum demum pectore ab imo ejiciuntur, et eripitur persona, manet res.* Et quidem non unus tantum, aut alter ex hac nefaria recentium Philosophorum officina, qui *distulit in seram commissa piacula mortem*, tunc parvo discrimine leti, dolenter exclamavit: *Dî, prohibete minas! Dî, talem avertite casum!* At non ita raro evenisse vidimus, quod *oculis errantibus alto quaesivit caelo lucem, ingemuitque reperta.* Utinam vero, si qui adhuc forte sint, asseclae, vel potius servum pecus istorum hominum, qui ex Augiae hara erupti tam nova, tam monstrosa opinandi, vivendique dogmata aetate nostra confinxerunt, et idcirco digni, qui urgeantur ignoti nocte longa, utinam, inquam, vel ipsa ratione, rerumque experientia magistra, ac duce, mutent aliquando mentem, neque ament diutius in sole caligare! *Fortunati, sua si bona norint!*

Vide, quaeso, quid de hac teterrima recentium librorum colluvie disserant Episcopi Conventus Cleri Gallicani an. MDCCLXV; quid deinde tam sapienter, recteque moneant, doceant tres Pont. Max. CLEMENS XIII. in Epistola encyclica ad omnes Episcopos VIII kal. Decembr. an. MDCCLXVI., CLEMENS XIV. in Epistola data ad Galliarum Regem an. MDCCLXX., et tandem PIUS VI., vix ut totius christianae reipublicae regimen iniit, in suis Litteris ad omnes Episcopos, ut venenatos hujusmodi libros, tam gratos palato, quam animarum saluti infestos, ab christiano grege avertendos, extorquendos curarent.

Neque vero minus reipublicae interest, ut eorum etiam Scriptorum opera improbentur, abigantur, tollantur, quae ad mores depravandos non minimum valent. Quid enim boni sperandum, vel potius quid mali publicis, privatisque rationibus non omni jure timendum, ubi cives ab recta morum honestate, atque ab aequi, bonique norma desciscentes, omne nefas animo moliuntur, vivuntque *ut canis immundus, vel amica luto sus*? Profecto si veteres, recentesque fastos consulas, plane reperies vel ipsas florentissimas respublicas, et maxima regna, emollitis, corruptisque moribus ex Hipponacteis, vel Sotadicis, et Milesiis carminibus, aut ex Sybariticis libellis, paullatim labefactata, tandem funditus fuisse eversa. Atque haec eadem opera eo etiam perniciosiora, quo majore suaviloquentia, et carminis dulcedine res per se jam turpes, ac nefandas conglutinatas exhibent. Lacedemonii, teste Plutarco, non recipiebant Poetas, *qui blanda scri-*

bis quidem commendata, re autem contempta, ac penitus despecta, quae omnia cum bene instituta, ac bene morata societate nequaquam congruunt, ab morum vero honestate, et religione omnino dissentiunt (1).

---

berent potius, quam salubria; et, referente Valerio Maximo, *Archilochi poetae libros e civitate exportari jusserunt, quod eorum parum verecundam, ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset*. „Recte igitur, inquit Tullius, Poetae a Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille: est enim gravissimum, ait Plato, quod „ probos quoque viros malus Poeta possit corrumpere." Qua ex re praeclare admodum non de christiana solum, verum etiam de civili republica meriti ii sunt, qui veterum auctorum, Poetarum praesertim, scripta ab omni omnino foeditate expurganda curarunt, ne adolescentes dum ex iis sermonis elegantiam, ac leporem addiscunt, Circaea interim hauriant pocula, quibus tenerae eorum mentes, et cerei animi vitiis prius imbuantur, quam ad virtutem, et religionem informentur. Et quidem *quo semel est imbuta recens, servabit odor in testa diu*. Quam egregiam porro, et quam salutarem operam navarent etiam ii, qui ingenio, et doctrina pollent, si ex recentibus, et nostratibus auctoribus, maxime Poetis, qui quidem tamquam nescio quae artis specimina, et linguae canonea vulgo habentur, ea omnia expungere aggrederentur, quae tam turpia, tam foeda, tam inhonesta in iis occurrunt, quaeque vel ipsas non admodum integras, castasque aures onerant, laedunt, ut inoffenso pede perlegi omnino possent. Sunt tamen ex iis, qui non repurgandi, sed in ignem conjiciendi; adeo *saevam exhalant* ubique *mephitim!* Si quis plura hac de re desideret, adeat P. Nicolaum Jamnium: *Traité de la lecture chrétienne*; opus, cui titulus: *Del leggere libri di Metafisica, e divertimento trattati due*; P. Josephum Juvencium: *De ratione discendi, et docendi*; aliosque complures.

(1) Praeter alia, quae ab morum honestate, atque a divinis, humanisque legibus omnino aliena reperiuntur in recenti legum Codice, qui in Gallicano imperio nuper everso vigebat, illud sane gravius, quod maritale conjugium tamquam civilis dumtaxat pactio exhibeatur, prorsus ut ubi coram civili Magistratu fuerit concelebratum, statim ratum, legitimumque habendum sit. Neque id satis: illud etiam, quod pluribus de caussis, et iis futilibus, atque ineptissimis, virum inter, et uxorem fieri possit divortium, nempe illud, quo conjuges ambo omni omnino maritali vinculo dissoluti, liberi legitimeque alias inire queant nuptias. Quae quidem quantum ab divinis legibus abhorreant, neque ii scilicet ignorant, qui fidei elementis vel levissime imbuti. Nam maritalis conventio ad Sacramenti rationem a Christo Domino evecta, neque, nisi coram legitimo sacrorum Ministro, celebrari, neque, nisi alterius conjugis morte, dissolvi potest. Quid, si divortium vel ipsi naturali divino juri omnino repugnat? Atqui id cum ob alias caussas, tum praesertim quia obest vel maxime proli alendae, educandaeque, quod hac in re potissimum, et gravissimum, quidquid adstruere conentur recentes quidam Scriptores, qui fusiore fortasse, quam par est, calamo de jure naturali disserendum susceperunt. Sane apud veteres Quirites, etsi ex eorum legibus, et institutis divortium fieri poterat, non prius tamen, quam anno circiter ab urbe condita DXXI. id fieri coeptum est; et qui primus Sp. Carvilius Ruga perfecit, publicam ignominiae notam tam non potuit effugere. Ceterum moribus deinceps in pejus ruentibus, divortia vulgo invaluerunt. *Fecunda culpae Saecula nuptias primum inquinavere, et genus, et domos.*

Codici attextae leges *organicae* appellatae. Ex his, inter alia, tum eorum omnium, qui in Ecclesiae castris militant, tum etiam sacrorum locorum, bonorumque propria immunitas non leviter imminuitur, vel potius aufertur. Atqui vel ab ipsa ratione docemur, sacrorum Administris, et rebus etiam, locisque Deo dicatis honorem, cultum, immunitates, et privilegia quaedam tribuenda. Gentes ipsae ab omni antiquitate, tametsi commentitiorum Numinum erroribus imbutae, nonne tamen haec et intellexerunt, et religiosis-

Itaque PIUS, qui non ea solum ingenii vi, et providentia, qua nihil eum fugere possit, sed ea etiam officii religione, qua vel minima quaeque sibi diligentissime vigilanda, et praecavenda existimet, quid, quaeso, inausum, quidve intentatum, quantum quidem in ipso erat, reliquit, ut conjuratos quosdam, et male in religionem animatos homines ad officium revocaret, atque omnem mali labem tempestive averteret, ignesque suppositos cineri doloso quam maturrime restingueret? Utinam tamen uti conjectura non aberravit PIUS, sic etiam vel conventis, vel suasionibus, vel precibus, vel religionis denique objecta specie aliquid profecisset! haud erat sane, quod non ita post multo in pejorem partem adeo versa, et mutata vidisses omnia, ut non levia christianae reipublicae vulnera plane obnuntiarent (1).

---

sima servanda curarunt? Penes Aegyptios, quibus *omnigenûm Deûm monstra, et latrator Anubis*, Sacerdotes tamquam alteri a Rege, et sacrorum omnium sequestres, atqua interpretes habebantur, pluribusqua fruebantur privilegiis, at varo atiam eorum bona ab vectigalibus erant immunia. Arae porro, et Deorum templa apud barbaras quasque gentes adeo sancta, ut non leve piaculum foret inde avellera, qui eo confugissent. Quid? quod hac in nova legum latione val ipsi sacrorum Antistites in iis, quae ad religionem, et rem christianam pertinent, ab civilis Megistratus voluntata, et nutu pendere omnino debeant. *Quis talia fando temperet a lacrimis*? Praeter quam quod enim sacrorum catholicae religionis Administri in iis omnibus, quae ad animarum salutem, et ad Ecclesiae regimen pertinent, divina, summaque per se ipsi praediti sunt potestata, nequa ulli umquam civili auctoritati obnoxii, tum vero etiam christiani quique Imperatores, CONSTANTINI exempla sequuti, id semper verbis, et re plane declararunt. Legenda, quae hac super re scriptis mandeta, praesertim quae BASILIUS Imperator disseruit in Synodo Oecumenica VIII. Idem et senserunt, et edixerunt Galliarum Reges, ut videre quisqua potest in Collectaneis eorum legum ed negotia tum ecclesiastica, tum civilia pertinentium, atque in edicto LUDOVICI XV. dat. IV. id. Sextil. an. MDCCXXXI. Quid mirum igitur, si PIUS VII. pro sua auctoritate, at munere, *organicas* leges partim temperandas, partim abrogandas, *Codicem* vero pluribus in rebus *non modo sacris Canonibus, sed Evangelicis etiam praeceptis contrarium, atque repugnantem* esse denuntiaverit?

(1) PIUS VII., qui vicariam hic in terris ejus gerit operem, qui *Princeps pacis*, in hoc tanto motu, atque in hac tanta rerum perturbatione, nihil umquam neque verbis, nequa factis praetermisit, quod ad pacem componendam pertinsret, nempe eam, quea et citra ullam sui muneris, ac dignitatis offensionem ficret, et christianaa raipublicae bono expediret. In hunc unum exitum spectarunt conventa inita, tot Epistolae jam inde ab id. Novembr. an. MDCCCV. ultro, citroque detae, at acceptae, aliaque quam plurima, ut vel ii, qui caecutiunt, plana dignoscent, PIUM ipsum vel suadendo, vel rogendo, vel obsecrando, vel monendo, vel quaqua alie rationa posset, curasse, ut consiliis praecipites, et devios homines ad officium, et religionis normam, christianam vero rempublicam ad pristinam tranquillitatem, et pacem revocaret.

Id porro est, quod catholici Hiberniae Episcopi universi non noverunt modo, verum etiam aperta, ac palam significandum sibi esse censuerunt. Cum enim vidissent, Scriptorem quemdam maledico dente carpere ausum fuisse, quae PIUS VII. Pont. Max. perfece-

At istiusmodi homines et callidi, et ad fraudem acuti, simul audaces, quique omnia ad eorum arbitrium, et nutum, nihil ad rationis, non modo ad religionis normam exigerent, tantum certe abfuit, ut mutata mente cessarent, aut aliquid de sententia remitterent, quin potius acrius instare, urgere coeperunt, et quae in tenebris inierant consilia, si minus aperte, ac palam, ita tamen per ambages, et diverticula jam perficienda curare, internosci ut facile posset, quo tamdem spectarent. Ad eas enim aerarii angustias, in quas compulerant PIUM tum maxima auri, argentique vi imperata, tum sane ingenti commeatuum copia suppeditata, tum militum qua stationibus, qua itineribus; ad tot alia praeterea incommoda, molestiasque, quibus eum multimodis vexarant, afflixerant, nonne et illud multo gravius, acerbiusque accessit, quod per summam temeritatem, et injuriam contenderent, sua ut PIUS cum ipsis consociaret arma adversus inclytam illam Britannorum nationem, quae quidem consilio, providentia, morum vel humanitate, vel honestate, ac bonarum artium, et disciplinarum, navalis in primis laude per quam insignis, opibus vero, bellica virtu-

---

rat, ut catholicam religionem post turbulentissima reipublicae tempora in Galliis restitueret, hi ipsi amplissimi Hiberniae Episcopi, ut hominis temeritatem, et audaciam pro viribus comprimerent, simul providerent, ne absurdas, falsasque opiniones, quas recens auctor in vulgus edere non dubitaverat, improvidi, atque imperiti imbiberent, conjunctis sententiis Dublini v. non. Quinctil. an. MDCCCIX. publice testati sunt, se quidquid PIUS VI. de Constitutione *civili* nuncupata Cleri Gallicani tam sapienter decreverat, ex animo amplecti, et profiteri, eamque Constitutionem ex Pontificis Max. sententia impiam, nefariam, et ab catholicae religionis dogmatis alienam existimare: PIUM autem VII. tamquam verum, legitimumque PETRI Successorem venerari, habere, eumque ea auctoritate, potestate omnino praeditum esse censere, qua qui in hoc altissimo dignitatis gradu collocatus. Quae porro PIUS idem VII. in Galliis agenda, sanciendа, et componenda curaverat, ea omnia pro rei christianae bono, et citra ullam sui muneris, et aequi, rectique offensionem perfecisse. Denique se numquam praetermisisse, quin multa prece Deum orarent, ut PIUM VII. ex gravissimis curis, summisque acerbitatibus, quibus undique urgebatur, tamdem aliquando levaret. Post haec nonnullas ex eodem vulgato opere excerptas theses proferunt, easque reprobant, et sua quamque censoria virgula notant. Ubi vero acceperunt, PIUM ipsum ab Urbe abductum, et in Gallias traductum, custodiisque perpetuo obseptum, iidem ipsi Hiberniae Episcopi litteris datis ad Patres Cardinales, et ad totius christiani orbis Episcopos ex eorum generali conventu Dublini habito III. kal. Mart. an. MDCCCX., iterum profitentur, se PIUM VII. uti Summum sacrorum catholicae religionis Antistitem habuisse semper, semperque habituros, eique debitam obedientiam praestaturos: si quid tamen ejus nomine per id temporis evulgaretur, se non prius excepturos, quam PIUS ipse in pristinam libertatem restitutus illud ipsum probasset, confirmasset.

te, classibusque quam maxime potens (1)? nonne et alia sane multa accesserunt, quae adumbrata nescio qua recti, publicaeque tranquillitatis specie obtenderent, quaeque ab eodem ipso PIO agenda, sancienda reposcerent, quae tamen ab optimi cujusque Principis, non modo ab Summi sacrorum catholicae religionis Antistitis, fide, aequitate, religione omnino abhorrerent (2)?

Num porro profuit PIO, quod haec omnia pro dignitate, et munere sibi prorsus improbanda, rejicienda praescripsisset, denuntiasset, seque praeterea ad omnem potius eventum paratum praestitisset, quam ab officii religione, ab recto, honestoque tantulum declinare? Immo vere homines isti iidem hoc etiam audentiores facti, quo aegrius, atque iratius ferebant, subdolas eorum artes, et nefarias machinationes ad irritum cecidisse, non per latebras jam solum, et per cuniculos, sed audacius multo, et aperto marte agendum sibi esse statuerunt, ut Pontificiam ditionem qua dolo, qua armorum vi occuparent. Tunc enim omnino sperabant fore, ut PIUS tot incommodis, molestiisque fractus, et vero etiam timore perculsus vel eorum, quibuscumque tamdem, conditionibus acquiesceret, vel potius civilem ejuraret principatum; siquidem *hic labor extremus, longarum haec meta viarum*.

(1) Nemo unus non intelligebat, illustrem Britannorum nationem classibus, maritimisque rebus adeo jam valere, nihil ut par, atque idem ex omni omnium aetatum memoria possit reperiri. Neque enim numero tantummodo, et artificio navium bellicarum, sed etiam scientia Praefectorum classibus, virtute classiariorum, remigum vi, omnique maritimi belli apparatu ita praestans, quam quae maxime. Nunc vero quis, quaeso, non fateatur, terra etiam, terrestribusque praeliis admodum valere cum strennis suorum equitum, peditumque copiis, tum praesertim peritissimis, ac providentissimis exercituum Ducibus, qui quid consilio, quid militari virtute, et scientia possint, satis, superque jam ostenderunt; in primis tamen recens FABIUS Anglus, de quo dici rectissime potest: *Tu maximus ille es, qui nobis cunctando restituis rem*? Immo etiam eo potiore jure, quo diutius, et multo majoribus cum hostium copiis, quae in Hispaniarum provincias jam invaserant, conferre signa debuit: atqui *per obstantes catervas explicuit sua victor arma*. Ex quo profecto nemo non videt, quae verae, meritaeque laudes cum in singulos quosque, qui publicas res administrant, tum maxime in GEORGIUM III. magnae Britanniae Regem, atque in celsissimum, amplissimumque Walliae PRINCIPEM redundent, qui totius Britannici Regni procuratione tam recte, sapienterque nunc fungitur.

(2) Vide Epistolas jam inde ab id. Novembr. an. MDCCCV. a PIO ultro, citroque datas, et acceptas, iisque subjectas notationes, tum etiam alloquia duo ad Patres Cardinales, quae mox commemorabimus, aliaque scripta satis jam vulgata. Ex his enim plane intelliges, quaenam ab Pio perficienda reposcerent, quaeque PIUS ipse pro sua sapientia, et munere perfici abs Se nequaquam posse evidenter ostendit.

Ita quod odium infestissimi catholicae religionis hostes in Romanam Petri Cathedram, atque in Apostolicae Sedis majestatem, amplitudinem, auctoritatem conceptum jamdiu non continuerant modo, verum etiam tot Bioneis sermonibus, et sale nigro in eam undique concitare studuerant, memoria nostra hi penitus effundere, atque explere moliebantur, ea certe opinione, ac mente, nihil umquam, nisi hac labefactata, et eversa, sibi ex sententia eventurum. Scilicet ignorabant, vel potius ignorare simulabant, homines ceteroqui ingenio, ac doctrina pollentes, ut ipsi quidem se profitebantur, Pontificiae ditionis provincias non vi, et sanguine, non dolo, neque fraude, sed partim religiosorum Principum munificentia, et liberalitate, partim ingenti pecuniae summa numeratae, partim etiam voluntaria, ac libera populorum deditione, qui omni omnino ope, et subsidio destituti contra creberrimos barbararum gentium incursus, et miserrimas vastationes sese tueri nequaquam poterant, omni jure fuisse comparatas, quodque aeque gravissimum, tot jam per continentia saecula, vel ipsis annuentibus comprobantibus Principibus, ab catholica religione quamvis alienis civili Romani Pontificis imperio libenter admodum, et pacate paruisse, ut Romanus idem Pontifex vel una vetustate possessionis eas ipsas provincias eo jure possideat, quo qui optimo. Atque id quidem caelesti quadam rerum dispensatione, quo facilius, et liberius Romanus idem ipse Pontifex pro suo munere videret, ne quid christiana respublica detrimenti caperet, et pro re, ac tempore christianae rei providere, summaque uti posset potestate, auctoritate, quae ab Christo Domino accepta, nullis umquam neque rerum vicibus obnoxia, neque temporum, aut locorum est circumscripta terminis, sed *porrecta ad ortum Solis ab Hesperio cubili* (1).

(1) Quae in Decreto edito XVI. kal. Jun. an. MDCCCIX. ex Imperatoris Castris Vindobonae afferebantur, ut Roma, aliaeque provinciae tot jam per continentia saecula Romani Pontificis imperio subjectae ab eo abjudicarentur, et in Gallici Regni potestatem veniret, nullius esse ponderis, immo conficta, et a veritate prorsus aliena PIUS ipse jam clare, aperteque ostenderat XIV. Kal. Jun. superioris anni, dum injustae reclamavit Gallorum occupationi provinciarum Urbini, Maceratae, Anconae, et Camerini. Et sane nemo unus, nisi qui in veterum annalium, ac monumentorum historia hospes omnino sit, ac peregrinus, plane ignorat, quot justis, legitimisque sane nominibus nonnullas Italiae provincias Romanus Pontifex quiete, pacateque jamdiu possideat, uti tot sapientissimi viri, iidemque

Hic PIUS si antea, tum certe vidit cum maxime, et quanto cum dolore vidit, in qua temporum iniquitate versaretur, et quibus acerbissimis, et maximis turbinibus christiana etiamnum jactanda foret respublica, tota suis humeris sustinenda. Nolim tamen putetis unquam, PIUM ipsum animo vel minimum concidisse, aut curarum aestus, quibus pene obruendus, aut molestiarum molem, qua urgendus, aut tot alia praeterea incommoda, quibus vexandus, quorum quidem omnium plurima jam menti subibat imago,

---

accerrimi vetustatis investigatores luculenter docuernt. Nostrum non est neque eos hic nominatim appellare, neque eorum rationum momenta referre; haud tamen possumus, quin exscribamus, quod hac super re percpportnoe, sapienterque inquit Bossuetus: „ Dieu, qui vouloit que cette Église (la Romaine) la Mere commune de tous les Royaumes, dans la suite ne fût dépendante d'aucun Royaume dans le temporel, et que le Siége, où tous les Fideles devoient garder l'unité, à la fin fût mis au dessus des partialitez que les divers intérets, et les jalousies d'État pourroient causer, jetta les fondemens de ce grand dessein . . . . . . L'Église indépendante dans son Chef de toutes les Puissances temporelles se voit en état d exercer plus librement pour le bien commun, et sous la commune protection des Rois chrétiens cette puissance celeste de regir les ames, et que tenant en main la balance droite au milieu de tant d' Empires souvent ennemis, elle entretient l'unité dans tout le Corps, tantôt par d'inflexibles décrets, et tantôt par des sages tempéramens. „ (*Sermon preché à l'ouverture de l' Assemblée générale du Clergé de France* 9 *Novembr. MDCLXXXI.*) Cum his apprime concinunt, quae leguntur in Defensione declarationis Conventus Cleri Gallicani an. MDCLXXXII. „ Nos enim satis scimus, Romanis Pontificibus, et Sacerdotali Ordini, Regum „ concessione, ac legitima possessione, bona quaesita, jura, imperia ita haberi, ac possideri, uti quae inter homines optimo jure habentur, ac possidentur. Immo ea omnia, „ ut dicata Deo, sacrosancta esse debere, nec sine sacrilegio invadi, rapi, et ad saecularia revocari posse. Sedi vero Apostolicae Romanae urbis, aliarumque terrarum concessam ditionem, quo liberior, ac tutior potestatem Apostolicam toto orbe exerceat, non tantum Sedi Apostolicae, sed etiam toti Ecclesiae gratulamur, votisque omnibus precamur, sacrum Principatum omnibus modis salvum, et incolumem esse. „ (*Part. I. lib.* 1. *sect.* 1. *cap.* 16.) Possem, si vellem, et alios hic commemorare, qui idem omnino sentiunt. Sed satis habeo, unum proferre Fleuryum, qui haec disserit: „ Depuis que „ l' Europe est divisée entre plusieurs Princes indépendans les uns des autres, si le Pape eût été à craindre que les autres n'eussent eu de la peine à le reconnoître pour Père commun, et que les schismes n'eussent été frequens. On peut donc croire, que c'est „ par un effet particulier de la Providence, che le Pape s'est trouvé indépendant, et Maître d' un État assez puissant, pour n' être pas aisément opprimé par les autres Souverains, afin qu'il fût plus libre dans l'exercice de sa Puissance spirituelle, et qu' il pût contenir plus facilement tous les autres Evêques dans leurs devoir. C'etoit la pensée d' un gran Evêque de nôtre temps. „ (*Hist. ecclés. Tom. XVI. Dissert.* IV. *n.* 10.) Auctor idem hoc ipsum etiam confirmat pluribus aliis in locis, quae ecclesiasticam ejus historiam legentibus vel facile occurrunt. Adde jam, quod recens rerum eventus satis, superque ostendit, quae gravissima, et frequentissima incommoda, et mala in christianam rempublicam procul dubio essent profectura, si Romanus Pontifex civili etiam non polleret principatu, ut PIUS ipse tam sapienter, quam vere docet in suis scriptis, quae nota, atque apud omnes pervulgata.

quidquam eum permovere, ac deterrere potuisse. Sane PIUS, cui nihil umquam suo munere potius, cetera vero posteriora, hac in tanta rerum vicissitudine, atque in hac tam aspera temporum procella divinae Providentiae rationes primum veneratus, nihil deinde sibi, sed divino auxilio omnino fretus, indutus est *justitia, ut lorica, et galea salutis in capite, sumens in omnibus scutum inexpugnabile aequitatis, et fidei, atque assumens gladium spiritus, opertus est quasi pallio zeli*, ut non aliis instructus armis, neque aliis munitus praesidiis adversus religionis osores, et Apostolicae Sedis hostes erecto animo, et celso in aciem prodiret; et tamquam *murus aereus et columna ferrea* omnibus eorum conatibus obstiteret, tela retunderet, frangeret impetus, ad omnia simul subeunda pericula paratissimus, si modo, Deo quidem auctore, ac duce, Petro autem suffragatore, Ecclesiae navem, cujus ipse nunc gubernator, et rector, in alto tantopere fluitantem, integram, incolumemque in portu aliquando collocaret.

Numquid vero tantulum offensum, titubatumque ab PIO est? an potius tanta animi firmitate, ac robore septus visus est, quanto maximo dici potest? Ita profecto est. Homines enim isti non artificio minus simulationis eruditi, quam omne facinus audentes. per religionis calumniam, bellique rationes, cum nondum luceret, militum copiis, omnique belli apparatu occupata a ce, PIUM ipsum in Quirinali circumstant, circumcludunt (1). Atque haec concepti, et multo ante meditati facinoris primordia, unde omnis *manifesta fides, Danaumque patescunt insidiae*. Quae enim, et quanta non vidit deinde PIUS? Vidit Patres Cardinales, et sacrorum Antistites per summam injuriam cum ex Urbe, tum quoque ex suis Dioecesibus abductos. Vidit spectatissimos Magistratus, aliosque optimos viros in vincula conjectos, aut patria extorres. Vidit familiarissimos quosque, sibique con-

(1) Hostiles copiae Urbem ingressae sunt, nondum albente caelo, XV. nonas Febr. an MDCCCVIII. Arce statim occupata, PIO in Quirinali obsesso, copiis, bellicisque tormentis per. urbem dispositis, in urbe per vim expugnata esse putasses. Id autem si ceteris improvisum, inopinatumque accidit, haud tamen PIO, qui jam per celebriora Urbis loca jusserat affigi contestatam denuntiationem, et quidem eo ipso die datam, qua Apostolicae Sedis violata jura conquerebatur, repetebat, et simul rem totam Deo commendabat.

junctissimos ab se divulsos, et alio ablegatos; militum suorum copias abreptas, et urbanas civium legiones per vim conscriptas; publica tabularia, praesertim ea, quae ad christianae reipublicae rationes pertinebant, direpta, atque exportata; tot alia praeterea vidit, (ecquid enim non vidit?) quae nisi, non dicam divinis, sed humanis quibusque juribus, atque institutis perfractis, fieri nullo modo posse videbantur. Neque vero haec omnia uno impetu, atque ictu, sed paullatim, et ex intervallo, quo scilicet omni cum civilis imperii, tum christianae reipublicae regimine sensim, et pedetentim dissoluto, facilius, ac tutius eo tamdem res ipsa per se procederet, ut vellet, nollet PIUS, eorum voluntati obsequi cogeretur. At vero PIUS non modo non infracto animo propter tantum rerum omnium discrimen, sed confirmato, atque renovato, nonne et sacris solemnibus fuit semper operatus, et vero etiam inermis, et nudus, eorumque auxilio spoliatus, quos suorum consiliorum socios, ac participes habebat, rei christianae pro viribus consulere, et civilis principatus speciem quamdam sustinere nequaquam intermisit? Neque id satis: illud etiam, quod omnibus certe mirum, ac prodigio simile: PIUS tot excubiis, vigiliisque circumdatus, obsessus, haud tamen destitit, neque dubitavit umquam vel verbis, vel scriptis, vel quaque alia ratione posset, suorum inimicorum fallacias, praestigiasque detegere, eorum praevertere consilia, conatibus obniti, Apostolicae Sedis jura tam injuste occupata tueri, repetere, et confidenter profiteri, se numquam tantis de rebus taciturum, atque in tanto christianae reipublicae periculo cuiquam consulturum potius, quam officio, et dignitati suae (1).

(1) Innumera propemodum sunt, quae PIUS VII. per menses septemdecim, et quod excurrit, in Quirinali obsessus egit, quaeque haud credi posse viderentur, nisi tot oculati, luculentique adfuissent testes, quot tunc Romae incolae. Neque enim acribus solum custodiis erat circumseptus, verum etiam omnibus omnino spoliatus auxiliis, ut neque milites, neque apparitores, neque typis mandandi facultatem, neque quidquam aliud haberet, quo quidem opus omnino esse videbatur. Nimirum ipsae hostiles copiae rem et mirabantur, et aegre ferebant; haud tamen reperiebant, qua ratione id prohiberent. Singula commemorare neque annotamenti, neque instituti ratio patitur: satis erit nonnulla tantum attigisse.

Quid tum inde? An censetis, eosdem ipsos homines tantorum malorum architectos, ac machinatores hîc substitisse? aut satis etiam habuisse, uberrimam Piceni provinciam ab Romani Pontificis ditione detraxisse? Immo vero scelera sceleribus cumulantes, eo tamdem devenerunt, ut omni omnino civili principatu PIUM ipsum spoliatum, vel potius de eo dejectum palam, publiceque edicerent. Et PIUS quidem tantam vim, injuriamque sibi illatam patienter tulit: haud potuit tamen, neque praetermisit, quin pro suo munere, et Apostolicae Sedis juribus maximopere conquereretur, et leges

---

PIUS cum cognovisset suorum militum copias cum hostium copiis per dolum fuisse consociatas, quo fraus omnis apertius pateret, pridie id. Mart. an. MDCCCVIII. Pontificia tum vexillorum insignia immutavit, ut quae antea album, rubrumque colorem prae se ferebant, ex albo, flavoque in posterum constarent. Duo sacra Patrum Cardinalium concilia in Quirinali habuit, alterum XVII. kal. April., alterum vero V. id. Quinctil. eodem anno. In his Pontifex satis longa oratione usus, commemorat, vehementerque dolet, quae contra divina aequa, et humana jura, contra Apostolicam Sedem, contra tot integerrimos, spectatissimosque viros patrata ab iis fuerant, qui Urbem, qui Romani Pontificis ditionem universam occupaverant. Docet deinde, ab Summi sacrorum Antistitis dignitate, aequitate, lenitate omnino abhorrere, ut sua cum quovis uno ex Principibus arma consociet, neque jam ut bello lacessitus vim repellat, sed ut bellum cum iis omnibus gerat, quibuscum eidem ipsi Principi libuerit, quicumque omnino illi sint. Postea recenset, quae, et quanta ipse egerit, ut conjuratos homines ad aequi, justique modum revocaret, utque ab *Codice*, legibusque *organicis* ea omnia prorsus abraderentur, quaecum divinis legibus, cum sacris Canonibus, Ecclesiaeque disciplina non cohaerebant, immo omnino pugnabant. Postremo pluribus rationum momentis, iisque validissimis ostendit, non modo a christiana republica esse, ut Romanus Pontifex civili fruatur principatu, verum etiam legitime admodum eum frui eum pluribus aliis de caussis, tum vero etiam quod per decem haud minus saecula, nemine reluctante, atque adversante, jam teneat, prorsus ut vel una vetustate possessionis omnino se defendat, eoque jure ejusmodi principatum possideat, quo qui optimo. Vetuit edicto, ne urbana militum conquisitio fieret; quod quidem edictum affigi jussit omnibus in locis Pontificiae ditionis uno, eodemque die, VIII. kal. Septembres. Emum Patrem Cardinalem BARTHOLOMAEUM PACCA, qui, ut erat tunc temporis primus Sacratissimi Principis Administer, in Quirinali degebat, cum VIII. id. Septembr. a duobus inferiorum ordinum Ductoribus comprehensum, alio postea amandandum, PIUS accepisset, statim descendit, ab eorum veluti manibus eripuit, secumque in superiorem aedium partem deduxit, quam Pontifex ipse incolebat. Bacchanalia multo apparatu ab hostilium copiarum Ducibus indicta nequaquam fieri decere paucis publice significavit. Mirum: nemo unus personatus in publicum prodire ausus fuit, neque pridie non. Februar. an. MDCCCIX, qui dies tunc Bacchanaliorum primus, neque reliquis consequutis inde diebus. Cetera si quis nosse cupiat, perlegat ea omnia, nec sane pauca, quae Pontifex per id temporis perscribenda curavit, ut inimicorum conatus, quae posset ratione reprimeret, atque Apostolicae Sedis violata jura palam conquereretur, repeteret. Quae quidem, ut sunt omni aequitate, sapientia, animique constantia referta, non modo pluribus in exteris regionibus typis fuerunt mandata, et in ultimas pervaserunt terras, atque ubique probata, commendata, verum etiam tum catholicae, tum quoque aliarum religionum cultores admodum permoverunt, ut tot, tantisque christianae reipublicae malis opportunum remedium afferendum statuerent.

quasque tum divinas, tum humanas hac in re imploraret, easque omnes contemptas, violatasque omnino esse praeclara, et luculenta reclamatione publice denuntiaret (1). Illi enim vero, quo liberius coepta maturarent, (hoc enim vehementius pertimescebant PIUM, quo gravius despicere videbantur,) noctu in Quirinali PIUM ipsum per vim, dolumque adorti, quamvis aetate gravem, et pertenui valetudine, ex Urbe abducunt, et media aestate, maximis, extentisque itineribus in longinquas traducunt terras, non alia sane mente, consilioque, nisi ut ab omnium oculis, conventuque semotus, acrioribus etiam custodiis circumseptus, nihil agere, nihil contra nefarios eorum conatus se posset commovere. En tibi uno tempore non civile modo Romani Pontificis imperium, verum etiam, quod longe gravissimum, atque indignissimum, totius christianae reipublicae regimen penitus perturbatum, ac dissolutum.

Tum vero quam miserrima, et luctuosissima malorum ilias in hanc urbem, et in singulas quasque Pontificiae ditionis provincias! *Percusso* enim *Pastore*, nonne magis, magisque *dispersae gregis oves? dispersi lapides sanctuarii in capite omnium platearum, et Filii Sion inclyti reputati in vasa testea?* Sacrorum Antistites, Sacerdotes, quique optimi, integerrimique viri, intacti adhuc, et incolumes, vel indicta, vel certe quidem injusta de caussa, miserum in modum vexati, expulsi, et in transalpinas etiam, aut transmarinas terras amandati, ubi in carceres detrusi, et in loca senta situ, Solisque radiis inaccessa, tum quoque fame, frigore, rerum omnium inopia

---

(1) Ubi civili principatu PIUM omnino spoliatum esse rumor pervasit Urbem, hora circiter secunda antemeridiana, IV. id. Jun. an. MDCCCIX., statim squalentes cives, muta civitas, ubique luctus, ubique pavor. At PIUS eadem ipsa aequanimitate, constantia, et summa in primis suae voluntatis cum divina consensione, qua in prosperis aeque, atque in adversis semper usus, tantum vulnus cum sibi, tum praecipue Apostolicae Sedi, immo potius christianae reipublicae universae inflictum accepit. Ne quid tamen suo muneri, ac dignitati deesset, eodem ipso die multo ante Solis occasum Pontificium anathematis Diploma (*Bullam*,) quo Apostolicae Sedis legitima jura hac in re omni ex parte tam aperte, tamque injuste violata esse ostendebat, et gravissimas Canonum poenas iis omnibus irrogabat, qui tanti facinoris auctores, vel subscriptores, vel quaque alia ratione fautores extitissent affigi publice jussit tum in Basilica omnium principe Ssmi SALVATORIS *in Laterano*, tum etiam in aliis tribus Basilicis, sancti PETRI *in Vaticano*, sancti PAULLI *extra moenia*, et sanctae MARIAE *in Exquiliis*. Quis crederet? Hostiles praesidiariae copiae, nisi postridie ejus diei, et quidem orto jam Sole, rem non cognoverunt.

nonnulli confecti, plurimi vero conficiendi, nisi eximia, ac plena pietatis humanissimorum hospitum voluntas adfuisset (1). Sacrae Virgines, et Religiosorum coetuum alumni e Coenobiis ejecti, et alii aliâ disparati: christiani greges suis orbati Pastoribus: sacrorum cultus, si minus sublatus, at remissus: templa spoliata, nudata, eorumque supellex direpta, ac publice divendita: sacra quaeque bona, possessionesque, auso sane temerario, vel plane potius sacrilego, partim auctionis tabella posita praeconis voci subjectae, partim vero publico adjudicatae aerario: durissima militum conquisitio, Archilochia edicta, Verreae expilationes, alia complura, quibus non modo squalor civium, et luctus gravissimae civitatis, verum etiam optimae leges demersae, spreta religio, bonorum omnium tremefacta libertas.

Quid autem PIUS hac in tanta rerum conversione, atque in tam impeditis, et tristissimis christianae reipublicae temporibus? Inspice, quaeso, ut eum excubitorum turba custodiat; ut multorum aures, et oculi perpetuo speculentur; ut hac illac, quamvis aegrotantem, circumferant; ignorant quippe, ubi *arca Domini* sine aliquo eorum incommo-

---

(1) Emus Pater Cardinalis BARTHOLOMAEUS PACCA una cum Pontifice ab Urbe abductus, et Gratianopolim usque deductus, eo loci ab Pontifice ipso divulsus, traductus fuit ad Fenestellas prope fluvium Clusonium, ubi in arcem sancti CAROLI fuit conjectus VIII. id Sextil. inclinato jam ad vesperam die, usque inde eductus, nisi duobus, et quadraginta post mensibus, id est non. Februar. an. MDCCCXIII. Tres alii Emi Patres Cardinales, MICHAEL DE PETRO, JULIUS GABRIELLIUS, Episcopus Senogalliensis, et CAROLUS OPPIZZONIUS, Archiepiscopus Bononiensis, una cum duobus amplissimis viris Praesule EMMANUELE DE GREGORIO, et P. FRANCISCO FONTANA, Praeposito generali Congregat. Clericorum Regularium sancti PAULLI, quibus vulgo a sancto BARNABA nomen, tum in publicas custodias, tum in Vincennarum arcem fuerunt compacti, et tres illi tribus, et triginta post mensibus in libertatem restituti, postremi vero duo, qui postea Patres etiam Cardinales, tum denique e vinculis educti, cum bellicosissimae *Cosacorum* copiae Lutetiam Parisiorum fuerunt ingressae.

Graviora etiam, et acerbiora perpessi sunt plurimi ex iis, qui in Corsicae insulam traducti. Nam in humidas, Soleque carentes cryptas aliquandiu detrusi, tum quoque per duca, et octoginta dies ipsos non alio donati cibatu, nisi pane secundario, et frigida. Ceteri vero nostrates exsules, tum qui in Corsicae, vel in Caprariae insulam, tum qui in Gallias, tum etiam qui alio relegati, eadem, et duriora fortasse passi essent, nisi tanta humanitate tantaque benignitate ab hospitibus ubique fuissent excepti, ut nihil supra. Cibariis, vestibus, viatico, pecunia, quaque alia ratione, et vero etiam cum fortunarum, et vitae discrimine eorumdem ipsorum hospitum levati, sustentati, servati, nullum ut gentilibus nostris amoris, ac benevolentiae officium ab iis defuerit. Et quidem haec omnia tam magna, et praeclara, ut PIUS ipse VII. et commemoranda, et praecipuis laudibus efferenda censuit in *allocutione* habita ad Patres Cardinales in sacro concilio VI. kal. Octobr.

do, et plaga consistat (1). Neque enim PIUS, si rem christianam ex voluntate procurare omnimodis prohibetur, iccirco ei pro sua parte instare vel minimum desistit, ut vel ipsum tanto apparatu indictum Patrum conventum, quo sacra Romani Pontificis jura coangustare, vel potius invadere moliebantur, Patrum quidem ipsorum sententia labantem, PII vero vigilantia, et auctoritate repente dissipatum, difflatum suspeximus (2). Quamquam si scriptis, aut verbis

---

labentis anni. Quot igitur, et quam maximae his omnibus agendae, et habendae gratiae, qui vere *viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt*?

(1) PIUS VII. ab Urbe per montem Cenisium Gratianopolim fuit deductus, unde undecim post diebus discedens, longo sane circuitu Galliam Subalpinam, Delphinatum, Avenionem, Provinciam, ac Nicaeensem agrum peragrare coactus, ad Vari pontem pervenit VII. Id. Sextiles. Hic a curru descendens obviam habuit MARIAM ALOISIAM Borboniam, quae ex Etruria expulsa, ibi cum filiis veluti captiva detinebatur. Pontifex pontem ipsum pedibus trajecit una cum regia muliere, quae eum alloqui non amplius deinde potuit, dum triduo Nicaeae Massiliensium permansit, pecuniae tamen vim illi transmittendam curavit. Inde vero Savonam pervenit XVI. kal. Septembres.

Dici autem via potest, quae, et quanta in omnibus hisce demigrationibus PIO perpetienda fuerunt tum Solis aestu, tum vi frigoris, tum viarum asperitate, tum magnis, deviis, caetentisque itineribus, aliisque de caussis, et maxime gravibus valetudinis incommodis, quibus in vitae discrimen aliquando adductus. Quamquam vero qui PIUM huc, et illuc deducebant, iterent clam, noctu, et citatis equis, eum arcta custodirent, nomen etiam ementirentur, omnem denique darent operam, ut eum omnino celarent, et ab omnium oculis, conspectuque eriperent, haud tamen facere poterant, quominus vel qua iter ageret, vel quo paullisper diverteret, incredibiles ad eum concursus hominum cujusque et ordinis, et sexus, et aetatis fierent, ut, si possent, eum intuerentur, venerarentur, et salutarem ab eo precationem acciperent. Hae autem honoris et observantiae significationes etsi ubique locorum maximae, nullibi tamen majores quam Nicaeae. PIUS igitur VII. Savonae degens, at consiliariis, atque administris omnino spoliatus, haud tamen, quantum pro re, et tempore licuit, christianam rempublicam administrare, eique providere omisit, ut plane ostendunt tot ejus diplomata, tot responsa Episcopis, aliisque eum consulentibus data, aliaque ejusmodi. Sed anno MDCCCXI. ineunte arctius multo, et vigilantius asservatus, nihil admodum neque verbis, neque scripto in Ecclesiae bonum perficere valuit, praesertim cum et graphiaria instrumenta ei fuerint adempta, et pene omnes ex paucis numero familiaribus ab eo divulsi, et alio asportati, atque in carcerem etiam detrusi.

(2) Concilium istiusmodi quo nomine appellem, non equidem video. Neque enim *Provinciale*, multoque minus *Oecumenicum*: num igitur *Nationale*? Qui tamen dici poterit *Nationale*, cum non omnes ejusdem nationis Episcopi fuerint corrogati, vel si corrogati, plures tamen venire detrectaverint? Deinde nonne ex Episcopis Gallis, Italisque conflatum, et iccirco duabus ex nationibus? Esto tamen ex una, utpote quae ambae uni, eidemque imperio suberant. Quid tum? quis concilio praeerat? Galliarumne *Primas*? an potius Romanus Pontifex, qui *Primas* Italiae? Quis porro Patres arcessivit, convocavit? nonne civilis Magistratus, et quidem Pontifice Maximo non modo vel inconsulto, vel non annuente, sed etiam invito, et reluctante? Quorsum tandem indictum? nempe ut sacra, et legitima Romani Pontificis jura imminuerentur, violarentur. Ecquid enim aliud a Patribus decernendum struebatur, nisi ut Episcopali aliqua Sede suo Pastore viduata, si civilis Magistratus designasset, qui sufficeretur, et sex post mensibus Romanus Pontifex eum ipsum non declarasset, instituisset, tum demum Metropolites,

nequaquam valet, nonne re, et exemplo jacentes erigit, labantes sustinet, indormientes excitat, ignaros edocet, omnes praemonet, confirmat, nulla ut de caussa ab fide, ab religione, ab officii ratione sese dimoveri patiantur? nonne ubique non leviter pressa, sed altius fixa virtutum omnium vestigia relinquit, ut quem audierant antea, tum vero cum praesentem videant tanta mansuetudine, tanta humanitate, tanta patientia, tantaque constantia, animique firmitate, ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutius possit commorari? Ita quibus artibus, atque armis homines illi, unde tot mala profecta, divina, et humana omnia permiscere, et Romani Pontificis dignitatem, atque auctoritatem deprimere, immo evertere posse confidebant, iisdem ipsis artibus, atque armis singula quaeque relevata, magis, magisque in dies vigere, et quodammodo revirescere, sane moleste ferre cogebantur (1). Qua ex re quo se verterent, vel quo confuge-

34

aut senior Provinciae Episcopus, cum de Episcopo, cum vero de Metropolita ageretur, senior ejusdem Provinciae Episcopus eum posset constituere. Vide jam quam multa hac in re non legitima, immo absona omnino, et contra sacros Canones, atque Ecclesiae disciplinam repugnantia, quaeque Romani Pontificis auctoritatem elevarent, ac laederent. Ad haec PIUS iterum iterumque rogatus, omnique ratione sollicitatus, ut hac super re suum interponeret judicium, et indictum conventum aliqua ea parte adprobaret, nihil sibi cum eo conventu esse, seque non modo pro concilio nequaquam habere, verum etiam illum omnino infirmare, improbare qua re, qua verbis semper significavit. Itaque sapientissimi Patres, qui jam inde a principio Romano Pontifici se obedientiam praestaturos, sacramenti religione interposita, confirmarant, nihil ultra agi, nihil decerni posse summo consensu conclamarunt. Quod ipsum cum MAURICIUS JOANNES MAGDALENE DE BROGLIE, Episcopus Gandavensis, STEPHANUS ANTONIUS DE BOULOGNE, Episcopus Trecensis, at FRANCISCUS JOSEPH HIRNUS, Episcopus Tornacensis, primi, et liberius etiam docuissent, Vincennis in publicas custodias primum inclusi, deinde alii alio exsules fuerunt amandati. Vide opus inscriptum: *Parisiense Concilium nationale* an. MDCCCXI. cum actis authenticis a Canonico F. A. MELCHERS Subregente in Episcopali Seminario Monasteriensi, editum Monasterii an. MDCCCXIV. et e germanico, et gallico latine redditum ab A. I. C. E. P. Canonico, atque *evulgatum* Posonii MDCCCXV.

(1) Hoc ipsum docet PIUS VII. in *allocutione*, quam supra commemoravimus. ,, Scilicet, inquit, ea est sanctissimi, quod profitemur, Instituti indoles, ut quo ,, magis impugnatur, vires suas intentius exserat, quo validius deprimitur, altius attolla- ,, tur. Haec ipsa christianae religionis proprietas, ipsam de caelo in terras delapsam, ,, luculentissime ostendit. Neque enim naturae humanae infirmitas, acerbissimis calamita- ,, tibus pro justitia sustinendis, mortique ipsi fortiter, alacriterque oppetendae satis esse ,, posset, nisi divina plane virtute confirmaretur. Unde illam animi tranquillitatem, im- ,, mo et jucunditatem, qua furente in Nos persecutione, in mediis inopiae, exilii, carce- ,, rumque angustiis perfundebamur, profectam existimatis, nisi a caelesti misericordiarum ,, Patre, qui erigebat, et consolabatur Nos in omni tribulatione nostra? ,,

Neque vero aliunde profecta aequanimitas illa, patientia, constantia, alacritas, qua

rent prope nescientes, quid, nisi promissa promissis, molestias molestiis, minas etiam minis cumulant, omni ut ratione pertentent, si quando PIUM ad eorum voluntatem valeant pertrahere? Verum tantum abest, ut PIUS incredibile animi robur, quod semel induit, vel minimum exuat, ut potius justus semper, et officii tenax, doctus et *aequam servare mentem rebus in arduis*, quo gravioribus pressus angustiis, hoc etiam alacrior, et constantior, omnia rejicit, omnia spernit, omnia sustinet, neque umquam se commissurum confirmat, ut legitima Apostolicae Sedis jura non tueatur, et fidei, ac religionis depositum sibi potissimum commendatum, et creditum quam vigilantissime non custodiat (1). Omnino

---

tot amplissimi viri, iidemque cum doctrina, tum pietate praestantissimi, qui maxima virtutis documenta ab PIO capientes, vel exsules, vel etiam in carceribus, aut arcibus inclusi, quamvis aetate provecta, et adversa valetudine, tot per continentes annos tantas acerbitates, atque angustias devorarunt. Nimirum in *omni virtute confortati secundum potentiam claritatis Dei*, *in omni patientia*, *et longanimitate cum gaudio*, oculos ab humanis ad coelestia convertentes, et *adspicientes in auctorem fidei*, *et consummatorem* JESUM, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem*, *confusione contempta*, intuebantur coronam gloriae, quam *reddet Dominus in illa die*, *justus judex*, iis omnibus, *qui persecutionem patiuntur propter justitiam*. Haec perpendant, quaeso, si qui forte adhuc sunt, qui catholicam religionem usquequaque tolli posse temere autumant: quasi vero ea ipsa humanum nescio quid sit, atque humanis viribus indigens, non vero divinitus data, et divinis undique circummunita praesidiis. Ea omnino vel ab ipsis incunabilis ad hanc usque diem tam multis, tam variis, dirisque modis attentata, vexata, insectata, ut ad incitas, pene dixerim, quandoque redacta, et prope interitura videretur. Num tamen umquam, non dicam funditus eversa, at debilitata, depressa? Immo vero quo acrius, et furiosius afflicta, exagitata, nonne eo etiam integrior, validior, amplioque visa est? ut *sanguis Martyrum*, ex Tertulliani verbis, *fecundum semen* perpetuo *fuerit Christianorum*. Catholica scilicet religio

Merses profundo, pulchrior evenit:
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude victorem . . . .
Per damna, per caedes ob ipso
Ducit opes, animumque ferro.

(1) Sarmatica dum apparabatur expeditio, PIUS interea triginta quatuor fere post mensibus Savona discedere jussus IV. id. Jun. an. MDCCCXII. postridie ejus diei nocte jam media ad Cenisium Montem pervenit, ibique quatuor moratus dies, cum stranguria gravissime laboraret, XVII. kal. Quinctiles Christi Corpus in viaticum accepit ab FRANCISCO BERTAZZOLIO Archiepiscopo Edessae, et a piis Sacratissimi Principis largitionibus. Et tamen eodem ipso die prima noctis hora asportatus, ac nulla neque aetatis, neque valetudinis, neque viarum asperitatis ratione habita, maximis itineribus XII. kal. Quinctiles septima a media nocte hora ad Fontem Bellaqueum, quatuordecim circiter leucas ab Lutetia Parisiorum ad meridiem, fuit traductus.

Hic vero vigili semper custodia septus, ut Savonae, epistolas neque dare, neque accipere poterat, immo neque colloqui, nisi cum iis, et quidem numero paucis, qui ei ministrabant, vel qui facultatem a Magistratibus habuerant eum adeundi. Ex his interim

is erat PIUS, qui stans celsa in puppi, oculis ad coelum sublatis, manibus vero gubernacula tractans, *obvius ventorum furiis, vim cunctam, atque minas perfert;* ipse tamen immotus, *impavidusque partes cunctatur in omnes*, et Ecclesiae navem, tam misere jactatam undique, dixeris pene mergendam, ita administrat, ac regit, ut Deo rectore, et magistro, salvam, incolumemque tamdem aliquando in portum reducat. Neque eo contentus, cum nihil de sua, omnia de communi salute cogitans dolet, vehementerque angitur, quod tot, tantisque christianae reipublicae vulneribus ipse per se mederi nullo modo possit, tum vero supinas tendens ad coelum manus, tamquam Moyses alter, aut Jeremias, *Dominum dominantium*, et *Principem pacis* multa prece continenter orat, atque obsecrat, ut exoratus velit non christianae modo, sed et civili reipublicae auxiliariam porrigere dexteram, qua sublevatae recreari aliquando posse videantur.

---

nonnulli Pontifici renuntiare coeperunt malorum congeriem, et schismata, quibus Ecclesia vexata, dilaniata, ea certe mente, ut eum moverent, atque impellerent ad conventum aliquod cum Gallorum Imperatore sanciendum: neque enim aliter, ut ipsi quidem dictitabant, cum praesentia, tum majora etiam in posterum obventura mala poterant devitari. Pontifex tamen eorum dictis, et suasionibus nequaquam cessit; neque respexit umquam quidquid adversi sibi posset impendere. Ad praecavenda nihilominus tot, ac tanta intentata Ecclesiae mala, mense Januario an. MDCCCXIII. nonnulla sibi oblata capita, vulgo *articulos*, excipienda censuit, tamquam proëmium conventi postea faciundi. Quo facto, Gallorum Imperator falso statim renuntiavit Senatui, conventum inter ipsum, et Pontificem omnino absolutum, atque adeo controversias omnes jam esse expeditas, et simul id ipsum festivo tintinnabulorum sonitu Galliae, Italiaeque universae jussit significari.

Qua quidem super re liceat, quaeso, breviter animadvertere, 1°. illud nequaquam fuisse conventum, sed tantummodo aliquorum capitum summam, quae ad ecclesiasticas res pertinebant, quaeque ad temporum rationem praesens aliquod, ac temporarium pro Ecclesiae bono remedium postulare videbantur: 2°. ceteris de controversiis ecclesiasticis, deque sanctae Sedis ditione alias jam exaratas fuisse explanationes, quae tamen celatae, dum capita illa evulgata: 3°. haec ipsa capita non jam uti generalia, atque irrevocabilia, sed ea omnino conditione a Pontifice fuisse accepta, ut silentio premerentur, donec examini, et accuratae Patrum Cardinalium considerationi subjecta probarentur, atque in Ecclesiae bonum sanciri postea conventum omnibus super controversiis recte posset: 4°. denique Gallorum Imperatorem, cum commemorata capita non evulgavit modo, verum etiam utpote generale, ratumque jam conventum enuntiavit, dupliciter defuisse promissis: primo quidam, quod ea protulit, quae latere debebant, dum a Patrum Cardinalium Collegio discussa essent, ac probata; deinde vero, quod tamquam conventum fixum omnino, et ratum ea capita esse edixit, quae viam solummodo ad illud sternere debebant, et iccirco non ex apposita minus conditione, quam ex usitatis, et necessariis Canonicis formulis tum denique conventum perficiendum, ac sanciendum, ubi eadem ipsa capita excussa jam, et suo momento fuissent perpensa. Qua de re vel facile quisque intelligit, quod tum ex ipsius conditionis natura, tum ex pacti violatione Pontificem omni jure enuntiare potuisse, ea capita tamquam infecta, et irrita habenda, quae suapte etiam natura in irritum cesserant.

Sed jam ex vadis emersa, exsultat, ac pene triumphat oratio. Haec enim dum PIUS ex se praestanda curabat, nihil ut in tanta rerum inclinatione, atque in tam duris, et tristibus christianae reipublicae temporibus officio, et dignitati suae deesse videretur; Principes interea amplissimi, tum qui *Albionis habent arces, totumque premunt classibus aequor*, tum qui *latas habitant terras, quas vel dives Tagus, vel rutila Iberus humectat arena* (1), cum graviter admodum, molesteque ferrent tot populorum clades, tam multas viduatas civibus urbes, aut ferro, incendiisque vastatas multorum etiam Regum afflictas fortunas (2), Summum denique sacrorum catholicae religionis Antistitem, tot aliis praeterea nominibus insignem, per summam injuriam tam misere vexatum, ad bene de civili non minus, quam de christiana republica sperandum signum aliquod, multo quidem sudore, et sanguine partum, sustulerunt. Cum vero malum in dies ingravesceret, et omnia undique plena timoris, plena periculi longe maximam perniciem portenderent, sua cum istis consilia, atque arma consocianda curarunt illi etiam spectatissimi Principes, qui *profundum Danubium bibunt* (3), et qui *ingentes incolunt, quos*

(1) Hispani, et Lusitani eas prompserunt vires, eam ostenderunt virtutem, animique robur, ea denique perfecerunt, quae hoc etiam magis mira, quo minus ab iis ipsis expectanda videbantur. Nam qui summa rerum potestate potiebantur, qua consilio, qua providentia, qui vero in acie constiterant, qua belli gerendi ratione, qua vi, et sanguine prostrarunt *late victrices catervas non paventis funera Galliae*. Tantum religio potuit! tantum potuerunt decoras *devota mortui pectora*!

(2) MARIA I. Lusitaniae, Brasiliae, et Algarbiae Regina Fidelissima, FERDINANDUS IV., nunc I. utriusque Siciliae Rex, ambo una cum regia domo, illa quidem Ulisipone in Brasiliam confugit, hic vero Neapolim linquens Panormum demigravit, ut Gallorum arma, impetusque devitarent. KAROLUS porro EMMANUEL IV. Sardiniae Rex una cum pientissima uxore Ven. MARIA CLOTHILDE, aliisque ejusdem regiae domus, Augusta Taurinorum ejectus Romam contendit, ibique abdicato imperio religiosissima vixit, obiitque ad sancti Andreae in Quirinali, ubi domus educatrix Tironum Societatis JESU. VICTORIUS vero EMMANUEL, qui germano fratri in regnum successerat, in Sardiniam concessit cum optima conjuge MARIA THERESIA, ac filiolis. KAROLUS IV. *Borbonius* Hispan. et Ind. Rex Catholicus regno spoliatus, regia cum conjuge MARIA ALOISIA in Gallias primum, Romam deinde venit, dum FERDINANDUS ejus filius natu major, qui nunc Rex Catholicus eo nomine VII., in Valencei arcem conjectus, plures ibi per annos vigilantissime custoditus. Sed et MARIA ALOISIA ejusdem KAROLI IV. filia ab Etruria cum duobus filiolis Karolo Ludovico, et Aloisia Karolina expulsa, et huc illuc captiva traducta, Romae tandem in nobilium sacrarum Virginum Monasterium, cui a sanctis DOMINICO, et XISTO nomen, fuit inclusa. Nonnulli etiam alii Principes vel regni parte orbati, vel pecunia, aliisque rebus imperatis tamquam vectigales facti.

(3) FRANCISCUS II. nunc I. Imperator, Archidux Austriae, et Rex Apostolicus

Vistula subluit agros (4), quique ditione tenent *Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem, arvaque Riphaeis numquam viduata pruinis* (1). Ubi enim omnes terra, marique quam maxime potentes, virtute vero, ac militari scientia praestantissimi, etiamsi disjuncti locis, moribus quoque, institutisque diversi, arctissimo tamen foedere inter se, et societate essent conjuncti, tum fieri posse putarunt, ut qua consilio, qua providentia, qua peritissimis Ducibus, qua exercitatissimis copiis superbissimo delectu collectis, qua denique classibus Europam fere universam, ne dicam et disjunctissimos Americae tractus, tot, jam per annos misero, et internecino bello flagrantem, totque aliis praeterea modis afflictam, vexatam, ac pene prostratam, in pristinum decus, et tranquillitatem aliquando vindicarent. Opus certe quidem omni omnino ex parte magnum, et periculosae plenum aleae: neque tamen providentissimi foederati Principes, quorum etiam plures per se ipsi in aciem prodierunt, quod omnium consensu conspirante, ac pene conflato tam recte, tamque sapienter susceperant, minus prospere, feliciterque perfecerunt. Mirum scilicet, quantum *Rex Regum*, et *Dominus exercituum* eorum secundavit consilia, arma fortunavit, ut brevi insignes adepti victorias.

Hungariae, et Bohemiae, privata quavis ratione posthabita, et christianae modo, civilisque reipublicae rationes spectans, una cum praestantissimis suorum exercituum Ducibus, copiisque maximis, et firmissimis, praesertim vero cum invicta Hungarici equitatus manu, in aciem ipse prodiit; et ad rem totam tantum momenti, et ponderis attulit, ut hostium vires, quae labantes dumtaxat, et inclinatae, quam cito fuerint omnino deletae.

(4) FRIDERICUS GUILLELMUS III., Borussiae Rex, sua cum ALEXANDRO primus ipse arma conjunxit, remque ita administravit, ut non modo provincias, quae ejus imperio suberant, non ita post multo ab gravissimis levarit incommodis, quibus per plures jam annos afflictae, verum etiam hostium vires admodum distraxerit. Quin etiam ejus exempla sequuti ceteri amplissimi Germanici Principes, icto foedere, viribusque collatis, ad rem totam felicius, celeriusque perficiendam, pro sua quisque parte, conspirarunt.

(1) ALEXANDER I. *Αὐτοκράτωρ Russiarum*, nempe imperii tam longe, lateque patentis, et ad omnem humanitatem, atque ad bonas artes, et disciplinas exculti, gelidas linquens Arctos, ad Sequanam usque venit, secumque duxit innumerabiles, et bellicosissimas, omnibusque rebus ornatas, atque instructas copias, quae etiam *quam variae linguis, habitu tam vestis, et armis*. Ea porro perfecit, et quidem summa, et teterrima hyeme, atque in praegelidis regionibus, ut militarem virtutem, bellique administrandi, pro re, et tempore, scientiam exhibuerit, qua major in summo exercituum Duce vix reperiri posse videbatur. Neque vero eum ego cum ALEXANDRO illo comparem, qui *Magni* cognomentum sibi vindicavit: nam si plures illa provincias Macedonum imperio adjunxit, quae tamen animi dotes in eo desiderabantur, maximeque morum humanitas, animi lenitas, at in summa rerum potestate temperantia, haec omnia tam egregia, et praeclara in hoc suspicimus, ut omnium animos sibi conciliet.

opimis onusti spoliis, nobilibus clari triumphis, omnia praeter etiam optatum, cogitationemque sibi evenisse perspexerint (1).

Age nunc si oculos magis, magisque in PIUM convertamus, nonne et illud planius multo intelligemus, quod neque irritae tot ejus preces, neque frustra suscepti tot labores, neque inanes tot devoratae molestiae, neque denique fallax mens immota et tanta animi excelsitas, qua tot furentibus undique ventis, tot circumlatrantibus undis, sua veluti staret mole, idem semper, interritusque permansit? *Angeli* enim *pacis habentes phialas aureas, et thuribulum aureum in manu sua*, cum humiles, diuturnasque PII preces, tum etiam tantas forti, patientique animo ab eo toleratas acerbitates, *offerunt super altare aureum Domino*, qui quidem eas benigno excipiens vultu, non modo *mittit Angelum suum*, ut educat eum de carcere, verum etiam *erigit eum ab humilitate ipsius, et exsaltat caput ejus, ut mirentur in illo multi, et honorent Deum.* Profecto cum *Angelus Domini adstitisset PIO*, et *catenae cecidissent de manibus ejus*, ecce tibi repente PIUS, quem civili etiam principatu, non modo pristina parta libertate, ad Urbem jam properantem, omnes omnium locorum, omnes omnium

(1) Quae sane misera, atque acerba cum civili, tum praecipue christianae reipublicae per hosce annos evenisse vidimus, ea profecto tam monstrosa, ac portentosa reperta sunt, ut oculis etiam subjecta, et manibus, ut ita dicam, contrectata, vix credi posse viderentur. Haud minus tamen mira, ac prodigiosa habenda sunt, quae postea obvenisse perspeximus. Nequa enim fieri umqoam posse videbatur, ut tam immanis, tam vasta imperii moles, tot etiam firmissimis suffulta praesidiis, tam cito non labefactari solum, verum etiam radicibus everti, disjicique posset. Haec modo qui serio perpendat, penitusque inspiciat, non dicam religiosus, sed ratione dumtaxat, at mente praeditus, nonne, si ex animo loqui velit, certe quidem fateri debet, tantas, tamque improvisas, ac subitas rerum inclinationes, et vices inde primum profectas, unde omne principium, et quo referendus exitus? Ita etiam PIUS ipse VII. luculenter docet in sua *allocutione* nuperrime habita, jam commemorata, et mox commemoranda: *Dominus* scilicet *faciens misericordiam Christo suo, exaudivit de templo sancto suo vocem ejus.* Tum vero *intonuit de caelo, et Altissimus dedit vocem suam, et confudit linguam, dissipavit consilia eorum, qui meditati erant inania, et convenerant adversus Dominum, et adversus Christum ejus.* Ipse *Dominus confortavit brachia Regum, et gladium suum in manu bellatorum* eorum, ut *scirent, quia ipse Dominus, qui hunc humiliat, et hunc exsaltat.* Ita *portavit Christum suum ad habitaculum sanctum suum, et respexit de coelo, et visitavit vineam, quam plantaverat dextera ejus;* ut PETRI navis tam ingentibus jactata fluctibus, acta procellis, defuncta periculis, salva, incolumisque tandem aliquando in portum deferretur. Proinde INNOCENTIUS IV. Pont. Max. jure ajebat:

Niteris incassum navem submergere PETRI:
Fluctuat, at numquam mergitur illa ratis.

ordinum, omnes omnis et aetatis, et valetudinis non minus in Italia, quam trans Alpes, obviam effusi, tam ingentibus laetitiae plausibus, et tam invisis adhuc, atque inauditis observantiae significationibus ovantem, ac prope triumphantem ubique excipiunt, ut non jam solum tamquam Pontificem Maximum, verum etiam tamquam hominem de coelo delapsum dixeris intueri (1). Ecce autem haec Urbs, quae laetitia gestiens, et prope convulsa sedibus suis, ad colendum, contemplandum, complectendum etiam solatorem, conservatorem, parentem suum civium suorum humeris reportatum procedere visa est. Quae quidem si tam ampla, et praeclara, nemo ut, nisi qui viderit, cogitando assequi possit; nonne longe maximum, et pulcherrimum, quod hic tam faustus, tam insignis, tamque salutaris in Urbem reditus tot curis, tot vigiliis, tot acerbitatibus, et angoribus steterit PIO, mirum ut cuique videretur, *tantis unum subsistere posse periclis*?

(1) PIUS a Fonte Bellaqueo, ubi octo supra decem circiter menses exegerat, ab eo ipso, a quo inibi captivus detinebatur, praeter omnium expectationem X. Kal. Febr. an. MDCCCXIV. discedere jussus, et Savonam versus pergens, sacrum Virginis aedem, quae ad radices effossi collis prope pagum, cui nomen *Arma*, non procul a mari, adiit, ibique Virginem ipsam salutavit; quod quidem non consulto, sed casu, immo nec fieri ullo pacto posse videbatur, tametsi Presbyter ANTONIUS CALVINIUS ex Dioecesi Albingauni tanto antea palam dictitaverat, non ineundam pacem, nisi eo Pontifex venisset. Savonam porro pervenit XIII. Kal. Martias. Hinc autem non multo post profectus, scilicet XIV. Kal. Apriles, die sacro sancto JOSEPHO, et sex post dies, quo die anniversaria DEIPARAE Virginis ab Angelo salutatae gratulatio, ab Gallorum equitatu ad Tarum prope Castrum Guelphum ductus, ibidem circiter meridiem traditus fuit foederatorum Principum excubiis, quae hostilibus castris proximiores quaeque omnibus laetitiis exsultantes eum exceperunt. Tum vero in pristinam libertatem restitutus, iter Romam versus carpens, Forum Cornelii divertit, ubi cum Paschalia solemnia egisset, Urbem revisit IV. Kal. Junias, totius itineris comite FRANCISCO BERTAZZOLIO, quem supra commemoravimus, quique coronam ferream ab Gallorum Imperatore oblatam non sine suo discrimine recusavit, dicens, se Christi Cruce jam honestatum, utpote Archiepiscopus Edessae.

Quae porro, et quanta *pietatis*, *amoris*, et *liberalitatis* argumenta omnes ubique in Italia praebuerint PIO tum cum exsul hac, illac erat traductus, tum etiam cum inde reverteretur, PIUS ipse declarat in *allocutione* jam commemorata, in qua nominatim appellat, praecipuisque laudibus effert Genuenses, Mediolanenses, et Taurinenses, et maxime Savonae incolas, penes quos diutius fuit commoratus.

Quod si omnigenis in Italia, haud certe minoribus, ne dicam et majoribus, honoris, devotionis, et munificentiae significationibus PIUS VII. exceptus ubique fuit in Galliis cum semper antea, tum praesertim captivus, et ubi a Fonte Bellaqueo ad Urbem contendebat. Ex quo quis non intelligat, qui animi sensus, quae omnium omnino voluntas in Summum sacrorum catholicae religionis Antistitem, atque adeo in religionem ipsam? Quod quidem PIUS ipse testatur in eadem *allocutione*, et simul Galliam secum laetari inquit, quod praestantissimo suo Regi sit restituta. Et certe laetari Gallia debet; siquidem LUDOVICUS XVIII. cum regnum ab catholicae religionis studio sit auspicatus, haud dubitandum, quin domestica majorum suorum, praesertim vero sancti LUDOVICI exempla secutus Galliam ipsam in pristinum tum divinarum, tum humanarum rerum decorem restituat.

Ita fructum, quem consiliorum, et laborum suorum cepit sane uberrimum, atque honestissimum, ecquis, quaeso, eum nisi alta quadam, ac prope divina mente praeditum, nisi virtutum omnium apparatu instructum fateatur, dixerit umquam fuisse percepturum?

Jam porro ubi PIUS hanc urbem suo adspectu solari, ac recreare visus est, quae sane ingens, et acerba malorum moles, eo exsulante, in nos incubuerat, quamque vidimus ipsi, et cujus etiam pars nec minima fuimus, nonne statim amota, vel potius disjecta, et eversa? At vero legum aequitas, et rectus judiciorum ordo constitutus: sane grave vectigalium onus partim temperatum, partim etiam sublatum: salus, fortunaeque civium in tuto collocatae: bonae artes, ac disciplinae in pristinam formam, atque in spem veteris gloriae revocatae: Urbi et ornamenta dignitatis, et praesidia stabilitatis suae restituta: res publicae, quae belli impetu, et tanta rerum conversione perculsae, ac prostratae jacebant, pro tempore, et copia, excitatae, refectae; et quod certe majus, ubique pax bono omnium parta, ut quod *Piani* scuti insignia prae se jam ferebant, nunc comprobatum omnino laetemur (1).

Quod si haec magna, multo tamen majora, quod injecta frena licentiae; profligata tot prava opinionum commenta; dissipati clandestini intempesta nocte conventus, ubi nulla fides, *fideli* tamen *tuta silentio merces* (2); tum vero et com-

---

(1) *PIANI* scuti insignia, gentilitia quidem prae se ferunt sidera tria, et tria itidem Maurorum capita, Benedictina vero tres montes, unde prominet Crux, in cujus medio PAX. Id quidem jam inde a principio nescio quid felix, faustumque christianae reipublicae portendere omnibus primo adspectu visum est: immo etiam sub imagine PII VII. aere expressa tunc temporis in Gallia haec inscripta:

Au milieu des combats par la foi soutenus.
Il recueille d'un Saint le pénible héritage:
Mais Dieu d' un autre prix couronne ses vertus,
Et la paix de l'Église est son premier ouvrage.

PIE VII.
Le Pacificateur de l' Église.

Et vere: nam exitus comprobavit omen, prorsus ut PIUS VII. christianae totius reipublicae *Pacificator* jure, meritoque et dicendus, et habendus.

(2) Ecquis, non dicam religiosus, sed sapiens, cordatusque vir jam dubitet, quin eorum secta, cujus asseclae *liberi* Τειχισται, (hoc enim nomine se dici volunt,) quaeque memoria ferme nostra e latebris nescio quibus erupta, tam longe, lateque jam serpit, multis sane nominibus improbanda sit, atque omnino eliminanda? Quid enim sibi

positi mores, et suus virtuti redditus honor, suique christianis gregibus Pastores, et tot viri cum doctrina, tum pietate spectatissimi extorres jam, et multimodis vexati, sospites nunc, et reduces; et sacra quaeque instituta, ac leges instauratae, et tot christianae reipublicae vulnera obducta (1), et vero etiam, in virtutum omnium exemplum praee-

---

volunt tenebriones isti, et noctivigili conventicula illis ad multam noctem, quae tantopere diligunt, celebrant? Numquid creditores timent, ut *Aesopeus* vespertilio, neque iccirco in luce, sed in tenebris versantur? At socii sociis, fratres fratribus auxiliarias porrigunt manus, si qui forte aere alieno, vel quaque alia fortunae temeritate premantur. Dicant mihi porro, cur cujusque omnino religionis homines in eorum numerum libenter admodum adsciscunt? cur tanta penes eos sacramenti religio, qua legitimae etiam auctoritati quidquam ex eorum vel dictis, vel factis immane nefas aperire? Si nihil contra honestatem, nihil contra rempublicam, nihil denique contra religionem agitant, moliuntur, ut ipsi quidem dictitant, cur, quaeso, tantopere cavent, ne eorum clandestina colloquia, consilia foras erumpant, illustrentur? Utique alba, et atra te plane discernere dixerim, si opineris, istiusmodi nationis homines in id potissimum conspirare, ut legitimi cujusque imperii, et religionis fundamenta convellant, et cum vel catholicae, vel alterius cujusquam religionis sectatores se esse profiteantur, omnem omnino religionem ejurare, ac tantummodo Prothei instar in omnes sese vertere formas. *Sed quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames?*

Jam vero si vel ipsae XII. Tabularum leges nocturnos haberi coetus sub capitis poena vetabant: *Si qui in Urbe coetus nocturnos agitassit, capital esto* ne facinorosis hominibus aliquid contra rempublicam audendi potestas daretur; quid, quaeso, mirum, si sapientissimi Principes, qui publicis rationibus satis consultum esse voluerunt, societates hujusmodi, et clandestinos conventus interdicendos, proscribendos esse censuerint, quippe non modo cum religione, verum etiam cum publica tranquillitate nullo pacto cohaerescunt? Id quidem Justinianeis, id deinceps aliorum Principum legibus vetitum; et vero etiam plures ex his ipsis recentioribus Principibus nominatim in hasce *liberorum* Τειχιςῶν societates, gravibus etiam irrogatis poenis, invecti sunt. Qua de re duo Pontifices Maximi, CLEMENS XII. et BENEDICTUS XIV., pro eorum officii ratione, horum *liberorum* Τειχιςῶν societates, et conventicula acriter improbarunt, atque in eos omnes, qui istiusmodi societatibus vel nomen darent, vel quoquo modo faverent, debitas, maximasque cum humanas, tum praesertim divinas poenas statuerunt. Nunc vero PIUS VII., cui nihil antiquius, quam ut rei christianae, et publicae tranquillitatis commodis omni ratione consulat, edicto proposito XVII. kal. Septembr. labentis anni, reprobat, vetat, abigendas praescribit has ipsas societates, et conventicula, simul ratum, fixumque manere decernit, quidquid superiores duo Pontifices Maximi tam optime, sapienterque hac super re edixerunt, statuerunt, ne dira contagia pestis latius serpant, immo potius, Deo juvante, Principibus vero vigilantibus, et multum in posterum providentibus, tandem aliquando avertantur, radicitus etiam, si fieri possit, aruantur. Cum vero ex Cimmeriis nescio quibus lacubus nova quaedam conjuratorum hominum natio recentissima emerserit, qui *Ἀνθρακῖς* dicuntur, PIUS VII. hos etiam in commemorato edicto appellat, deque his, et de quibusque omnino aliis, quodcumque tandem sibi nomen usurpent, qui clandestinas inire societates, et conventicula habere audeant, idem ipsum judicium ferendum, et iisdem ipsis poenis obnoxios eos fore providentissime pronuntiat.

(1) Ex pluribus, quae PIUS VII. post suum in Urbem reditum pro rei christianae bono perfecit, illud in primis, quod consilia instruenda, rationes ineundas curavit, ut tum sacrarum Familiarum alumni, qui maximo semper et ornamento, et praesidio christianae reipublicae, fuerunt in sua Coenobia, tum sacrae Virgines, portio selecta gregis

unte PIO, venustiorem veluti speciem induta religio, quodque longe gravissimum, et maximum, facilis undique, et promptus ad eum aditus, qui in summam sacrorum potestatem, et auctoritatem ei succedit, cui uni dictum, *Pasce et agnos, et oves meas*, quippe *te elegi, ut per os tuum audiant gentes verbum Evangelii, et credant* (2). Proh Deus immortalis! tantumne unius viri virtus, vel potius tantumne PII VII. mens, et animus potuit efficere, ut quae singula ab pluribus hominibus per plurima etiam lustra vi, et armis vel affecta, vel etiam tentata omni jure suspiceremus, haec omnia uno tempore ab eodem PIO, providentia dumtaxat, animique magnitudine, plane confecta videamus? Et quisquam dubi-

---

Christi, in sua Monasteria recipiantur. Societatem vero JESU in pristinum statum, formamque restituit, ut ex Pontificiis Litteris (*Bulla*) nuper datis VII. idus Sextil., ea vel maxime de caussa, quod plura in christianam rempublicam commoda ex hac ipsa Societate jam profecta, atque in posterum sint profectura. Et certe non pauci ex ea exstitere viri tum pietate, tum multiplici doctrinarum laude praestantes, ex quibus duos tantum observantiae, gratique animi caussa nominasse hic mihi liceat, Raymundum Cunichium, qui nostra aetate elegiaci latini carminis vel facile princeps, quique Homeri Iliadem elegantissimis latinis versibus mandavit; alterum vero Antonium Ambrogium, qui Virgilii opera in Etruscum carmen accurate admodum convertit, perpetuisque annotationibus illustravit. Hos enim adolescens Praeceptores habui in arte Rhetorica, et quidem eo ipso in loco, ubi per plures jam annos eamdem ipse facultatem doceo. Heu tamen quam dispar! siquidem illi in paucis praestantes, cum ego vix unus e multis esse videar.

(2) De Apostolorum Principis, deque eorum omnium Pontificum Primatu, qui consequutis inde temporibus in Romana PETRI Cathedra collocati fuerunt, nihil profecto attinet hic dicere. Nemini enim citra fidei aleam dubitare omnino licet, quin Romanus Pontifex, utpote qui legitimus PETRI Successor, unus omnium divinum non honoris solum, ac dignitatis, sed auctoritatis etiam, et potestatis Principatum in universo Christianorum coetu obtineat, praeterea nemo. Quid, quod res haec multiplici argumentorum vi ab tot luculentis, sapientissimisque Scriptoribus ita fuse, evidenterque jam est comprobata, ut oculis subjecta dici possit? Si enim post sacros Codices, consulas Patres, pervolvas Synodos, singula quaeque vetustatis monumenta perscruteris, nonne ubique reperies, quod *Romana PETRI Cathedra* et dicta semper, et habita, quae *per totum terrarum orbem Primatum obtinens lucet*; quae *omnium Ecclesiarum* non modo *Caput est*, sed et *Mater*, et *Magistra*; ea, *in qua unitas Sacerdotalis ab omnibus servanda*, et *ex qua in omnes venerandae communionis jura dimanant? Una scilicet est origo, et una Mater fecunditatis successibus gloriosa, cujus fetu omnes, quotquot ad Christi vexilla sese conferunt, nascuntur, cujus deinde lacte nutriuntur, spiritu vero animantur*. Ita, ut sexcentos alios, quos proferre facile possem, praeteream, qui eadem omnino praedicant, Synodus Nicaena II. (*Act. II.*) PELAGIUS II. (*Epist. I. ad Episcop. Orient.*) Synodus Tridentina (*Sess. VII. de Bapt. can. 3.*) CYPRIANUS (*Libr. de unit. Eccl.*) et AMBROSIUS (*Epist. ad Damas.*).

Neque alia sane de caussa divinitus factum esse videmus, ut cum tot aliae antiquissimae, et sacratissimae Cathedrae, quarum aliaque vel ipsos Apostolos auctores habuisse jure gloriabantur, volventibus annis labefactatae, atque in haereseos pravitatem fuerint tamdem prolapsae; haec vero PETRI Cathedra, nono, et decimo jam vertente saeculo, nul-

tabit adhuc, quin idem ipse PIUS cum antea, tum praecipue exsul, et redux de christiana aeque, ac de civili republica sit meritus, supra quam cuique credibile est? Ex quo profecto quisque intelligit, quam gloriae, ac nominis immortalitatem, tamquam propriam, ac prope suo jure sibi vindicaverit PIUS, ut non major, sed ne par quidem in omnibus omnium populorum annalibus, in omnibus omnis vetustatis monumentis, ex omni omnium saeculorum memoria possit reperiri. Numquid porro mali timendum, vel potius quid boni non omni jure sperandum, Pontifice PIO in pristinam libertatem restituto, a quo tot excubitoribus, et speculatoribus circumsesso tam magna, tam ardua, tam difficilia confecta suspeximus, quae vix excogitari posse videbantur? Utinam vero ita faxit Deus, ut nostris annuens votis, PIUM VII. cum civilis, tum maxime christianae reipublicae bono natum quam diutissime sospitet! sperare utique licet fore, ut propter tanti *Pontificis pietatem* non modo *sancta civitas habitetur in omni pace*, et *leges optime* usquequaque *custodiantur*, verum etiam fiat aliquando *unum ovile*, *et unus Pastor*.

Quae cum ita sint, nihil aliud mihi restat in hoc orationis meae exitu, nisi ut primum sacrae magni BENEDICTI Familiae etiam, atque etiam gratuler, quod de christiana non minus, quam de civili republica si semper praeclare merita, praesertim cum tot praestantissimi ejusdem Familiae

---

lo umquam impetu, nullisque viribus concuti, ac nulla erroris labe vel minimum infici potuerit." „Ainsi, exclamat, proinde, ex sancto LEONE Magno, Bossuetus, fut établie, et fixée à Rome la Chaire éternelle. C'est cette Église Romaine qui enseignée par saint „ PIERRE, et ses Successeurs, ne connoît point d'Hérésie. La Chaire de pestilence ne „ put subsister, ni avoir de succession auprès de la Chaire de la vérité." (*Sermon. jam commemorat.*) Haec enim immota semper, et intacta, tum religionis custos, et vindex, tum fidei, morumque magistra, tum sacrorum omnium moderatrix perpetuo permansit. Qua ex re hujusce Cathedrae, id est Romani Pontificis judicia ab omnibus semper expetita, et quaesita, sancta, ac firma habita, et religiosissime servata, ut vel ipsa Synodorum decreta tum demum omnino rata, et valida visa sunt, ubi Romani ipsius Pontificis gravissimum, sanctissimumque judicium accessisset. Quare non minus vere, quam eleganter vel ab quinto Ecclesiae saeculo canebat sanctus PROSPER:

. . . . Pestem subeuntem prima recidit
Sedes Roma PETRI, quae Pastoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,
Religione tenet . . . .

alumni in hoc ipso altissimo honoris, ac dignitatis gradu collocati, asperis etiam, ac difficillimis temporibus summa cum laude rem christianam procurarunt, nunc demum merita est quam maxime; siquidem ea perfecit PIUS, quae omnium saeculorum posteritas semper intuebitur, et *per titulos, memoresque fastos* memoria colet sempiterna (1).

Deinde vero ea, qua par est, devotione, atque observantia ad Te conversus, Pontifex Maxime, optime Principum, hanc mihi des veniam, precor, ut citra offensionem ullam modestiae tuae, quae quidem ante alias tuas virtutes Tibi carissima, quaque vel una tantam vultus majestatem suaviter temperans, in tanta praesertim dignitatis celsitudine, et laudum cumulo, omnes, qui Te vel alloquantur, vel viderint, ad Te perpetuo rapis, des, inquam, precor, veniam, ut non jam oratorie, sed vere dicam, cum tuae res gestae cunctam et christianam, et civilem rempublicam complexae sint,

---

(1) Quae, et quanta commoda cum litteraria, tum vero christiana respublica sacrae magni BENEDICTI Familiae accepta referre debeat, ii dumtaxat ignorant, qui sacros, civilesque fastos ne extremis quidem digitis attigerint. Litterae scilicet non modo squalidae, situque obsitae, sed et undique extorres, et profugae ad BENEDICTI alumnos potissimum confugerunt, eorumque tutelam implorarunt. Isti enim vero, quidquid temporis intervallum sacra quaeque ministeria eis vacuum relinquerent, id omne vel in eas maximopere excolendas, vel in sanctorum Patrum, aliorumque veterum Scriptorum opera improbo, molestoque labore exscribenda, et diligentisime servanda conferebant, ut litterae ipsae post tot acerbissimas, diuturnasque rerum vices in communem lucem, adspectumque iterum prodire, et novam veluti speciem possent induere, et quodammodo reviviscere. Neque vero singulas quasque, et quidem ampliores, justissimasque sacrae magni BENEDICTI Familiae laudes persequi opus est. Consule ejusdem sacrae Familiae annales, et facile perspicies, quot, quamque amplissimos haec vere fecunda parens aluerit Filios; quorum alii ita litteris sese abdiderunt, ut plurima in communem potuerint afferre fructum, et praeclara ingenii, ac doctrinae monumenta relinquere; alii vel martyrii laurea donati, vel virtutum omnium laude insignes Coelitum numerum auxerunt, ornarunt; alii ad sacras infulas evocati, aut etiam in Purpuratorum Patrum Collegium cooptati de re catholica praeclare admodum fuerunt meriti; aliqui tamdem, neque ita numero pauci, qui Pontificatus maximi dignitate honestati, per plura saecula fere continenter, et difficillimis quoque temporibus rei christianae summam optime administrarunt. Nunc vero cum PIUS VII. et providentia, et consilio, et animi robore, et rerum gerendarum difficultate, at temporum denique asperitate ea agitarit, perfecerit, quae pene incredibilia, et portenti similia videntur, ecquis mihi jure succenseat, si dixerim, tam jucundissimum, at maximum laudis, et gloriae cumulum eidem ipsi sacrae magni BENEDICTI Familiae accessisse, quo major vix concipi mente possit? Felix o nimium NURSIA! felix tu quoque CAESENA tanti parens viri!

Et vos, Romulidae, dicite Principem
Summum, vos meritis tollite laudibus,
Mecum quisque canat carmine SEPTIMUM,
Mecum jam celebret PIUM.

tantam Te gloriae, ac famae amplitudinem non modo apud nos, sed etiam apud exteras quasque gentes cum locis disjunctissimas, tum moribus quoque, institutisque dissimiles Tibi conciliasse, ut omnes omnium populorum oculos in Te converteris, omnes omnium ordinum animos Tibi devinxeris, omnia omnium aetatum praeconia Tibi comparaveris. Itaque quamdiu christiana respublica stabit, quae quidem semper stabit, tamdiu etiam honor, laudesque tuae manebunt, nomenque tuum in sacris Ecclesiae fastis aureis inscriptum notis posteritati mandabitur; et quod certe maximum, memoria Tui, Tuique desiderium, et amor omnium mentibus, penitisque animis perpetuo erit infixus, nulla ut umquam neque rerum vicissitudo, neque temporis diuturnitas sit deletura. Exegisti scilicet

. . . . . . monumentum aere perennius,
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, et fuga temporum.

Quidni igitur quisquam mecum exclamet? *Tu gloria Jerusalem, Tu laetitia Israel, Tu honorificentia populi nostri; quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum, et manus Domini confortavit Te, et ideo eris* BENEDICTUS IN AETERNUM.

LXXXIX. ANTONIUS RUSCONIUS.

PIUS VII. Pont. Max. Forocorneliensem Episcopatum triginta circiter post annis, ex quo functus eo munere fuerat, deponere cum statuisset, sacrorum ejus urbis Antistitem constituit Antonium Cardinalem Rusconium. Id profecto unum ad amplissimi hujusce viri laudem satis esse videtur, quod Pontifex hic maximus, justus sane rerum judex, et aequissimus virtutis aestimator, hunc ipsum selegerit, cujus curae Christianum gregem committeret, quem ille tantopere semper adamaverat, et in quem tot, ac tanta beneficia congesserat.

Rusconius igitur domo *Cento* (1), ac perillustri loco natus (2) patrem praeterea natus Barptolomaeum nomine, qui non doctrina minus, quam pietate commendatus, liberos ac Dei cultum, atque ad omnem humanitatem instruendos curavit, amoeniorum litterarum curriculum in patria emensus, Bononiam venit, ut ad graviores, severioresque incumberet disciplinas. Acri, ut erat ipse ingenio, et laboris admodum patiens, in iis statim emicuit, atque in celeberrima illa bonarum artium,

---

(1) Urbis haec in agro Ferrariensi, Bononiensis tamen Dioeceseos, quam parvus Rhenus interfluit, loci amoenitate, viarum commoditate, aedificiorum venustate admodum commendata. Neque vero pauci ex ea extiterunt viri litteris, bonisque artibus praestantes, ex quibus Hieronymus Baruffaldus Archipresbyter omnigena eruditione praeditus, neque a Musis aversus, et Joannes Franciscus Barbierius, vulgo *Guercinus*, cujus in Apellea arte praestantiam tot ejus pictae tabulae testantur.

(2 Rusconia gens jam inde a duodecimo saeculo inter illustriores Novocomenses recensebatur, ex eaque plurimi non armis modo, et toga, sed etiam morum probitate, vitaeque sanctimonia insignes prodierunt. Fuit ex his Antonius Seraphici Ordinis ornamentum, qui in Comitiis generalibus habitis Patavii Minister generalis totius Seraphicae Familiae fuit renuntiatus; quam quidem electionem Sancti Bernardini Senensis opera, et consilio peractam Eugenius IV. Pontifex Max. Apostolica auctoritate confirmavit (Wading. T. XI. pag. 175. Annal. Ord. Min.) Vincentius porro, et Beatrix de Casatis Rusconia, ambo etiam ex eadem Seraphica Familia, ob eximias eorum virtutes in Beatorum album fuerunt relati (Menolog. Francisc. edit. Paris. 1657. Annal. Min. Tom. XI. ad an. 1440. et Menol. 16. Martii).

Jam vero Rusconiam gentem, quae nunc Centum incolit, quaeque Bononiensi etiam nobilitate donata, ex eadem ipsa stirpe progenitam esse, ex qua ea, quae Novocomi antiquitus erat, vetusta monumenta in domestico ejus tabulario asservata luculenter ostendunt.

ac disciplinarum Academia cunctis suffragiis dignus habitus fuit, qui in Pontificio aeque, et Caesareo jure doctoris gradum, et insignia consequeretur.

Romam inde profectus, quo magis in doctrinis proficeret, et simul opportunius Ecclesiae, Sedique Apostolicae navare poset operam, in Praesules majoris ordinis a summariis supplicationum in Cancellaria Apostolica primum adscitus, deinde vero a PIO VI. Pontif. Max. in eos fuit adlectus, qui a publicis sumptibus minuendis, eique fuerunt attributae provinciae Sabina, Maritima, Campana, Beneventana, ac Fregellana. Post haec ab eodem Pontifice honestatus eo munere fuit, quo idem ipse functus olim fuerat, id est a cognitionibus Caroli Cardinalis Rezzonici, qui Clementis XIII. a Fratre nepos, Praefectus erat decuriae Curatorum urbis, et vectigalium. Ubi vero PIUS VII. in Petri Cathedra fuit collocatus, statim Rusconium cooptavit in amplissimum Collegium XII. Vir. stlitibus in urbe judicandis. Quo quidem in munere per annos quindecim, uti etiam in aliis omnibus, quibus perfunctus jam fuerat, fide incorrupta, prudentia eximia, singulari sapientia ita praestitit, ut cum Principi Sacratissimo, tum ceteris etiam omnibus quam maxime se probaverit.

Neque jam tot inter gravissima, et negotiosa munera amoeniorum litterarum studia, quae semper coluerat, ipse intermisit; sed quidquid temporis intervallum vacuum illa ei relinquebant, id omne hisce tribuebat, praesertim vero antiquitatis monumentis investigandis, quaeque ex his diligenter, impenseque plures per annos collegerat, iis omnibus Vaticanum Museum ditavit.

Verum qui Rusconii esset animus, quaeque ejus virtus, ut cum maxime enituit iis in procellis, ac tempestatum fluctibus, quibus hoc saeculo XIX. ineunte civilis aeque et christiana respublica funditus misceri, et fere convelli visa est. Mirum profecto, quantum ille egerit, ut qua verbis, qua re levamen aliquod, subsidiumque bonis omnibus afferret, qui patria expulsi, exilia, direptiones, carceres, aliasque acerbitates ferre coacti sunt. Nam Bononiae suas aedes patere cuique voluit, et eorum omnium squalori, valetudini, inopiaeque providit, qui in arce *Centi* detineban-

tur, vel Praesules amplissimi, vel Vaticanae Basilicae Canonici, vel alii pii doctique Sacerdotes; tum praeterea nec levem pecuniae vim iis mittendam curavit, qui in dissitis erant regionibus.

Dispulsis tandem nubibus, Soleque reducto, PIUS VII., cui Rusconii merita satis perspecta, cum in Urbem remigrasset VIII. Id. Martias an. MDCCCXVI. in amplissimum Purpuratorum Patrum Ordinem Sanctorum Joannis, et Paulli titulo Rusconium cooptavit, et simul Forocorneliensem renuntiavit Episcopum, quem postea ipse etiam inauguravit. Ita qui Novocomensem primum, Cremonensem deinde Cathedram, Josephi II. Austriaci Imperatoris rogatu, excipere recusaverat; idem ipse ex Pontificis Maximi voluntate Forocorneliensem recepit.

Hujus igitur Ecclesiae Pastor constitutus, gregem suae fidei traditum hac de re certiorem fecit, simulque peramanter monuit Epistola data Romae extra portam Flaminiam V. Non. Majas anni ejusdem, in qua cum doctrinae copia, tum vero paterna in omnes voluntas vel maxime elucent. Paucis post diebus Forum Cornelii cum venisset, ab universo Canonicorum Cathedralis Templi Collegio honorifice fuit exceptus, et IV. Non. Junii, ipso Pentecostes die, eodem in Templo sacris solemniter operatus est, atque homiliam ad populum habuit, ubi zelum domus Dei, et animarum salutis studium plane suspexisses. Atque id ipsum solemnioribus diebus festis agere nequaquam omittit.

Quo vero Apostolorum Principum Petri, et Paulli patrocinium et sibi, et Forocorneliensibus omnibus facilius compararet, novendiales dies ad anniversariam eorum gratulationem rectius celebrandam quotannis in Cathedrali aede de suo fieri jussit, quibus pientissimus Episcopus religiose admodum quotidie interesse conspicitur. Levamen porro aliquod egentibus allaturus, qui pignore dato pecuniam a pietatis Monte, jam inde ab anno MDXII. ibidem constituto, acceperant, non levem ipse argenti vim solvit, ut pignora quaeque parva, numero tamen non pauca, cuique redderentur.

Sed jam Dioecesis universae lustrationem a Cathedrali Templo aggressus IV. Id. Quinctiles an. MDCCCXIX. Ca-

nonicorum coetum fuit alloquutus, ut quo semper animo in eos omnes futurus esset, significaret, simul commemoraret multa, et praeclara PII VII. in eos merita. Quam quidem lustrationem una cum Praesule Thoma a Vulpe, et *Julio de Comitibus Mattiis Liliis*, quorum alter Praepositus, ac prima Dignitas, alter vero Canonicus ejusdem Templi Cathedralis biennio perfecit Joachimo Tridenti Protonot. Apost. Emi Episcopi a secretis.

Quot, et quanta pro Dioecesis bono in ea egerit, nimis profecto longum esset hic percensere. Dicimus tamen, quod nihil neque curae, neque industriae, neque laboris vigilantissimus Episcopus praetermisit umquam, ut loca quaeque, quamvis aspera, et montuosa adiret, atque adeo agnosceret vultum pecoris sui, et quidquid ad Dei cultum, ad morum disciplinam, ad animarum salutem posset pertinere, sapienter ipse, prudenterque providit, decrevit. Sed neque silentio praetereundum, quod sacras aedes, praesertim in montibus, temporis injuria collabentes etiam proprio aere restituendas curavit; quod egentioribus animarum Curatoribus, monticulis o aliisque inopia pressis liberaliter subvenit; quod magnum puellorum puellularumque numerum etiam domi aegrotantium, sacro chrismate inunxit, ne tam salutari destituti Sacramento obirent; quod pueros ad se evocatos fidei ac religionis elementa idem ipse edocere visus est; quod denique nihil intentatum reliquit, ut christiana plebs salutaribus semper pascuis reficeretur.

Accessit etiam, quod in Casulae vallis Senii oppido Parochialem aedem instauratam jam et ampliatam statis ritibus consecravit; et cum piorum omnium Locorum opes, et facultates maximum in illorum detrimentum in unum collatas, congestasque reperisset, ipse ex sacrosanctae Tridentinae Synodi mente, quae publica beneficentiae loca Episcoporum auctoritati, ac tutelae commendat, omnino dissolvit, et quae cujusque eorum erant, cuique etiam restituenda edixit; quin etiam ut res in posterum bene, et ex ordine procederent, probos, idoneosque ubique constituit administros.

Cum vero probe noverit, quantum Ecclesiae Dei intersit, ut qui ecclesiasticae militiae nomen dant, tum virtutis, tum doctrinae laude praestent, in hoc vel maxime evigilat, ne

quis sacris initetur Ordinibus, qui bonum ab omnibus testimonium non habeat, atque optimae spei esse non dignoscatur. Neque minor ei cura, ut qui animarum Rectores constituendi, prudentia, sapientia, virtutum omnium ornatu praefulgeant.

Sed et optasset quam maxime ad christianae plebis commodum, ut religiosarum Familiarum alumni temporum asperitate e suis Coenobiis ejecti, ac dispersi, rursus coalescerent: quod quidem ei ex sententia jam cessit de Cappucinis, qui Forum Cornelii, ac Lugum remigrarunt. Id ipsum enixe curat pro iis, qui strictioris sancti Francisci disciplinae sectatores, quos tamen in Massa Lombardorum Dioecesis oppido jam restitutos laetatur.

Multo autem magis id fieri voluisset de Sacris Deo Virginibus, quas surgens aquilo ex hortis conclusis, et fontibus signatis repente exturbavit. Ejus tamen vota in irritum non omnino ceciderunt, quippe quod Monasterium sacrarum Virginum, quae sancti Dominici instituta professae, Fori Cornelii jam restitutum vidimus. Has enim ipse non sacra modo supellectili, verum etiam iis omnibus, quae ad domesticos usus opus erant, largiter providendas curavit; munificentissimus vero Pontifex PIUS VII. rusticum praedium, neque exigui census, iis ipsis benignissime concessit, quod ex religiosarum Familiarum bonis a Francisco Guichard emptum, ab hoc eodem dono acceperat, statim ac e Gallia redux Forum Cornelii attigit. Cujus quidem rei ut perenne, ac perpetuum monumentum extaret, Eminentissimus Rusconius ad aram maximam sacrae harum Virginum aedis in marmore inscribi voluit:

A. M. DCCC.XVIIII
D. N. PIVS . VII. P. M
TEMPLVM
ET . COENOBIVM . VIRGG . DOMINICIANAR
INIVRIA . TEMPORVM . PVBLICATA . PESSVMDATA
PECVNIA . EX AERARIO . AD . INSTAVRATIONEM
DECRETA
FVNDOQVE . FARNETO . PRIVO . ADTRIBVTO
RESTITVIT
ET . IVRI . POTESTATIQVE . EPISCOPOR . FOROCORNELIENS
IN . PERPETVVM . ADDIXIT .
QVAE . OMNIA . AD . PERENNEM . MEMORIAM
MVNIFICENTIAE . INDVLGENTIAEQVE
PRINCIPIS . SANCTISSIMI
ANTONIVS . RVSCONIVS . CARD . EPISC
POSTERITATI . TRADENDA . CENSVIT .

Dum vero haec scribebamus, Cardinalis idem cum vidisset, aram maximam Cathedralis Templi haud respondere totius sacrae aedis amplitudini, ingentem pecuniae vim impendere non dubitavit, quo magnificentius reficeretur, et selectis marmoribus, graphicisque caelaturis auro obductis eleganter ornaretur; opereque adamussim jam perfecto; idem ipse solemniter sacravit.

Postremo quanti esse non putabimus ad Eminentissimi Principis laudem, et famam, quod PIUS VII. Legati munere in Aemilia illum fungi voluerit, quo quidem gravissimo munere nonnulli alii Forocornelienses Episcopi fuerunt honestati, quos inter a Clemente XI. Cardinales Gualterius, et Gozzadinius? Hujus autem demandati muneris partes tam sapienter providenterque ipse obit, ut omnium expectationi, et votis plane respondeat. Faxit igitur Deus, ut christianum gregem ei commissum diutissime pascat, quod Forocornelienses omnes enixe semper adprecantur.

CORNELIENSIUM, SEU IMOLENSIUM EPISCOPORUM

INDICULUS αλφαβητικως DISPOSITUS.

Adjectus Romanus numerus indicat quotus in nostra emendata serie is fuerit Episcopus, atque adeo quo numero sit quaerendus, et arabicus paginam.

TABULA CHRONOLOGICA

EPISCOPORUM, AC RERUM TUM SACRARUM TUM CIVILIUM URBIS CORNELIENSIS

ANNO v. c. DCLXXI.

ANTE CHRISTUM LXXVII.

FORUM CORNELII CONDITUR.

ANN. CHR.	EPISCOPI	RES SACRAE	RES CIVILES
Circiter XC.		A S. Apollinare Cornelienses Christianis mysteriis initiantur.	
Circiter CCCIII.		S Cassiani martyrium.	
CCCLXXVIII.		Obiit Corneliensis Episcopus fortasse primus.	
CCCLXXIX.		S. Ambrosius Ecclesiam Corneliensem Constantio Episcopo commendat. Novus Episcopus eligitur.	
CCCCV.	S. Cornelius.		Eripitur Forum Corneliense Exarch. Raven. Castrum Imolae conditur.
Ante CDL.	S. Projectus Corneliensi sedi donatur.		
CDLXX. aut CDLXXXIII.	S. Projectus moritur. Anonymus ejus successor.		
DII.	Pacatianus Episcopus Romanae Synodo interest.		
DXXXII.	S. Maurelius.		
DXLII.	Idem martyrio adficitur.		
DLXIV.	Nestor Cornel. Ecclesiae praerat.		
DXCVII.	Anonymus sede Corneliensi dejicitur, in ejusque locum a Mariano Arch. Rav. alius sufficitur.		
DCXXXII.	Deus-dedit Imolensem Eccl. regebat.		
DCXLIX.	Boethus Rom. Conc. subscripsit.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res sacrae	Res Civiles
DCLXXX.	Barbatus Rom. Synodo interfuit.		
DCCVIII.		Vincentius primus Comaclensium Episcopus suam Cathedralem S. Cassiano M. dicat.	
DCCXLII.			Forum Cornelii etiam tum in Long. potestate perstabat.
DCCCI.	Eugenius.		
DCCCLXI.	Petrus.		
DCCCLXXXV.	Petrus obiit	Quum Populus sibi Episcopi electionem adjudicasset, Stephanus Papa eam ad Clerum omnino spectare decernit.	
DCCCLXXXVI.	Joh. 1. Petro succedit.		
DCCCCXLVI.	Johannes II.	Cathedralis a Joh. II. Episc. instauratur, et Corpus S. Petri Chrysologi detectum reconditur.	
DCCCCL'V.	Joh. III.		
DCCCCXCVII.	Raimbaldus I.		
MXIII	Paullus		
MXXXIII.		Paullus SS. Maurelii, et Projecti corpora in abditiore loco recondit.	
MXLVII.	Peregrinus		Imolae dominabantur Henrici Imp. Ministri.
MXXXII.	Odelricus		
MLXXIII.	Basilius		
MLXXIV.	Basilius hoc anno moritur, et Adelricus ei sufficitur.	Basilius Altare B. V. in Basilica S. M. in Regula construendum curat.	Guido Fori Cornelii Comes.
MLXXXIV.	Morandus in Imolae sedem ab Henricianis intruditur.	Eo anno quaedam Ecclesiae suae jura abdicat, atque Imolensibus civibus tribuit.	
MLXXXV.		Columna, ad quam S. Cassianus adligatus fuit, invenitur.	
MXCIV.	Morando Schismatico ejecto, Oldo Catholicus Praesul eligitur.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MXCVII.		Morandus Carsenae testis fuit Sacramenti, quo Clementis Pseudo -- Poutificia partibus Ugolinus Comes se se obstrinxit.	
MCIII.		Adhuc superstes erat Moraudus Carsenae.	
MCVIII.	Ubaldus electus.		
MCXXII.	Otricus.		
MCXXVI.	Benno.		Benno Episc. ab Honorio II. Comes Imolae constituitur.
MCXXXI.			Imolenses cum Bon. et Favent. bellum geruut.
MCXXXIX.	Moritur Benuo.		
MCXL.	Randuinus succedit.		
MCXLVI.	Gerardus.		
MCXLVII.	B. Rodulphus.	Corpus S. Sigismundi ad Basilicam S. Mariae in Regula a B. Rodulpho defertur.	
MCXLIX.			Novum Imolens. bellum cum Bonon. et Favent.
MCLI.		Eugenius III. amplissimo Diplomate Imolensem Ecclesiam donat.	
MCLV.		Rodulphus cum Civibus concordiam init.	Urbs fere universa incendio consumenda videbatur, nisi Agathae patrocinio liberata fuisset.
MCLIX.			Friderici Imperatoris Diploma pro Imolensibus, quorum Rector erat Peregrinus de Bulgaris.
MCLXVI.	B. Rodulphus vita cedit, eique Arardus sufficitur.		
MCLXXIII.			Foedus initum cum Faventinis.
MCLXXIII.	Arardus obit. Henricus ejus successor.		
MCLXXIV.			Castrnm S. Cassiani excindere Imolensibus licet per Christiauum Frid. August. Cancel.

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MCLXXIX.		S. Cassiani miraculum.	
MCLXXXVI.		Johannes Faventinus Episcopus sententiam pro Canonicis Imolensibus tulit.	
MCLXXXVII.		Locus novae Cathedralis fondandae a civibus adsignatur, ejusque primus lapis jacitur. Urbanus III. pacta inter Canonicos Imolen., et Rectorem S. Mariae confirmat.	San-Cassianenses Imolae se habitaturos joramento pollicentur.
MCXCII.		Concordia inter Imolenses Canonicos, et Canonicos S. Laurentii a Coelestino III. confirmatur.	
MCXCIII.	Moritur Henricus eique Albertus sufficitur.		
MCXCIV.		Canonicorum Imolensium numerus praefinitur,	
MCXCV.		Quem Coelestinus III. suo Diplomate confirmat.	
MCXCVIII.		Hugucio Ferrariensis Episcopus sententiam edit super controversias inter Episcopum, et Canonicos Imolenses excitatas.	
MCC.	Alberto I. defuncto Albertus II. sufficitur.	Anonymae quedam Reliquiae in Cathedrali recondantur.	
MCCI.		Albertus Episcopus multa Canonicis, edito diplomate, remittit.	
MCCII.	Albertus II. ad Archiepiscopatum Ravennatensem transfertur, Hieremia suffecto.		
MCCV.	Mortuo Hieremia, Abbas Pomposianus Episcop. renunciatur.		Imolenses cum Castrimolensibus pacem ineunt.

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MCCVII.	Anonymo huic olim Pomposiano Abbati successor datus fuit Maynardinus.		Maynard. Episc. Imolae Potestas a Frid. Imp. constitutus.
MCCIX.		Camaldulensibus Imolae S. Eustachii coenobium traditur.	Castrimolenses in cui Castri excidium adsentiuntur.
MCCXVII.		A Maynardino Corpus S. Cassiani in Basilica Imol. collocatur.	
MCCXIX.			Fridericus secundus Imolenses diplomate donat. Guarinus Imolensium Potesta. Turbae cum Faventinis.
MCCXX.			Johannes de Baramonte Imolae Potestas novum a Friderico II. Diploma obtinet.
MCCXXI.			Castrimolenses de Castro Imolae deserendo juramentum edunt Maynardino Potestate, atque horum Imolensium primoribus plura invicem promittentibus.
MCCXXII.			A Bononiensibus et Faventinis Gottifredi Romaniolae Comitis astu excitatis multa Imolenses patiuntur.
MCCXXIII.		Albertus Magdeburg. Imp. Legatus Imolae degens Diploma pro Monachis S. Donati largitur.	
MCCXXVI.		Monast S. Matthaei leges a Maynardino Episcopo feruntur.	
MCCXXVII.		Maynardinus Ecclesiam S. Mariae de Caritate fundat.	Fridericus II. Messana litteras dat pro Imolensibus.
MCCXXX.		Undecim Canonicorum numerus a Maynardino confirmatur.	
MCCXXXV.			Arbitros deligunt Imolenses in caussa, quae super Monasterium S. Paulli agebatur.

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MCCXLIII.			Imolense a Friderico aliud impetrant diploma.
MCCXLVIII.			A Frid. ad Eccl. Rom. partes Imolenses recedunt, ac cum Boniensibus paciscuntur.
MCCXLIX.	Maynardinus obit, habuitque successorem Thomam.		
MCCLXIX.	Thomas obit		
MCCLXIX.	Sinibaldus		
MCCLXXI.		Cathedr. Imolen. a Sinibaldo consecratur, ac corpus S. Cassiani subter Confessionem collocatur.	
MCCLXXXII.		Acta S. Cassiani Jacobus de Voragine scribit.	
MCCLXXXII.			Vicariis Apostolicis regebatur Imola. Horum primus Alidosius.
MCCLXXVII.		Indulgentiae a XII. Episcopis concessae visitantibus Oratorium Crucis coopertae.	
MCCXCVII.	Obit Sinibaldus. Post ejus obitum, quum inter Canonicos nata esset dissensio, atque aliqui Rambertum de Saxatello elegissent, Pontifex hujus electionem infirmavit, ac Sinibaldo successorem dedit Benedictum.		
MCCCII.	Joh. Mutus de Papazorris ad Imol. Sedem transfertur. Muto ad Reatinam Eccl. translato, Imolae datur Episcopus Fr. Matthaeus Usinus.		
MCCCXVII.	Transfertur Matthaeus ad Clusinam Ecclesiam, Raimbaldo suffecto.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MCCCXVIII.		Indulgentiae a Raimbaldo Episcopo concessae ad Sacellum Crucis coopertae, celebrantibus.	
MCCCXXIII.		Indulgentiae a pluribus Episcopis conceduntur visitantibus Oratorium Crucis coopertae.	
MCCCXLI.	Moritur Raimbaldus.		
MCCCXLII.	Carolus Alidosius ejus successor.		
MCCCLIV.	Mortuo Carolo Littus Alidosius sufficitur.		
MCCCLXXV.		Ubertus Abbas S. Mariae in Regula Sacellum in honorem S. Sigismundi excitat, ibique in arca marmorea sacrum illius corpus recondit.	
MCCCLXXX.	Litto abdicante Episcopatum, subit Marinus.		
MCCCLXXXII.	Translato ad Tarantinam Eccles. Marino, Gulielmus Alidosius Episcopus Imolen. constituitur. Eodem anno obit.		
MCCCLXXXIII.	Jacobus Caraffa ei sufficitur.		
MCCCLXXXIV.	A Pseudo-Papa Clem. VII. cuidam Bertrando Imol. Eccl. tribuitur.		
MCCCLXXXVI.	Emanuel Fiescus Episcopus Imol. renunciatur.		
MCCCLXXXVIII.	Gulielmus Episcopus.		Pacta conventa Civitatis Imol. cum Matthaeo Abb. S. Mariae in Cosmedin de Massa Lombardorum.
MCCCXC.	Antonius de Calvis Episcopus.		
MCCCXCVI.	Ad Tudertinam Sedem transfertur Antonius, Guidotto suffecto.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MCCCXCIX.	Mortuo Guidotto successor datus est Nicolaus de Assisio. Benedictus vero XIII. pseudo--Papa Franciscum Nissiensem dixit Episcopum Imolensem.		
MCCCCII.	Nicolaus obit. Sedes Imolensis Hermano de Brancaleonibus traditur.		
MCCCCVI.			Imolenses ab Innonocentio VII. litteras impetrant, ut eorum Episcopus de pactis olim inter Civitatem et Monachos Sanctae Mariae in Cosmedin initis cognoscat.
MCCCCXII.	Hermanni defuncti successor Petrus de Hondedeis.		
MCCCCXXVI.			Ludovicus Alidosius ex hac gente postremus Imolae Vicarius Apostolicus proditione capitur. Urbs autem a Philippo M. Vicecomite occupata Martino V. restituitur.
MCCCCXXXVIII.			A Philippo Maria Vicecomite ad quem rursus Imolenses defecerant traditur urbs Vidoni Antonio Manfredo.
MCCCCXL.			Eugenius IV. Manfredus Vicarios Apostolicos Imolae constituit.
MCCCCL.	Petrus moritur, Fratremque Gasparem successorem habuit.		
MCCCCLI.		Paroecia S. Mariae de Salustra a Nicolao V. Canonicis Imolensibus adscribitur.	

ANN. CHR.	EPISCOPI	RES SACRAE	RES CIVILES
MCCCCLII.		Almutiarum usus Canonicis Imolensibus a Nicolao V. conceditur. Lex electis Canonicis Imolensibus imposita	
MCCCCLVII.	Antonius Castellanus fit Episcopus Imolensis.	Archipresbyteri Dignitas in Cathedrali Ecclesia a Sixto IV. revocatur.	
MCCCCLXX.	Mortuo Antonio successor datus est, qui et consecrationi praemortuus, Fr. Johannes.		
MCCCCLXXI.	Georgius de Buchia Imolensi Sede donatur.		
MCCCCLXXII.			Riarii a Sixto IV. Imolae Vicarii Apostolici renunciantur.
MCCCCLXXIX.	Jacobus Passarellus Georgium in eadem sede excipit.	Sixtus IV. Archidiaconatum in Imolensi Capitulo innovat.	
MCCCCLXXXVIII.	Translato ad Ariminensem sedem Jacobo Simon Bonadies Imol. Episc. renunciatur.		
MCCCCXCVII.		S. Petri Chrysologi corpus detegitur ac reconditur. Decani Dignitas a Simone Bonadies in Im. Capitulo innovatur. Idem Episcopus Primicerium instituit.	Alexander VI. Riarius Vicariatu Imolensi excidisse pronunciat Imolamque Caesari Valentino tradit.
MCCCCCIV.			Julius II. Imolam immediata Apostolicae Sedis ditioni adtribuit.
MDX.		Praepositura Eccl. Cathedr. Im. a Julio II. Vulpiae genti veluti Jus patronatus adjudicatur.	
MDXI.	Simon transfertur ad Arimin. Ecclesiam. Imolen. Ep. dicitur Dominicus Scribonius.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MDXIII.		Scribonius Episcopus Thesaurarii dignitatem instituit.	
MDXXVI.		Custodis Dignitate Capitulum Im. a Scribonio auctum.	
NDXXXIII.	Scribonio abdicante Nicolaus Card. Rodulphus administrandam suscipit Im. Ecclesiam.		
MDXXXIV.		Corpus S. Donati in Cathedrali Im. collocatur.	
MDXXXVI.		Acta S. Cassiani a Brixinensibus expetita illuc ab Imol. Eccl. Decano mittuntur.	
MDXLVI.	Nicolaus administrationem Im. Ec. abdicat. Hieronymus Dandinus ei praeficitur.		
MDLII.	Hieronymus Imol. Episcopatum Anastasio Uberto Dandino resignat.		
MDLVIII.	Mortuo Anastasio iterum Hieronymus administrandam paucis mensibus suscepit Imolensem Ecclesiam.		
MDLVIII.			
MDLVIIII.	Vitellotio Vitellio traditur administranda eadem Eccles.		
MDLXI.	Franciscus Guarinus Vitellotio abdicante Imolensi Ecclesiae praeficitur.		
MDLXIV.		Monasterium S. Mariae in Regula Monachis Olivetanis traditur.	
MDLXIX.	Moritur Guarinus Joh. Aldobrandinus sufficitur.		
MDLXXIII.	Fr. Vincentius Herculanus mortuo Aldobrandino sufficitur.		

Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacrae	Res Civiles
MDLXXIX.	Perusium transfertur Vincentius. Alexander Musottus Imol. Episcopus dicitur.		
MDCVII.	Moritur Musottus Sufficitur Joh. Garsia Millinius.		
MDCXI.	Millinius se abdicat Imolen. Episcopatu: Rodulphus Paleottus sufficitur.		
MDCXIX.	Paleotto defuncto Ferdinandus Millinius sufficitur.		
MDCXLIV.	Millinio successor datur Marius Theodolus.		
MDCXLVI.	Abdicante Theodolo M. Antonius CucciniusEpiscopus praeficitur.		
MDCXLVI.		A Cuccinio Ep. Prioris Dignitas in Imol. Capitulo revocatur.	
MDCXLIX.	Obit Cuccinins.		
MDCLII.	Fabius Ghisius Im. Ep. dicitur.		
MDCLV.	Electo in Rom. Pontific. Ghisio (Alexander VII. is est) Joh. Stephanus. Donghius Ep. Imol. renunciatur.		
MDCLXIII.	Ad Ferrarien. Eccl. translato Donghio		
MDCLXIV.	Franciscus M. Ghislerius eligitur.		
MDCLXXII.	Ghislerius abdicat. Constantius Zanus sufficitur.		
MDCXCIV.	Zanus obit.		
MDCXCVI.	Thaddaeus Aloysius del Verme successor datur.		
MDCXCVIII.		Nova corporis S. Petri Chrysologi recognitio.	
MDCCI.	Ad Ferrarien. Eccles Thaddaeus transfertur.	Corpora SS. Projecti et Maurelii recognoscuntur.	

Ann. Chr.	Episcopi.	Res Sacrae	Res Civiles
MDCCIV.	Philippus Antonius Gualterius sufficitur.	Corpus S. Cassiani recognitum iterum conditur.	
MDCCIX.	Transfertur Gnalteterius ad Ecclesiam Tudertinam.		
MDCCX.	Ulysses Joseph Gozzadinius Imolensibus Episcopus datur.		
MDCCXXVIII.	Obit Gozzadinius. Joseph Accorambonius datur successor.		
MDCCXIX.		S Chrysologi officium universae Ecclesiae praescribitur.	
MDCCXXXIX.	Accorambonius Episcopatum dimittit. Thomae Mariae Marellio.		
MDCCXLVIII.		Ad successorum commodum, et adjumentum ingens Marellius elucubravit volumen, ex quo Beneficiorum quorumlibet origines, reditus, onera, item legata, piorumque locorum fundi, atque administrationes adamussim dignosci valent.	
MDCCLII.	Marellio defuncto Joh. Carolus Bandius Sedi Imol. praeficitur.		
MDCCLXVII.	Bandius.	Synodum saluberrimam ac numeris omnibus absolutam evulgavit. Pluries non sine magno labore totam lustravit Dioecesim. Multas aedes sacras restituit, ornavit, benedixit, inauguravit.	
MDCCLXXV.		A Nepote ex Sorore Pio VI. inter Cardinales relatus.	
MDCCLXXIX.		Xenodochium amplissimum a fundamentis excitavit.	


Ann. Chr.	Episcopi	Res Sacras	Res Civiles
MDCCLXXXII.		Pius VI. Vindobona redux Templum princeps ab Avunculo magna argenti vi restitutum solemniter consecravit.	
MDCCLXXXV.	Claramontius.	Ad Forocornelien. Cathedram evectus, ac inter Patres Cardinales adnumeratus est.	
MDCCLXXXVIII.		Alexandrum Alexandretium inauguravit Episcopum.	
MDCCLXXXXVI.			Lugum ab incendio, et Montem pietatis Imol. a direptione liberat.
MDCCLXXXXVII.		Civicum jusjurandum constanter rejecit; omniumque potius Mensae redituum jacturam fortiter passus est.	
MDCCLXXXXIX.			Pluries vitae discrimen subiit. Urbem a comminata expilatione vindicavit.
MDCCC.		Venetiis Pont. Max. renuntiatus fuit.	
MDCCCXVI.		Episcopatum abdicavit. Canonicos, et Dignitates novis honestavit insignibus. Cathedrali Templo praeclara dedit munera. In bonum praesertim Clericorum pauperum ingentem pecuniae vim erogari jussit.	
MDCCCXVI.	Rusconius.	In Purpureum Senatum cooptatus, et Forocornelien. Episc. dictus est.	
MDCCCXVII. ad MDCCCXIX.		Cappucinos, Reformatos, necnon Virgines Dominici restituit.	
MDCCCXX.			In Aemilia Legati munere decoratur.

FINIS.

Pag. 26. Fig. 1.


TAB. IIII.

Tom. II.



Tom. II. Tab. V. *Pag. 27. Fig. 2.*




PIV.S VII.
P.M. AN. XV.
VRBI
ORBI